


Nagy Istváné

SUPPLEMENTUM
AD
VESTIGIA COMITIORUM
APUD
HUNGAROS
AB
EXORDIO REGNI EORUM IN PANNONIA, USQUE AD HODIERNUM DIEM
CELEBRATORUM
TOMUS III.

AD
ILLUSTRISSIMUM DOMINUM
ANTONIUM
FESTETICH
DE THOLNA,
S. C. ET R. APOST. MAJ.
CAMERARIUM.

EDIDIT
MARTINUS GEORG. KOVACHICH SENQUICIENSIS,
AA. LL. ET PHILOSOPHIÆ DOCTOR, INCLYTI COMITATUS ZEMPLINIENSIS TABULÆ JUDICIARIÆ ASSESSOR.

BUDÆ,
TYPIS, AC SUMPTIBUS TYPOGRAPHIÆ REGIÆ UNIVERSITATIS PESTANÆ ANNO 1801.



ILLUSTRISSIMO DOMINO

ANTONIO


FESTETICH

DE THOLNA,

S. C. ET R. APOST. MAJ.

CAMERARIO.

TOPONAR.



ILLUSTRISSIME DOMINE!

Post illustrissimos Optimates, quorum nominibus priores Tomos horum Supplementorum inscripsi, Tibi tandem hunc postremum dedicandum esse duxi, ut aliquid in redhostimentum eorum subsidiorum haberes, quibus conatus meos literarios per aliquot annos liberaliter sublevabas.

Jam beatæ memoriæ patrem Tuum majorem, atque multi nossent, literarum non tantum fautorem, verum & earundem cultorem eximium fuisse, & ipse probe exploratum habui, & Bibliotheca ab eo instructa testabitur, in qua talium Operum delectum fecit, quæ illo adhuc tempore apud tam provectæ ætatis virum in meditullio Hungariæ, saltem exteri vix quæsivissent. Hanc

Tu

Tu hereditate acceptam ita jam auxisti, ut cum Georgio-Festetichiana, Széchényiana, Viczayana, Aponyiana, Telekianis, Jeszenakiana, Radayana, Antonio-Szirmayana, & pluribus aliis privatis, mihi cognitis, quarum alio loco meminero, in contentionem venire possit.

Atque hoc ipso nomine literarum honorem jam emeritus es, quibus & Te ipsum toto pectore deditum esse, luculento argumento comprobasti eo, quod Historiæ cumprimis, & utriusque, publici nimirum, & privati, quod forense quoque, velut in Foris Juris dicundi usitatum, vocatur, Juris non vulgarem illam, sed insignem, ac penitiorem peritiam, magno studio Tibi propriam fecisti, eamque diuturniore exercitio rerum gerendarum,

rum,

rum, in Dicasteriis non minus, quam Comitatibus Regni auxisti, atque ita suis numeris absolvisti, ut, cum de Patriæ commodis deliberatum fuerit, eidem præclaris consiliis prodesse possis.

Opibus præterea minime pepercisti, ut in communi Patriæ necessitate ad ejus defensionem insignibus subsidiis promto animo concurreres, quibus virtutibus ac meritis hoc demum consecutus es, ut, quæ antea Magnatibus duntaxat, singularis gratiæ Cæsareo-Regiæ loco concedebatur, Tibi primum e Statu Equestri Clavis Camerarii Cæsareo-Regii conferretur, atque ita in Te primo via Nobilitati ad præclarum hunc honorem aperiretur, & nova gratiarum epocha, illustre studii Tui monumentum, exordium sumeret.

Per-


Perge hac ſemita porro quoque de Principe, & Patria bene mereri, rem literariam domeſticam, atque conatus meos benevole fouere, neque puta, hoc, quod Tibi defero, noviſſimum eſſe amicitiæ, & exiſtimationis meæ de Te Monumentum; eris enim, quantum Te novi, ſemper virtutis, ego vero hoc nomine

TUUS

Cultor

M. G. KOVACHICH.

Budæ die 22. *Febr.* 1801.



SUPPLEMENTA
AD
VESTIGIA COMITIORUM.

PERIODUS II. ET III.
SUB LUDOVICI SECUNDI
MINORENNITATE.

Anno 1525. plurium Comitiorum Veſtigia p. 557. retuli; eram autem in illis deinceps perſequendis adeo fortunatus, ut quoad Conventum Hatvanienſem plura, & graviſſima monumenta, nulli hactenus commemorata, paucis viſa, obſervata pauciſſimis, detexerim, ex quibus non ſolum ipſius Conventus, ſed etiam ſtatus Reipublicæ, qualis ea ætate oppido calamitoſus erat, hiſtoria plurimum illuſtratur. Licet autem id ultra limites Veſtigiorum eſſe videri poſſit, & Reliquias Actorum Diætalium Sæculum XVII. ſupe-

rantium peculiari collectione aliquando vulg constituerim; cum tamen incerta sint & fata tura, & vitæ terminus, malui hac occasione u eaque hic inserere, ne iterum in oblivionem labantur; ratus, ita quoque me apud Lector gratiam initurum esse.

Comitiorum in campo Rákos Dominica *Ju bilate* celebratorum Vestigia cum ex diplomat cis, tum historicis monumentis, & Epigraph Articulis præfigi solita, quæ in Canone quoqu Telegdino refertur, deduxeram. Addi potes etiam Art. XXXVI. Anni 1526. ubi commemoratur Subsidium per Regnicolas Anno præterito 1525. Regiæ Majestati oblatum, quod certe de Hatvaniensi Conventu hujus anni intelligi non potest, cum ejus Constitutiones Art. XVII. cassentur.

De Articulis Rákosiensibus hujus anni, an a Rege confirmati, & quinam illi sint, difficilior est quæstio. Fuisse aliquos conditos, & pro validis habitos, patet e nonnullis Vestigiis a me productis, in quibus ad illos fit provocatio; sed tumultuosus progressus, & finis Comitiorum, ac Litteræ Ludovici Conventum ad Hatvan indictum inhibentis obstant, quo minus Comitiis Rákosiensibus Articulos aliquos legitimos adscribamus, cum ibi aperte Rex scribat, Conventum rebus omnibus infectis dissolutum esse, adeoque die 6. Junii, quo Litteræ illæ dissolutis jam die 22. Maji Comitiis scriptæ sunt, nulli adhuc Articuli

legi-

legitime conditi, & approbati exſtiterunt, poſt hanc diem nulla hoc anno in campo Rákos Diæta celebrata eſt, niſi eveniret, Diætam iisdem Litteris ad Feſtum B. Michaelis Archangeli Budam indictam, re ipſa in Rákos celebratam eſſe; tunc tamen Articuli, ſi qui conditi fuiſſent, Diætæ pro Dominica *Jubilate* celebratæ adſcribi non potuiſſent, quod tamen Epigraphe toties jam commemorata refert. Hoc igitur adhuc in tenebris relinquere oportet.

Luculentam ſatis horum Comitiorum hiſtoriam ſuppeditat Epiſtola Antonii Pulleonis Baronis del Burgio ad Sodoletum Pontificis Secretarium italico idiomate ſcripta, cujus concinnam ſatis verſionem latinam ex MSS. Bibliothecæ Emin. Card. Joſephi a Batthyán Principis, & Archi-Epiſcopi Strigonienſis obtentam, hic eo etiam lubentius cum ceteris proferam, quod erronea Pericope aliquot Epiſtolarum Pulleonis in unum confuſarum, quam in Veſtigiis p. 558. ut conſecutus eram, protuli, in eam me ipſum pæne deduxerit opinionem, quaſi gemina Comitia in Hatvan celebrata fuerint. Fuit autem Joannes Antonius Pulleo Baro del Burgio Siculus, genere Nobilis, moribus nobilior, doctrinaque, & fide præſtans, ut illum Pontifex in aliquot Epiſtolis ad Ludovicum Regem datis, & a Stephano Katona productis commendat, in Aula Ludovici iterato Nuncius, & ut ex producendis hic quaternis ejus Epiſtolis luculente patebit, vir ſagaciſſi-

mus, & perſpicaciſſimus, qui probe intima c
trariarum Partium ſtudia novit, & absque I
tium ſtudio dijudicavit. Epiſtolæ, quas hic p
feram, ſunt omnes italico idiomate ſcriptæ, q
in lingva originali non vidi, & cum nonnu
exordium, aliæ finem abruptum habere vide
tur, an integrum in verſione illarum textum h
beam, ſatis certus non ſum, quamquam &
Italico ita incipere, ac deſinere dicantur, & cu
eventus continuative perſcripſerit, credibile e
Pulleonem ab inani verborum ſolennium, qu
initio, & fine accumulari ſolent, profuſione ab
tinuiſſe. Quæ mihi hanc de Comitiis Rákoſ
enſibus Epiſtolam attentius legenti peculiari con
ſideratione digna videbantur, hic ex ordine præ
mitto, ut Lectores ea expendere poſſint.

Ad diem 11. May: *Quod Decreta Anno priore* (1524.) *edita non fuerint obſervata.* Conf. ad diem 18. Igitur Anno 1524. non ſolum Comitia re ipſa celebrata, ſed etiam Decreta condita erant, quæ tamen adhuc in collectione deſiderantur.

Ad diem 14 May: *Non poteſt durare Diæta ultra* 15. *dies.*

Ad diem 18. relata Puncta recurrunt pleraque inter Articulos, qui exſtant hujus Diætæ.

Ad diem 19. *Deliberarunt habere Comitia in Hatvan ad diem S. Joannis Baptiſtæ.*

Ad

Ad diem 20. *Rex Responsum dedit ad omnes Articulos Nobilitatis, & quasi omnes concessit.*

Ad diem 21. *Hac die fuit suspicio, ne fors Rex cum Nobilitate sentiat.* Quod Michael Chazaar diserte narrat.

Ad diem 22. *Nobiles præsentarunt Capitula Majestati Regiæ.* Hæc Rex non approbavit, an autem aliam Capitulationem, quam Procuratores postea exhibuerunt, approbaverit, Pulleo silentio involvit, nisi in meo Exemplari aliquis Epistolæ §. deficiat. Videntur igitur Articuli, qui nunc in Corpore J. H., & in Codd. MSS. ad hunc annum circumferuntur Rákosienses illi ipsi esse, quos Nobilitas die 22. May ante solutam Congregationem Regi præsentavit, & in quos iste quoad Comitia Hatvaniensia, & ablationem Decimarum non consensit, qui tamen inter modernos recurrunt, si qui proinde, quod multis indiciis vero simile esse videtur, confirmati sunt, certe illi, quos relicti Procuratores exhibuerunt, vel nulli, ut mox in Conventu Hatvaniensi videbimus.

Alterum Conventus Hatvaniensis Historiam complectens monumentum est, quod in Cimelio Jankovichiano habetur coævum, & autographum Diarium Conventus Hatvaniensis teutonico idiomate a quopiam, qui eidem interfuit, conscriptum, & a die 2. usque diem septimam Julii

deductum, quod ex eodem mecum communica
servata ejus orthographia hic refero:

1 5 2 5.

„ Item: An dem anderenn tag des Monats ꝛ
„ ly: Ist kunigliche Mayt. von Ofen gen hatwan zu
„ und hatt gelegen zu Besthnen.
„ an dem dritten tag, Frue dieses Monats h
„ wan zu geruktt da Seint Im gutt Rytter Massig
„ adls Entkgegen khumen zu Roß bey beylichen hus
„ rischen Vngerischer Rystung Fierczehentausent Ma
„ Er mer dan weniger Da haben Sy: K. M. En
„ phangen Als Jeren gnäd. H. Den dritten tag de
„ Monats haben Sy kh. M. tschwischen denn Rakosc
„ gerießt, da haben Si begert als Formals der Muncz
„ vnd geweltigen ampt. der hernn verwandlun. als is
„ Canczlern Großgraff Schaczmeystern Lannds Richtern
„ auch der auß Lendern In dem lanndt Ampt verwe
„ sung Ein Rattung vann herrnn, waß Schuldt ha-
„ ben vns hie herr ditzs Landt verdorben Ist, zu Er-
„ farnn, vnnd Schtraffen begert haben &c. Der Ercz-
„ pischoff vom Im Selb sol die dasige antwurt geben
„ hatt, die wayl Er das Canczler Ambt gehabt hatt
„ mit vntreilichem willen Er nie gedengt Etwes wider
„ Recht und gewanhaytt vns lanndes gethan haben Sun-
„ dern getraylich als Einem Canczlern angehert gedient
„ hatt, Wo aber yemant yn wissett gehandelt haben
„ vntreylich will er Einem Jetlichen ankhlagern Schten,
„ Pittendt Kunigliche M. In kegenwert. So er Schul-
„ dig In Etwen wer, Sein Mayt. Inn well Schtraf-
„ fen nach seinem Verdienstnus Er Sagt auch daß
„ Kanczler Ambt hett er vor Einem halben Jahr nider
„ gelegt vnd K. M. daß nit hat wellenn vom Im ne-
„ men Jeczt Eerz hie herr khumen ist hatt daß auch
„ nidern gelegt zu Ofenn Kunigliche M. deß zu ge-
„ czeygnus, Noch ditzs Lanndes auch Seiner Mayt.

„ genä-

„ genaden als Ein yeden Kanczlern phleg Sigl zu ha-
„ ben In henden offt erpotun hatt darauff K. M. Sagtt
„ Ja &c.

„ Darnach Ist auff gestanden der Großgraff mit
„ grossen demuttekaytt barmheerzykflicher Erklagung Re-
„ dennt K. M. vnd der Lanndtschafft das man Selihe
„ Leychtfertikaytt In Nitt Entgelden Lies an Vrsach
„ den In vergangen Zaytnn wer es auch Im zu gros-
„ senn Schaden vnd Seinen Eren zu Nachtayl gesche-
„ hen an all Rechtt vnd Erkentnus, Bittennd der hallb,
„ die Landschafft vmb Gotts willen weld das mit Recht von
„ Lassen Erkhennen So er In etwes Schuldig wer sol-
„ de Im geschehenn als Einem Selichen Alain sy an
„ Recht Im Schandt nicht so offt Leyden kann.

„ Darnach Stund auff der Scharkan der Schprach
„ hupfenndt das er verstanden hett wie Etliche In
„ Felschlich vorklagtenn vor K. M. die weyl er das
„ ampt hett diczs Jahr (pittendt K. M. daß er Selcher
„ falschern anklagung Nit welde Statt geben. Wo Sy
„ vber Inn nitt kunden bebenst werden dann Er hiett
„ K. M. vatern vnd Im deß glayhen gedient daß Ihr
„ Drey szwischen dem ganczen Lanndt Seinen glaychen
„ nitt habenn gethan und er Nem gar nit dray aus
„ czwischen ynn.)

„ Darauff Antwurt die Orsag oder die Landt-
„ schafft Du leugst als Ein feratrn daß du pessern ge-
„ dient hast als vnser einer Du Leugst In hals aber
„ wier wissen woll das du mit hayt vnd fieh Ferkauf-
„ fen und mit Wein Schenken wie Ein ander Schenkh
„ vnd mit andern Fraczschlaray vnd mit dem dreysigist
„ die Armen Beschwart vnd geschunden hast Hakch
„ wier Inn Niedern den Ferraterrischen hundt und
„ wen Sy nitt hetten daß an gesehehen das Sy K. M.
„ gelatt haben geben Auch allein angesehen Sein K. M.
„ die mit Im Sein khumen: So hetten Sy Inn Er-
„ schlagen.

„ Der Thurso hatt kam Wart Nitt gesprol
„ Noch Sich verantwurt auff die scheltwart die S
„ zw geszogen sein vor Meniglich Als Namlich Si vl
„ In geschriernn haben Tnsehath Feleschige paras
„ Lengel por Kurwa sy patykarusch, das ist so vill a
„ deutsch als Sehczehen huernn huerer vnd Pollakys
„ payrisch huernnkhindt vnd appotekern Sunst Se
„ vill besunderlich klag geschehen vber die herrnn vn
„ Seczschy tomaschnn der ist nit zwischen In gebessdt.

„ Darnach hatt die Landtschafft Ein genadige Ant
„ wurt begert van Kunigliche M. Die hatt er Jnn zw
„ gsagtt auff denn 4. tag des Monats July.

„ Auff den Selbigen tag hatt die Landschafft Ant-
„ wurt van Im gewart aber vnter Selicher Wartung
„ der Antwurt K. M. haben Sy wieder vmb vill ma-
„ niherlay klag gefiert wider die Herrnn als Namlich
„ vnter ein nandern Sprechundt der Schuestern das ist
„ der pischolff van Gran der Ist der Ferrater der den
„ adl hatt wellen zw paurnn Machen vnd mit ander
„ Maniherlay Scheltung haben Sy In geert.

„ Vnd die weyl sy also vntern Einander geredt
„ haben Sein sy auch Innen warden daß sich der Schar-
„ kan In der, vergangen Nacht wekh hatt gestolen vnd
„ haben laut Auß geschriernn vnd Einen verratter ge-
„ scholtnn vnd auch Seine güetr wekh geben als Nam-
„ lich Eerdt pey dethem gelegen dem porschy Caspern
„ vnd die vbrigen seine güeter dem Wodo Ferennczenn

„ Die weyl sy aber haben gehandelt van wegen
„ der Obrikaytt das man die Amptern vann Inn soll
„ Nemen vnd anderen geben da Ist da gebesen der
„ Kalnay Janusch, khaumb salb zehent wolt niht ge-
„ statten das Man denn groß graffen solt Sein Ambt
„ Nemen an vrkundt des Rehts In dem wardt Ein
„ geschray vom Etlichen vnd Schriennn wier wellen In
„ Nidern Schlagen wan er helt Widerpart wider die

„ Land-

„ Landtschafft die wayl es bey Einem Verratter ferpunden ist, In der Landtschafft daß kaynner Seinem Herrnn Rukh Solt haltenn Oder In verfechtnn soll vnd wolten In van stund an Fur Einen ferratter haben lassen außschrayen, aber Etlich vntern Inn parenn die Landschafft das Sy Im genadt Erczangtnn vnd gaben Fur Er Mainet, das Nit wider die Landschafft Sunder Einen gemaynen Spruch der gerechtikat so es In darnach nit gefiel mechten sy denacht than Nach Irem gefallenn Selich vnd ander Red geschahen fyll Ee es gestilt war

„ Darnach Schikt die Landtschafft zu K. M. nach dem Er In zw hett gesagtt, Ein genadige Antwurt zu geben liessen Sy Sein M. pittnn das Er sy darmit Nitt verczihehen woltt denn es wer Seiner M. vnd Inn zw guett vnd des Landts petracht auff Seliches hatt Inn K. M. antwurt wissen lassen In Einer fiertl Stundt durch den dragfy Janusch vnd pischolff van besprin vnd der Lantdschafft Seinen Willen zw Erkhennen geben, als Seliche Maynung Daß Sy den Amptern Ferandrung auff Sein M. soltnn lassenn so Iemandt waß verschuldt hiett, wolt Sy sein Mayestät Ernstlich darumb sthtraffen.

„ Daman abern die potschafft dem Isstwan Mestern Sagtt das er es der Landschafft Oeffentlich verkünden solt da ward es Ein groß geschray vnd Murmelung Schprehend das kayn Anders nit solt gedaht werden dan was die Landtschafft begert vnd gedaht hatt, vnd for forht paten die ob gemelten zwen poten das Man Niht solt menigliħ lossen wissen warumb Sy geschikt Sein warden Sunst warden Sy Erschlagen warden vnd die wayl sy Also bekh van der Landtschafft Sein kumen haben Sy den graff Cristoff das prior ambt In Krabaren zw gesprohnn mit Sambt der Waaywodschafft vnd vnter Seliħem ist vil geschray gebesen vber all Hernn aber biß hie herr hab

„ Ich

„ Ich Nichts gehert das Man Etwas vbern die deutz-
„ schen hett geschriernn.

„ Darnach pracht man zwen gefangeu die da den
„ Isthwan Mester haben wellen Erschiessenn Nach denn
„ Sich zum Erstenn den Rakos angefangen hatt die
„ Landtschafft hat geschafft Sy nidern zw haken aber
„ den Istwan Mester nit wolt, Sundern was Recht
„ geben wurdt, Sollen leidn so Sol man Sy gen
„ Ofen Fuernn, die Selbigen zwen Sein adels vnd
„ Sein des Schibrikh Sein diener - - - - des von
„ Gran vnter dem allen ist kumen der paull pischolff
„ vnd kannszlay Laslo vnd dragfy Janusch In podt-
„ schafft vam Kunig das K. M. allem dem willen zw
„ Stett denn sy vnd er zw Reht In dem Lanndt ha-
„ ben Neben bayderlay partay Frayhaytt Da haben
„ Sy Kunigliche Mayestät gedankt vnd haben zw Ei-
„ nem großgraffen Erhoben dreymal den Istwan Me-
„ ster, zw Einem Canczlern Erhoben den paul pischoff
„ nit mit Seinem Willen, zwm Schaczmeister, Erho-
„ benn den Kanyschay Laslo, zwm Landt Richter An
„ des Scharkan Statt denn dragffy Janusch, In dem
„ ist die pottschafft wider zw K. M. vnd haben Im
„ Selihe mainung gesagt Selihes Ist K. M. nitt wol-
„ gefellig Nach Seinem Ratt gewest das die Landt-
„ schafft Solt einem Kunig Erwellen Einen Kanczlern
„ Sundern dem Kunig das zw Stett mit Rechter Fray-
„ hait, doch yn zw willen, Solls der nit sein Er ist
„ es auch nitt, den Seyn Mayestät hiett Selbst Kan-
„ czelay vnd Sigel bey Im, Auff des haben sy K.
„ M. wider ein Antwurt geben. Pitten Sein Maye-
„ stät das Er Morgenn vmb 6. Vr czwischem Sy
„ woldt kumen, darnach haben Ein Zedl pracht vber
„ denn pischolff Van Fünff Kirchenn das er daran
„ Schuldig sey verraterlich, das die venediger yczt kayn
„ tribut geben, das Man Im das pistumb solt nemen
„ Vnd Baranya Warmegdie yschpanschag, Er ist ein

„ Fylcz

„ Fulcz vnd hatt genueg an Einer probst y: Auff die
„ lest des heutigen tags vorpflichten vnd vorschprehen
„ dem Newen großgraffen van haus zw haus Im gan-
„ czenn Lannd zw 25 den. Ein Rawasch zw geben,
„ Inn dem ist wider pottschafft van K. M. komen das
„ er vmb Seh morgen Nach Jenern begerung tschwi-
„ schen Sy will khumen In dem ist Jeder Inn Sein
„ geczelt vnd taber Vnd bey dem Newen großgraffen
„ groß Jubiliernn geschehen mit Oberkaytt der ganczen
„ Landtschafft.

„ Den Sexten tag des Monats, Nach dem yn
„ K. M. zw hatt gesagt Ist er czwischen die Landt-
„ schafft kumen mit den Herrnn da hatt Sein May.
„ selbst geret So sy Noch Etwen vergessen hetten woldt
„ er sy gnadikchlichen Erhernn, Seint herfur treten
„ Alles geschlecht alte Mennern Im Namen der gan-
„ czen Landtschafft bey den 10 die haben K. M. ge-
„ petten Nach dem Sein Mayestät Sein los vnd wil-
„ len In den Willen der Landtschafft gnadiklichen ge-
„ seczt hatt Nach Jerern begerung die Landt Amptern
„ zwverwandeln, hettnn auß Erweelt zw einem groß-
„ graffen den Istwan Mester pottnn sy Seinn M. Er
„ wolt In conformiern Nach Landes Syttn welhes
„ Sein Mayestät baldt than hatt wie woll der Istwan
„ Mester des Manigfeltikhlich gebert hatt Mitt grossen
„ wanen, Jedoch auß K. M. Ernstlihen willen er ein
„ großgraff hat muessen Sein vnd da geschwarnn alls
„ Ein Rechtr groß graff vorphlicht zw Vngernn Ist.

„ Darnnach Im zw handt die Sttat zw Siczen
„ bey des bapst vnd Kunigs vom polnn potschafften K.
„ M. van Rechter Seitenn geben werden Vom Dar-
„ nach ist von K. M. Mit vill Ryttermassigen Leyten
„ der Turczy Niclosch gestandn van Einern Zedl we-
„ gen die da vber sy Ist geschlagen das sy verretter
„ wernn Sich woltnn verantwurten Vnd denn Selbi-
„ gen

„ gen Schreyben Innen Sein worden vnd lassen fahen
„ Darnach hatt die Landtschafft K. M. gedankt
„ des genadigen Willen vnd haben Jnn peten
„ Er wel Sy Noch genadiklich vorhernn In dem Was
„ der graff aus der Landtschafft begerung Melden wiert
„ &c.

„ Da Schtundt auff der New großgraff Im Na-
„ men der Landtschafft Schprach eidem die Waull Sein
„ Mayt. hett Jnn zwgesagt die Emptern zwverwandelnn
„ So pettnn Sy Sein Maystät das Sein M. denn
„ Ratt alczeytt Volkhumentlih behalt geben Sy, Sei-
„ nern Maystät uhralte Erfarne menner, altes geschlehts
„ da mit sy wissen van Landes beschiczung was man
„ hanndl vnd drob sein die Herrnn darczw Ermanen wo
„ aber was schadlich gehandlt wurdt wurden sy den
„ Ginnfftigenn Ratt mit sambt, den herrnn darumb
„ finden &c. er welt das Canczlern Ampt dem paul
„ pischolff geben vnd daß Landt richter Ambt dem
„ dragfy Janusch das schaczmeyster ampt dem Serinczesch
„ Emrich darumb das er grosse Einemen des Lands
„ wiste Vnd Fur gegeben hett, So bissetten sy auff
„ die Zaytt kaynn bequemernn zw finden den In vnd
„ den Graff Cristoff Soll man Fur Czeng Ein andern
„ guet geben die weil es vor Seins geschlehts gebesdt
„ ist, Vnd dem Wodo Ferencznn dy Bannschafft In
„ Windischen Landen, Mit darzw ein tayl des Schar-
„ kanns gueter der da Ein Verrater Erfunden warden
„ Ist vnd Vdwardyro ampt dem doczy Janusch.

„ Uber das Antwurt Kunigliche Maystät das Sy
„ woll Sehenn vnd mer erfarnn hiettnn, das Er sy auß
„ gnaden bey Irenn franhatnn bebielt als Nemlich an
„ der Erwellung ditzs groß graffen Vnd meinung der
„ ampter So begert sein Mayt. auch Seine gerechti-
„ kaytt, als einem Kunig zu Vngernn zw gepurt den
„ es angeherrt, die dasigen Ampter weg zw geben,
„ Vnd hett Sy nun Wekh genumen van den die sy
„ Nun

„ Nun vor gehabt hetten, darumb zw Ofenn wolt
„ er sy geben Ordenlih Nach Seinem Wolbedunkhen
„ hinweg.

„ Darnach patknn Sy vmb den Hederwary Feren-
„ cznn Er welt In begnaden vnd seine guetern wiedern
„ geben vmb Iren Willen das hatt K. M. gethan vnd
„ hatt In lassen Kissen vnd die hanndt geben.

„ Darnach Redet die Landtschafft das man dem
„ Kunig Seine gueter wider geb, die Etwen Ein
„ Herr Innen hiett Namlich die der Wanda hiett als
„ draysigist des Sich der Wanda Verwilligt wider zw
„ geben das Sein Mayt. Im auch darczw hilfen werdt
„ das der Mary (More) Laslo des Herczog Larencz
„ gietr widern geb.

„ Darnach ist Ein tayl der dienst Leuth vnd Ry-
„ terschafft mit grossem geschray auff dem Kunig ge-
„ drungen Sprehent wier wellen Nit In kaynelay ways
„ das Einer der Neilich zu Einem Verrater gemacht
„ ist warden Vnd noch einer ist vnd Ein Vnglaubiger
„ darczw weder ampt Rennt noch gult in Selt haben
„ das wellen wier kurcz vmb nit vor Ein selihem die
„ hiett abcziehen oder Eim Selichem Eer erpietenn
„ oder zw gnaden gen, des pitt wir Sein M. als vn-
„ sernn gnadig Herrnn.

„ Darnach hatt der New großgraff betracht Van
„ begen des gemaynen nuczs das Prothonotarius In
„ die fiertayl des Lands geschikt sollen werden die sol-
„ ten die recht verhernn vnd eim Iedem Recht widerfarnn
„ lassen als wens hie vor K. M. gescheh wan sy ha-
„ ben sich beklagt das Noch sider Khunig mathias todt
„ her bys auff dise Zaytt zw Enndt mit Sein khumen
„ noch verhert wardenn Des Vrsach dan gebesen ist
„ vnd die vyl Octafey die man alezaytt nur gen Ofenn
„ gelegt hat vnd der armm adl sein geldt so offt Vmb
„ Sunst Verczert hatt, vnd Nicht Fur hatt kumen

„ kunen

„ kunen darumb pitten Sy Sein K. M. als Jernn
„ gnadigen Herrn Selihen artykl auch zw komformiren
„ das In dan K. M. gnadigklich zwe hatt gesagtt, Dar-
„ nach haben Sy gehandelt der Muncz halbenn Vnd
„ Ist also beschtat warden vnd Sich der Kunig vnd
„ all Herrnn darein verwilligt haben das bys auff
„ Sanndt Lauenczen tag, Soll genn Ein Jeder pfein-
„ ning Fur soll, vnd darnach van stund an 2. dr. fur
„ 1. dr. Vnd K. M. Soll lassen als guett muncz schla-
„ gen Als man vor der geschlagen hatt vnd zw Hilff
„ hatt sich die Landtschafft vewilligt K. M. zu geben
„ vam Haus zw Haus Im ganczen Landt 75. dr. auff
„ rahts kunftig seindt merten tag der guetnn muncz so
„ Sein May. soll lassen Schlagen Vnd dem Newen
„ groß graffen Auch zw Stewr zw 25. dr. van Haus
„ zw Haus Im ganczem Landt die Selbigen hatt Im
„ nit wellen haben Sunder die Landtschafft gebetnn
„ das man sy der Kunigin solt gebenn der Vrsach hal-
„ brn das sy auch K. M. mit Ernnst darumb gepetenn
„ hatt vnd darumb gebesen ist das er zwischen Sy Soll
„ ziehen vnd Ir Klag vnd anligende natt, genadigklich
„ verhernn soldt des Sich dan die Landtschafft van
„ Stundan mit frayden vnd gueten willenn verwilligt
„ hatt.

„ Darnach Ist das dienst volkh mit grossen gebett
„ an K. M. khumen vnd van Seinern M. begert das
„ einer Husarnn mer soll geben werden als 2. fl. Vnd
„ Einem gerayssigenn mer als 3 fl. bie mans biß her
„ geben hatt So hatt damit sy sich dest baß wo es
„ Nat wiert than vnd natt thuet zw Seiner Mayt.
„ vnd des ganczen Lanndt hilff dest puß Mugen Risten
„ So hatt Inn Sein May. verschafft zw geben 1. Hu-
„ sarenn 3 fl. vnd einem raysigen 4 fl. biß auff Sandt
„ Jergen tag darnach will Sein M. mit dem ganczнn
„ Landt daraus Handlnn des Halben Sy seiner M.
„ Hoch vnd fast gedankt.

„ Vnd

„ Vnd darnach das Ein Jeder pischoff vnd herr
„ Sein Volkh folkhumen halten soll vnd vam welihem
„ gemerkt wiert Der es nit Hielt dem Soll Sein ampt
„ genumen werden darnach das ist Einer Jeden Var-
„ megdye Oder gegent Sall Er wolt werden Ein Ca-
„ pitan den Selb Sold zu Schawen das ein Jegliher
„ Edlman Sich zw Seiner Ristung halt wo was wi-
„ der das Lanndt gescheh das man auff miest Sein das
„ sy eerhafft Erfunden werden.

„ Es Sein vill Klag vnd Suplication wider die
„ Herrnn geschehen vnd Ein geben warden die K. M.
„ Auff die Zaytt niht hatt aus Richten mugen Sun-
„ der Jn zwgesagt als paldt er gen Ofen kum Ein Jeg-
„ lichen Khlager Seiner Khlag genueg zw than Dar-
„ nach haben Sy den zehent den pfaffen wider zw
„ gesagtt.

„ Darnach hatt die Landtschafft wider ein anklag
„ than wie das die deutzschen Auß Oesterrayh Ein ain-
„ fal bay Lann See hettnn than vnd hettnn 1. Jspan
„ mit Sambt dem fieh vnd ander Layt darczw gefan-
„ gen wekh gefiert Vnd der Selbig Jspan wer Jn den
„ gefenknuß gestorben darumb pittnn Sein M. well
„ darczw schaun durch denn herczog damit es ferricht
„ wurdt wan die Selbig fraynttschafft begert Sich zw
„ Rechen vnd haben Jeczundt Nur sein M. angesehen
„ van wegen der Fraynczschafft Seiner Schwestern.

„ Darnach hatt K. M. Si petenn van der Sel-
„ bigen wegen die da auff die zaytt auff den Rakosch
„ nit kumen Sein angesehen haben Seiner May. ge-
„ pot, Sy Jn das vorgeben wellen seinern Müe halben
„ die Sein Mayt. vmb yrentwegen than hett die Landt-
„ schafft hatt die Selbigen als Erlas vnd zw verrater
„ gemacht darumb daß sy vor haben ausgeben, vber
„ die die da, kemen Jns adels verreter wurden seyn
„ das haben Sy Jn van Kunigliche Mayestät wegen
„ vergeben.

„ Dar-

„ Darnach hatt Kunigliche Mayt. die Landtschafft
„ K. M. gepetnn wolt denn hie vmbher Liegenden ver-
„ fernn Mit Sambt dem Hatwan Ein zaytt lang Fray-
„ hayt des anschnits geben darumb das sy Schaden
„ hetten Empfangen am gras.

„ Sunst abern Ist gar Schene ordnung In allen
„ dem geschehenn das man noch trayd Noch gerstenn
„ die da auff dem feldt nahent bay dem tabor vmb und
„ vmb gebesdt kaynnen schaden haben than Noch In
„ gensen noch hienernn die fray allenthalb vmb Sein
„ gangen Nitt geladiget haben Wein und pratt vnd
„ Kasthtraunen flaysch vnd Rind flaysch Hinern vnd
„ Gens allerlay Obst Vnd haber genueg verhanden Ist
„ gebesdt vnd Ein jeder hatt das Seinig Mugen ver-
„ kauffen wie Er hatt wellenn.

„ Der Rakosch Ist gebesdt zwischen den zwayen
„ Hattwann In frayem feldt Mit Schranken vmb zo-
„ gen, Vnd hatt gehabt zwey tor außerhalb der Schran-
„ ken Sein gebest zw Ros Vnd zw Fues Aus Einer
„ Iglichen Warmegdie die haben gehiett das kain Auff-
„ ruer Nitt Soldt geschehen da hatt man auch Zygain-
„ ner peschtelt &c.

„ Auff die Aller Letzt haben Sie der artikl confir-
„ mation begertt hatt Inn K. M. zw gesagtt als paldt
„ Er gen Ofenn khum Will er Sy conformiren Vnd
„ In Ein Iettliche Warmegdie schiken das haben Sy
„ K. M. hah vnd vast dannktt auch des das Sein K.
„ M. Sich gemiet hatt, vnd zwischen Sy kumen sey
„ vnd Sy genadigklich vorhert hatt.

„ Darnach Ist K. M. In Sein Herberg, hatt
„ Sich gerust, vnd ist darvan zogen, vnd hatt bey In
„ gelassen den Newen großgraffen der halb das wo sy
„ Etwes Noch vergessen hiettenn Er Sey wer Er wellt
„ vnd kegem wem Es wern Soldt es zw bekennen ge-
„ ben Wyl Sein K. M. darumb Sein das gericht werdt.

„ Den

„ Den Selbigen tag Ist K. M. Widerumb zw „ bossnen auff die Nacht gelegen vnd 7. tag July Ist „ Sein Manstát gen Pesthz kumen da Ist Im die Ku„ nigin Entgegen komen gen pesthtt vnd habendt mit „ aynandern das Mittag mall In dem garten gessen „ kegen dem abent gen Ofen Mitt grossern Fraydt vnd „ Jubiliernn kumen.

Plus adhuc lucis affundet actis hujus Conventus narratio Michaelis Chazaar Ludovici II. Regis Secretarii, & ad hunc Conventum Internuncii, quam inter *Analecta Seculi XVI. Hungarica* in Codice MS. Bibliothecæ Regiæ Universitatis Hung. Pestini fortuito, sed feliciter detexi, ut mihi quidem videtur, in autographo, aut minuta, certe coævo. Stylus quidem hujus narrationis passim hiat, sed ipsa illius nativa simplicitas Lectorem facile inducet, ut quæ narrat, pro nuda veritate libenter acceptet, præsertim cum adeo conveniat cum aliis ejusdem ætatis monumentis, ut penitus nullum dubitationi locum relinquat, quæ pars justior, & Reipublicæ commodi studiosior fuerit, hoc unum dolendum, quod dies singulorum actorum, & eventuum consignati non sint. Narratio hæc jure inter Classicos rerum Hungaricarum Scriptores referenda, si majorem temporis periodum complecteretur, primo loco ponenda esset, & vel hoc titulo gratulor, ejus primum edendæ mihi obtigisse fortunam, alioquin inter Scriptores rerum Hungaricarum minores a me edenda fuerat, nisi ad Vestigia Comitiorum non sequiori jure referenda, opportune maturius proferri potuisset.

His accedat quartus teſtis itidem coævus Franciſcus Báchy, qui cum ad Conventum ipſe perſonaliter venire non poſſet, ſcripſit ad Nobilitatem Orationem plenam ſenſu, & invectivis in perditiſſimos Aulæ, ac Patriæ deprædatores.

Deſumta ex ſtylo Cancellariæ ejusd. Franc. Báchy, Nic. Iſtvánfi, & Andr. Ruthkay MS. coævo Antonio Szirmajano jam in Bibliothecam Epiſcopi Agrienſis translato. Fuit Franciſcus Báchy ſub Wladislao II. Secretarius, ut ex Epigraphe hujus Codicis apparet. Habentur etiam inter MSS. Wagneriana T. IX. p. 337. Litteræ Mariæ Reginæ, quibus recognoſcit fidelia ſervitia Magiſtri Secretarii Nicolai de Bachia Præpoſiti S. Mariæ, & Canonici Agrienſis Anno 1526. ſcriptæ, aliæ ibidem T. XII. p. 92. ipſius Franciſci de Bachia nominati ab Joanne Rege Præpoſiti Scepuſienſis ad ſuum Capitulum, ac demum inter eadem MSS. T. III. p. 26. ejusdem Franciſci de Bachia Præpoſiti Scepuſienſis intruſi Epiſtola ad ſuum Capitulum utraque Anno 1533. ſcripta.

Huic adnotationi in meo Exemplari ſequentem reflexionem adjecit Amicus.

Franciſcus Báchi fuit Secretarius ſub Wladislao II. patet hoc ex Epigraphe præallati Codicis, patet ex propria ejus manus ſubſcriptione in Donatione Wladislai Regis de Anno 1504. pro Bernardo Literato de Zirma elargita in Tabulario Antonii Szirmay reperibili, & in proceſſu ejus quoad Szirma n. 37. coram Curia Regia producta,

ducta, ubi sic subscriptus legitur: *Franc. Báchi Secretar.* Non fuit autem Ecclesiasticus, sed Saecularis, adeoque a *Francisco* de *Bachia* Praeposito, ex MSS. Wagnerianis desumpto distinctus. Quia Antonius Szirmay, qui ex transactione Anni 1471. est haeres familiae de Bewken, sive de Bekén cum familia Szirmay ex primaeva terrae Heteu (in qua Possessiones Heteu, Zirma, & Bewken aedificatae sunt) cum antenato Bewkenianorum Benedicto A. 1295. instituta divisione identice possidet pleraque familiae Bekény litteralia documenta, & inter haec Litteras missiles *Francisci Báchy* ad *Benedictum* de *Beken Collegam suum*, adeoque itidem Secretarium Regium A. 1505. scriptas, in quibus memorat: *filium suum Collegae agnominem* (adeoque Benedictum) *ex Baptismo per Collegam levatum sanum, & vegetum esse.* Cum itaque Franciscus habuerit filium Benedictum, Ecclesiasticus eo tempore esse non potuit, nisi subsequе statum hunc amplexus fuisset. Benedicti de Bekény, dein Prothonotarii Palatinalis, ac Poetae mentionem facit Cl. Paulus Walaszky in conspectu Reip. Litter. in Hungaria pag. 126. Edita scripta ejusdem enumerat Alex. Horányi in nova memoria Hungar. Par. I. A. 1792, edit. p. 365. Benedictus autem Báchi Francisci filius, *qui publico Officio a commentariis Urbis fungebatur*, & Budam Rogendorffio A. 1541. prodere volebat, in frusta dissectus, quam infelicem vitae exitum habuerit? describit

Iſtvánffy Libr. XIII. p. 145, & 146. ad Annum 1541. Edit. Viennen. A. 1758. recuſæ Signatum Peſthini 28. Feb. 1793.

Antonius Szirmay.

Utcunque iſta ſint, verum tamen eſt, Franciſcum de Bachia factum fuiſſe Præpoſitum Scepuſienſem.

Qualis tunc æmulatio nationalis viguerit, patet e ſequentibus verſibus, Orationi Bachianæ in eodem Codice MS. ſubjectis:

„ Franciſci Bachy carmen Viennæ relictum.
„ Hungara Germano tradentur Sceptra Tyranno?
„ Subditus, & Rheno Sceptriger Iſter erit?
„ Ignibus unda prius, jungentur Sydera terris,
„ Jupiter has gentes quam ſociare queas.

„ Carmen hoc (ſcribit Vir præſtantiſſimus) non „ Bachiana, ſed aliena manu ſcriptum habetur „ in margine dictæ Orationis, & videtur Iſtvánfii manu illuc appoſitum fuiſſe, ut ex reliqua „ Iſtvánfiana manu apparet.

In hoc Hatvanienſi Conventu inter ceteros etiam contra Petrum Korlathkoi Magiſtrum Curiæ Regiæ multi clamores exorti erant, quod ſit injuſtus, proditor, quod Libros Regios perfricare ſoleat, inter ceteros unus queſtus eſt, quod ipſum citra viam Juris omnibus privaverit, & uxorem ejus in aquam proiicere voluerit. Poſt Conventum nonnullos in facto honoris in cauſam attraxit, præmiſſa inquiſitione erga mandatum compulſorium per Joannem Chorba Cancellariæ majoris

joris Notarium tamquam hominem Regium, in quo ſequens eſt initium:

„ Singulis DD. Prælatis, Baronibus, ac Egregiis, „ & Nobilibus, nec non alterius cujusvis Status, „ & plebeæ conditionis hominibus pridem, vide- „ licet in Congregatione generali univerſorum „ Regnicolarum, pridem in Feſto Nativitatis B. „ Joannis Bapt. proxime præterito in Oppido „ Hatvan celebrata conſtitutis, & exiſtentibus --- „ Datum Budæ Feria VI. in Profeſto BB. Ma- „ riæ de Nive A. 1525.

In Indice Telegdiano de hocce Conventu Hatvanienſi, & Articulis in eo conditis ſequens habetur Hiſtorica adnotatio:

„ Eodem Anno 1525. in Feſto Nativitatis B. Joan- „ nis Bapt. in Oppido Hatvan fuit celebratus „ Conventus Regnicolarum contra voluntatem, „ & Conſenſum Ludovici Regis, ſicut conſtat ex „ Litteris ejusdem Regis ad omnes Comitatus da- „ tis. . . Ideo non ſervantur, nec allegantur.

Articulos Hatvanienſes non præciſe Roma petere debebamus; habebamus eos in Patria, & ego eosdem in Codicibus MS. Szapariano T. II. pag. 1019. & Nádasdiano Bibliothecæ Univerſitatis fol. 366. reperi, in utroque, demtis ſcribentium erroribus, prorſus conformes, ab Exemplari tamen Romano, ut eos quidem Præſul Tranſylvanienſis, & ex illo ego in Veſt. Comitior. p. 593. edidimus, in quibusdam differentes, cujus quidem differentiæ non aliam cauſam eſſe video, quam quod Pulleo Exemplar obtinuerit aliquot

Articulis truncatum, domeſtica vero, quæ ſuperſunt Exemplaria ex Exemplari integro, prout per Nobilitatem exhibitum fuit, promanaverint.

Licet autem Articulos Hatvanienſes jam ediderim, nec adeo magna differentia inter illos ſit, operæ pretium tamen me facturum eſſe putavi, ſi eos ex Codice Nádasdiano deſumtos, & cum Exemplari Szapariano collatos iterum edidero, ut Lectores ipſi differentiam eorum ab Exemplari Romano videre, & quod illis viſum fuerit, de iis tenere poſſint. Codex Nádasdianus tanto majus pondus habere videri poſſet, quod Thomas de Nádasd Palatinus, & Judex Regni ordinarius cenſeatur genuinum textum Legum habere debuiſſe, & potuiſſe illarum præſertim, quæ ſua jam ætate conditæ fuerunt. Et hinc etiam argumentum pro legali valore horum Articulorum duci poſſet, ſi Majores noſtros in delectu genuinarum Legum tam exactè attentos fuiſſe ponamus; vix enim credibile eſt, Palatinum ſpurias, & per poſteriores diſerte ſublatas Leges in ſuum Codicem inferri paſſurum fuiſſe. Interim cum Articuli Hatvanienſes generatim ſufferantur, cum facta ipſa Conventus Hatvanienſis, uti eſt Verböczii Palatinatus, Franciſci de Hedervára Amniſtia, & quædam alia, quæ ad hunc referenda ſunt, irritentur, ſatis patet Articulos ipſos in ſuo vigore minime relictos eſſe, in quantum repetiti non ſunt.

Arti-

Articuli Diætæ Oppidi Hatvanienſis Anni 1525.

ARTICULUS I.

De Conſilii Regii reformatione, auctione, & activitate.

„ Primo: ut omnes Conſtitutiones jam factæ, „ & modo quoque formandæ, atque concluden. „ effectum ſortiantur, & Executioni demandentur, „ tur, Conſilium Regium, quod magna in parte „ per externas Nationes hactenus gubernatum eſt, „ reformetur. Et ut omnia in Conſilio Regio „ maturo tractatu, maturaque deliberatione fiant, „ & ad effectum perducantur, nec alter Conſi- „ liariorum alteri ſuper diſſidio, & non concor- „ di ſententia (prout plerumque contingere ſo- „ let) culpam impingere poſſit, & exinde debita „ executio negotiorum Regni prætermittatur, Ma- „ jeſtas Regia de medio Dominorum Prælatorum, „ ac Baronum, Primariores, Officiales, & Con- „ ſiliarios ſuos, præterea de medio quoque Nobi- „ litatis hujus Regni octo perſonas electas, jux- „ ta generalis Decreti contenta in Curia ſua „ Regia apud ſe teneat. Cum quibus Sua Ma- „ jeſtas infra venturam generalem Diætam pro „ Feſto Beati Georgii M. proxime ventur. ce- „ lebran. omnia in Conſilio ſuo Regio tractan. „ (aliis Dominis Prælatis, & Baronibus forſi- „ tan diſſidentibus, & non concordan.) decerne- „ re, concludereque, & Executioni demandari,

„ Officia etiam tam finitima, quam etiam interna; „ & alia omnia mature distribuere, bonæ, & uti„ li, ac Majestati Suæ, & huic Regno condu„ cibili, proficuæque dispensationi proventuum „ suorum Regiorum superintendere, atque provi„ dere, & generaliter omnia perficere dignetur. „ Cæteri etiam Domini Prælati, & Barones (eo„ rum dignitate exigen.) in Consilio ipso Regio „ interesse, tractare, & sententias suas declarare, „ more hactenus consveto, libere valeant, atque „ possint; nihilominus tamen, quidquid per Ma„ jestatem Regiam cum præscriptis Consiliariis „ suis (cæteris si discordes fuerint) conclusum „ fuerit, ratum maneat, atque firmum.

ARTICULUS II.

Officia publica solis nativis Hungaris conferenda, Extranei ab illis arcendi, & amovendi.

„ Nationes autem externæ in Consilium „ Regium de cetero non admittantur, universa „ etiam Officia tam Regiæ, quam Reginalis Maje„ statum, videlicet Magistratus Curiæ, Cubicu„ lariatus, Thavernicatus, Pincernatus, Dapife„ ratus, & Agazonatus, & Portarii quoque Ma„ jestatum suarum, præterea Castellanatus omni„ um Castrorum, Cameræque Salium, ac Auri, „ & Argenti, nec non Tricesimæ, & Vigesimæ, „ Cementum, ac Quinquagesimæ, & honores Co„ mitatuum suarum Majestatum, Ungaricæ dun„ taxat Nationis hominibus Nobili de prosapia

„ pro-

„ propagatis, & non forenſibus, per ſuas Maje-
„ ſtates conferantur, prout continetur etiam in
„ Decreto, ab illis autem externæ Nationis ho-
„ minibus, qui pro nunc ejuscemodi Officia te-
„ nent, mox, & immediate, de factoque aufferan-
„ tur. Et de Beneficiis quoque Eccleſiaſticis hoc
„ idem eſt intelligendum. Quod ſcilicet non Ad-
„ venis, ſed Ungaris per utramque Majeſtatem
„ de cetero conferantur.

ARTICULUS III.

Rex, & Regina Sigilla Sua Hungaris, & non exteris concredant.

„ Et quod Majeſtas Sua Sigillum Suum An-
„ nulare, Reginalis vero Majeſtas ſimiliter Sigil-
„ lum Suum (ſi apud ſe ſe tenere noluerit) Un-
„ garis pariter, & non forenſibus conferre di-
„ gnetur.

ARTICULUS IV.

Fukari, & alii exteri, qui tantum opes e Regno educendas conquirunt, ablegentur, ad Stipendia tamen admittantur. Lutherani autem exſtirpentur.

„ Cæterum. Quod Fwkarii, & omnes Na-
„ tiones externæ, qui Theſauros Regni palam ex-
„ hauriunt, & educunt, de hoc Regno ſtatim
„ ablegentur, & exmittantur, in eorumque lo-
„ cum Ungari conſtituantur. Nationes tamen ex-
„ ternæ cujuscunque lingvagii exiſtant, ſi Ma-
„ jeſtatibus ſuis, & huic Regno ſervire volue-

„ rint,

„ rint, ad Stipendia consveta libere veniant, & „ conducantur, attamen in Confinibus Regni Un- „ garorum more servire, militareque teneantur; „ Lutheriani etiam omnes de hoc Regno exstir- „ pentur, & ubicunque reperti fuerint, non so- „ lum per Ecclesiasticas, verum etiam per Se- „ culares personas libere conburantur, & Bona „ eorum Fisco Regio, Dominisque Terrestribus, „ ubi reperti, punitique fuerint, applicentur.

ARTICULUS V.

Stipendia exteris deputata denegentur; Proventus Regii soli Thesaurario assignentur.

„ Item: Quod Stipendia, seu Salaria Burgo- „ ni, & aliis externis Nationibus deputata, de „ cetero non reddantur. Universi etiam proven- „ tus Regii sublatis omnibus obligaminibus qua- „ litercunque factis manibus duntaxat Domini „ Thesaurarii Regii statim, & de facto assignen- „ tur.

ARTICULUS VI.

Metæ per Cumanos, & Philisthæos destructæ reficiantur.

„ Item: Quod Majestas Regia Metas per „ Dominum Stephanum Báthor pridem Palati- „ num superiori anno erectas, & per Comanos, „ ac Philisthæos iterum distractas, per unum ex „ Magistris Prothonotariis, secundum contenta „ Litterarum suarum Palatinalium exinde confe-

„ ctarum

„ ctarum absque ulteriori mora rursus exigere,
„ & reintegrare, ac nondum erectas, ex novo
„ reambulare, & erigi facere dignetur.

ARTICULUS VII.

Bona post obitum Mathiæ Regis per Potentes occupata restituantur, & causæ violentiales revideantur.

„ Item: Quod occupationes per Dominum
„ Marchionem, & alios Potentes noviter factæ,
„ etiam invitis occupatoribus per Regiam Maje-
„ statem rectificentur absque mora, sic videlicet,
„ ut Regia Majestas ad singulos Regni Comitatus
„ ad quatuor Partes ejusdem Regni, quatuor
„ Magistros Prothonotarios, unacum (Sz. Perso-
„ nalis) Præsentiæ Regiæ Majestatis Locumtenen-
„ te, ac Vice-Palatino, & Vice-Judice Curiæ
„ Suæ Majestatis exnunc transmittere dignetur,
„ & penes eosdem Locumtenentem, ac Vice-Pa-
„ latinum, & Vice-Judicem Curiæ, Magistrosque
„ Prothonotarios, Universitas Nobilium duas per-
„ sonas, quas voluerit juris peritas, & bene me-
„ ritas eligat, qui universas Terras, Sylvas, Pra-
„ ta, Foenilia, Piscinas, Piscaturasque, & Vil-
„ las, ac Portiones Villarum, post obitum Sere-
„ nissimi Principis quondam Domini Mathiæ
„ Regis minus juste, & indebite, ac præter Ju-
„ ris æquitatem de manibus aliorum occupatas,
„ & occupata, comperta superinde mera rei ve-
„ ritate, & observata Juris æquitate rectificare,

„ &

„ & quos de Jure concernere agnoverint, eis-
„ dem mox, & immediate reddere, alios etiam
„ cunctos Actus potentiarios pariter revidere,
„ complanareque teneantur.

ARTICULUS VIII.

Jobbagyiones post Seditionem rusticanam ad aliorum Bona translati pristinis Dominis restituantur.

„ Et quod tam Regia, & Reginalis Majesta-
„ tes, quam etiam Domini Prælati, & Barones,
„ ac Nobiles, universos Jobbagyiones post insur-
„ rectionem, & seditionem rusticanam ad Bona
„ ipsorum vel abductos, vel saltim, furtimque lo-
„ catos, juxta formam, & contenta Decreti ge-
„ neralis exinde conscripti per præfatos Locum-
„ tenentem, ac Vice-Palatinum, & Vice-Judicem
„ Curiæ Regiæ, Magistrosque Prothonotarios, &
„ duos electos, in singulis Comitatibus de facto
„ immediateque reddi faciant.

Articulus iste in Exemplari Rákosien. est X.

ARTICULUS IX.

Metæ Regni versus Moraviam, Austriam, & Styriam rectificentur.

„ Et Metas quoque Regia Majestas tam ex
„ parte Moraviæ, quam etiam Austriæ, & Sty-
„ riæ præter ulteriorem moram rectificari facere
„ dignetur.

Articulus iste in Exemp. Rákosien. est XI.

AR-

ARTICULUS X.

Pecora, pecudes, & coria inter annum ſub poena Decreti non educantur.

„ Item: Quod pecudes, & pecora, hoc
„ eſt, boves, oves, vaccæ, & equi gregatim,
„ vel alio ſub colore, & coria eorundem ani-
„ malium de hoc Regno per hunc annum, pro-
„ pter extirpationem novæ monetæ præſentis,
„ et propter inſtantem, futuramque expeditionem
„ ſub poena in majori Decreto exinde ſpecificata
„ non educantur, neque exmittantur. Et ſi edu-
„ cerentur, ubicunque reperti fuerint, modo, &
„ ordine, quo in eodem Decreto continetur, auf-
„ ferantur, non obſtantibus Litteris Regiæ Ma-
„ jeſtatis ſuperinde forſitan conficiendis, ſi tamen
„ extra Regnum, & non ad nundinas liberas,
„ ſeu fora hebdomalia in hoc Regno celebranda
„ abigantur.

Articulus iſte in Exempl. Rákoſien. eſt VIII.

ARTICULUS XI.

Ad impediendam armorum in Turciam eductionem; Triceſimæ, & Nandor Alba, & Zalankemen Petrovaradinum translocentur.

„ Item: Quod Triceſimæ, quæ in Nandor
„ Alba, & Zalonkemen exigi conſveverunt, de
„ cetero in Varadino Petri exigantur, ne Arma,
„ Sales, Pixides, & Cultelli in Turciam defe-
„ rantur.

Articulus iſte in Exempl. Rákoſien. eſt IX.

AR-

ARTICULUS XII.

Gentium ſtatutio regulatur.

„ Item: Quantus in conſervatione Gentium
„ defectus tam per Dominos Prælatos, & Ba-
„ rones, ac alios quoque Comitatuum Nobiles,
„ hactenus fuerit commiſſus, omnibus conſtat. Ne
„ igitur de cetero vel defectus, vel negligentia,
„ in Gentibus conſervandis committatur, nec
„ etiam dampna per eos in tranſitu, ac proceſſu
„ ipſorum Nobilibus, ac Ignobilibus inferantur.
„ Statutum eſt: Quod univerſi Domini Prælati,
„ & omnes Viri Eccleſiaſtici, ac Barones, &
„ Nobiles, qui ratione Bonorum ſuorum, vel de
„ Bonis ſuis propriis Quinquaginta Equites, ſive
„ Armigeros, vel levis armaturæ, ſeu Huzaro-
„ nes tenere non poſſunt, pecunias exercituales
„ de Bonis eorum in medium Nobilium illo-
„ rum Comitatuum, ubi ejuscemodi Bona adja-
„ cent, adminiſtrare teneantur. Et in quolibet
„ Comitatu unus Capitaneus per univerſitatem
„ Nobilium eligatur, qui tam Bona omnium
„ Dominorum, & Nobilium in illo Comitatu
„ adjacen. ſub juramento firmiſſimo per eum præ-
„ ſtando dicare, quam etiam Gentes militaris
„ exercitii peritas conducere, & juxta limitatio-
„ nem Regiæ Majeſtatis, ac præſcriptorum Con-
„ ſiliariorum Regiorum ſecundum neceſſitatis
„ exigentiam illas ſemper in confinibus tenere,
„ & copiam Regeſtri ſuper Dicatura poſt rectifi-
„ cationem in Sede judiciaria fien. manibus Vi-

„ ce-

„ ce-Comitis aſſignare, tempora etiam, & dies „ conductionis Gentium, atque demiſſionis earum „ ad confinia ſemper conſcribere, & Nobilibus „ notificare debeat, & teneatur, ne fraus in Gen- „ tibus conſervan. ſolutionibusque eisdem fien. „ committatur. Nobiles etiam in Litteris ipſo- „ rum Generali Capitaneo Regio in partibus il- „ lis, quo Gentes deputabuntur, conſtituto, nu- „ merum Gentium mittendarum reſcribere, Nu- „ merum etiam Seſſionum Jobbagyionalium illo- „ rum Dominorum, qui juxta limitationem præ- „ ſcriptam per ſemet ipſos cogentur Gentes con- „ ſervare, Ipſi Capitaneo ſimiliter ſignificare te- „ neantur, ut Capitaneus ipſe Gentes prænotatas „ revidere, & perluſtrare ſciat, ne defectus in „ Gentibus ipſis utcunque reperiatur. Damna „ vero, ſi quæ per illos in tranſitu cuipiam irro- „ garentur, per Capitaneum eorum ſemper recti- „ ficentur, atque rependantur. Quod ſi Capita- „ neus ipſe facere nollet, propterea Jure conve- „ niendus puniatur.

ARTICULUS XIII.

Capitanei in ſingulis Comitatibus conſtituendi reſciant, quantæ Gentes inde tempore extremæ neceſſitatis educi poſſint.

„ Præterea idem Capitaneus cum ſuo Ca- „ pitaneatu experiatur in quantum poterit, de „ magnis Proventibus Dominorum, ac Nobilium „ ipſius Comitatus, ut dum extrema neceſſitas

„ coege-

„ coegerit, & omnibus Dominis, ac Nobilibus
„ contra hoſtes Regni perſonaliter inſurgere ne-
„ ceſſarium erit, ſciat Capitaneus ipſe, quot, &
„ quantas Gentes de illo Comitatu ſecum ha-
„ bere poterit, intelligat etiam Univerſitas No-
„ bilium, quantis Gentibus unum quemque eo-
„ rum juxta exigentiam facultatis, & poſſibilita-
„ tis ipſorum ſecundum limitationem ejusdem
„ Univerſitatis Nobilium inſurgere, & ad bel-
„ lum procedere teneatur, ut communis Hoſtis
„ communi omnium proviſione arceatur, atque
„ Dei adjutorio propellatur.

Articulus iſte deeſt in Exemplari Romano, legitur autem tam in Szapariano, quam Nádasdiano. Videtur in illo fundari conſcriptio militaris, qualis ſequiori ætate in exteris Provinciis introducta eſt, & ita eſſet Inſtitutum hoc originis Hungaricæ ſaltem poſterioribus hiſce ſeculis.

ARTICULUS XIV.

Gentes qui mittere debent, ſtatim ad Confinia mittant.

„ Et quod Gentes univerſorum Dominorum
„ Prælatorum, ac Baronum, & Regni Comita-
„ tuum, ſi quæ nondum ſunt miſſæ, ſub poena
„ in generali Decreto exinde expreſſa exnunc ad
„ Confinia, loca ſcilicet eis deputata mittantur,
„ atque ibidem ſerventur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XIII. inter Rákoſienſes autem deeſt.

AR-

ARTICULUS XV.

Numerus Gentium per Ecclesiasticos statuendorum ad vires proventuum limitetur.

„ Quia per Dominos Prælatos, ac Viros „ Ecclesiasticos Decimas haben. super magno, & „ superfluo onere conservationis Gentium que- „ rimonia sæpe defertur, ut videlicet ultra exi- „ gentiam, & quantitatem proventuum ipsorum „ Gentes pro Regni defensione conservare coge- „ rentur, quæ ut e medio tollatur, juxta for- „ mam, & continen. dicti generalis Decreti in „ singulis Regni Comitatibus tot probi, & fide „ digni Nobiles per universitatem Nobilium eo- „ rundem Comitatuum eligantur, quot in eisdem „ Comitatibus Judlium habentur. Qui una cum „ eisdem Judlium præstitis per ipsos Juramentis „ tam de proventibus eorundem Dominorum „ Prælatorum, & Virorum Ecclesiasticorum De- „ cimas haben., quam etiam numero Jobbagyio- „ num suorum, a quibus decens, & opportunum „ fuerit, diligenter experiri, & eorum compu- „ tum, atque numerum sub ipsorum Sigillis infra „ proximum Festum Beati Martini Episcopi, & „ Confessoris, Regiæ Majestati, ac Dominis „ Consiliariis, & Assessoribus transmittere tene- „ antur. Et ut in Diæta, & Conventione ge- „ nerali a modo primitus celebranda juxta exi- „ gentiam facultatum, & proventuum, nume- „ rumque Jobbagyionum ipsorum Gentium per „ eos conservatio juste, & honeste limitetur. In-

C „ terea

„ terea vero Gentes ſuas, modo, quo hactenus „ ſoliti ſunt, juxta formam ipſius generalis De„ creti, & Regeſtrum Excellentiſſimi Principis „ quondam Domini Sigismundi Imperatoris, & „ Regis, pro defenſione Regni conſervare tene„ antur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XIV.

ARTICULUS XVI.

Patroni Eccleſiarum, & Tutores pupillorum Bona eorum pro ſe non computent.

„ Item: Quod Patroni Eccleſiarum, & Tu„ tores Pupillorum, Bona eorum pro ſe non com„ putent, ſed in medium Nobilium numerent.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XV. inter Rákoſienſes autem XIV.

ARTICULUS XVII.

Bona Liberarum Civitatum in medium Comitatuum connumerentur.

„ Et quod Bona, ac Jura poſſeſſionaria Li„ berarum Civitatum noviter empta in medium „ Comitatuum pro Gentium conſervatione con„ numerentur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XVI. inter Rákoſienſes autem XV.

AR-

ARTICULUS XVIII.

Rex, & Regina, & ii, qui ex officio Banderia tenere debent, etiam ratione proventuum Gentes teneant.

„ Item: Regia etiam, & Reginalis Maje-
„ ſtates ratione dignitatis, & pariter Bonorum
„ ſuorum Banderia ſua parata ſemper habere di-
„ gnentur, Officiales quoque finitimi tam ratio-
„ ne Bonorum ſuorum, quam etiam Officiorum
„ ipſorum Gentes ſuas integre pariter conſervare
„ teneantur, prout in Decreto conſcriptum ha-
„ betur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XVII. inter Rákoſienſes autem XVI.

ARTICULUS XIX.

Loca deſolata non dicentur, Libertini tantum Dominis obligati relaxentur.

„ Item: Loca per Turcos combuſta, & de-
„ ſolata non dicentur, Libertini tamen nonniſi
„ illi, qui victu, & amictu Dominorum ſuorum
„ utuntur, in hac parte conſervationis Gentium
„ relaxentur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XVIII. inter Rákoſienſes autem XVII.

ARTICULUS XX.

Inquilini fundos tenentes dicentur.

„ Inquilini etiam in propriis Domibus ha-
„ bitan., ac Aratra, vel Vineas proprias haben-

„ tes, dicentur. Ne Regni defensio in Gen-
„ tium conservatione, & earum numero minua-
„ tur, atque deficiat.

Articulus iste in Exemplari Romano est XIX. inter Rákosienses autem XVIII.

ARTICULUS XXI.

Loca deponendorum, & exponendorum proventuum constituantur, expensæ limitentur, & rationes exigantur.

„ Item: Quod per Regiam Majestatem, ac
„ Dominos Consiliarios Regios limitentur, &
„ constituantur statim loca super proventibus Re-
„ giis ubi, & de quibus Officiales finitimi sala-
„ ria sua rehabeant, & ad illos proventus nemo
„ se de cetero ingerere audeat. Ne Officiales
„ ipsi Budæ cogantur mendicare, & per hoc Of-
„ ficia eorum vacua relinquere. Reliquos etiam
„ proventus Regios, & Curiales Servitores Suæ
„ Majestatis ita moderare dignetur, ne tot dis-
„ sipationes, quot hactenus fuerunt, in proven-
„ tibus Regiis de cetero committantur. Et quod
„ singulis annis Thezaurarius Regius, & provi-
„ sor Budensis de cunctis proventibus Regiis
„ Suæ Majestati, ac Dominis eisdem Consiliariis,
„ & Assessoribus in Festo Epiphaniarum Domini,
„ ac diebus immediate sequentibus ad id sufficien-
„ tibus rationem, & computum dare teneantur.

Articulus iste in Exemplari Romano est XX. inter Rákosienses autem XIX.

AR-

ARTICULUS XXII.

Cusio monetæ vilis cesset, bonæ inducatur, ejus valor, & pretia rerum sub poena limitentur.

„ Item: Quod cusio præsentis monetæ de „ cetero cesset, & Regia Majestas bonas monetas, prout in principio regiminis Majestatis „ Suæ cudebantur, cudi facere dignetur. Verum „ tamen infra Festum Beati Laurentii Martyris „ proxime ventur. monetæ jam cusæ more hac„ tenus solito pro uno denario veteri, post præ„ dictum vero Festum duæ ex eisdem novis, „ pro una bona, & antiqua moneta currant, & „ accipiantur, attamen in rebus vendibilibus Ma„ jestas Regia ordinationem pridem factam, atque „ publicatam observari faciat, & si venditores „ contrarium facerent, res eorum vendibiles, ac „ mercimonia per Judices locorum aufferantur, „ quorum duæ partes Regiæ Majestati in Civi„ tatibus, & Bonis Suis, in aliorum vero Bonis „ Domino Terrestri cedant. Et tertia pars Judici„ bus, & Juratis Civibus relinquatur.

Articulus iste in Exemplari Romano est XXI. inter Rákosienses autem XX.

ARTICULUS XXIII.

Qui ex permissione monetas cudi fecerunt, rationes reddant; adulteratores earum puniantur.

„ Verum quia omnis hæc penuria, ac cari„ stia rerum vendibilium, & mercimoniorum,

„ quæ modo Regnum iſtud oppreſſit, ex cuſione
„ præſentis novæ monetæ pervenit, atque crevit.
„ Plures ſunt autem, qui monetas præſentes
„ cudi fecerunt. Alii ex permiſſione Regiæ Ma-
„ jeſtatis, alii vero propria temeritate, veritas-
„ que eſt de præmiſſis per Regiam Majeſtatem
„ exquirenda, & recta ratio capienda, ac exigen-
„ da. Qui igitur de voluntate Regia monetas
„ in vero pondere, ſeu liga quatuor lothonum
„ cudi fecerunt, ſi juſtam rationem dare de illis
„ poterunt, abſoluti habeantur. Illi tamen, qui
„ monetas ipſas adulterarunt, & in liga trium
„ lothonum, vel aliter infra quatuor cudi feciſſe
„ comperti fuerint, non ſolum ad rectam ratio-
„ nem dandam ſint obligati, verum etiam to-
„ tum lucrum, quod ex hujusmodi adulterationis
„ fraude perceperunt, Regiæ Majeſtati reddere,
„ refundereque teneantur. Qui vero propria eo-
„ rum temeritate cudi fecerunt, prout in Decre-
„ to quoque continetur. Nota perpetuæ infide-
„ litatis condemnentur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XXII. inter Rákoſienſes autem eſt XXI., & XXII.

ARTICULUS XXIV.

Qui monetas extra Regnum cuſas inferunt, aut diſpenſant, comburantur.

„ Cæterum, ſi qui Extraneorum hominum
„ monetas extra Regnum iſtud cuſas, & fabrica-
„ tas, in hoc ipſum de cetero importaverint,
„ &

„ & deprehendi poterint, mox, & de facto com-
„ burantur, & incinerentur, pecuniæque cusæ ab
„ eis auferantur. Hospites quoque, & Dispen-
„ satores eorum, si in hoc Regno de cetero reper-
„ ti fuerint, pari poena puniantur.

Articulus iste in Exemplari Romano est XXIII. inter Rákosienses etiam XXIII.

ARTICULUS XXV.

Mensura Budensis reformata rerum vendibilium ubique inducatur; pretia pro ubertate limitentur.

„ Ne autem fraus, & dolus in rebus ven-
„ dendis, & emendis de cetero committatur,
„ ubique per totum hoc Regnum pro frumento-
„ rum, ac bladorum venditione, & emptione,
„ atque vinorum educillatione una, & eadem
„ mensura cubulus scilicet, & quartale, ac pynta
„ Budensis formetur, verum tamen hæc mensura
„ in priorem, & pristinum statum, & formam,
„ quæ nuper diminuta fuit, redigatur, & per
„ singulos Regni Comitatus, omnesque Civita-
„ tes Liberas, per Regiam Majestatem distribu-
„ atur, pretium tamen non æqualiter, sed juxta
„ locorum exigentiam, prout scilicet carius, vel
„ uberius res vendibiles crescunt, aut deferuntur,
„ taxetur, & limitetur.

Articulus iste in Exemplari Romano est XXIV.

ARTICULUS XXVI.

De executione Teſtamenti Georgii Archiepiſcopi Strigonien.

„ Item: Quod Regia Majeſtas Teſtamentum „ Reverendiſſimi Domini Georgii Archiepiſcopi „ Strigonienſis exequutioni demandare, & Servi- „ toribus ſuis ſolutionem facere pecunias, & res „ alias, pro Miſſa perpetua, Capitulo Strigoni- „ enſi per eum datas, & relictas, reddere digne- „ tur gratioſe.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XXV. in Rákolienſi XXVI.

ARTICULUS XXVII.

Pecuniæ Teſtamentariæ Archiepiſcoporum Strigonienſium, & Colocenſis, ac Epiſcopi Tranſylvanienſis ad Regni neceſſitates convertantur.

„ Quod pecuniæ Teſtamentariæ, aliæque res „ Reverendiſſimorum quondam Dominorum Tho- „ mæ, & dicti Georgii Strigonien. ac Georgii „ Colocen. Eccleſiarum Archiepiſcoporum, & „ Franciſci de Warda Epiſcopi Tranſylvanienſis „ exnunc exquirantur, & ad Regni neceſſitates „ per Regiam Majeſtatem convertantur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt XXVI. inter Rákoſienſes XXVII.

ARTICULUS XXVIII.

Aurum, & Argentum sub poena Decreti e Regno non educantur.

„ Item: Quod aurum, & argentum juxta „ contenta minoris Decreti, & sub poena ibidem „ denotata de hoc Regno nullatenus educantur.

Articulus iste in Exemplari Romano est XXVII. inter Rákosien. XXVIII.

ARTICULUS XXIX.

Nobiles Partium inferiorum in suis Libertatibus conserventur.

„ Item: Quod Nobiles partium inferiorum, „ & signanter duodecim Comitatus a Zewrynio, „ usque ad Posegam in eorum Libertatibus juxta „ contenta Decreti conserventur, & proventus „ eorum de desertis restituantur.

Articulus iste in Exemp. Romano est XXVIII. inter Rákosienses autem XXX.

ARTICULUS XXX.

Causae Curiales in causam honoris non convertantur.

„ Item de cetero causae in Curia Regia cum „ processu solito Regni hactenus tractari consvetae „ in causam honoris non convertantur.

Clausula hujus Articuli concordat cum Rákosien. XLIII.

Articulus XXX. Exemp. Romani hic deest.

AR-

ARTICULUS XXXI.

Abusus inhibitionum tollantur, peregrinantibus prorogationes non suffragentur.

„ Item: Quod Judicia brevia statuto uno „ per Regiam Majestatem termino, more hactenus consveto celebrentur, verum tamen dolus, „ & fraus illa, quæ in inhibitionibus, & peregrinationibus hactenus inter causantes, & litigantes abusivo modo fieri consveverat, de „ cetero cesset, ita quod inhibitiones justæ, & „ rectæ fieri quidem possint, prout in Decreto „ quoque continetur, verum tamen illis, qui vel „ præsentes fuerint in loco Judiciorum, vel in „ aliis causis contra alios egerint, aut ad actionem illorum responderint, inhibitio non detur, „ neque observetur; peregrinationis vero prorogatio (quia peregrinatio salutis, & non fraudis „ causa fieri debet) penitus in toto tollatur, atque cesset.

Articulus iste concordat cum Rákosiensi 46.

ARTICULUS XXXII.

Decreta in unum corpus redigantur, Jura scripta revideantur, & confirmentur.

„ Item: Quod omnia Decreta Regni, per „ Dominos Consiliarios Regios, & Assessores „ Juratos Sedis Judiciariæ Regiæ, Magistrosque „ Prothonotarios infra venturam generalem Diætam in unum corpus Decreti redigantur, &

„ Le-

„ Leges quoque, ac Jura Regni ſcripta interim
„ perlegantur, & ex novo revideantur, atque
„ reviſa in eadem Diæta per Regiam Majeſta-
„ tem Privilegio confirmentur.

ARTICULUS XXXIII.

Supremi Comites Nobilitati Comitatus grati conſtituantur.

„ Item: Quod Regia Majeſtas pro aucto-
„ ritate Sua Regia Comitatuum honores perſonis
„ idoneis, ac benemeritis, & quidem talibus, quæ
„ etiam Nobilibus gratæ videbuntur, & acceptæ
„ ad ſupplicationem Univerſitatis Nobilium Co-
„ mitatuum conferre dignetur. Ne Nobiles ipſi
„ per eos Comites, qui eisdem contrarii ſunt, &
„ diſplicent, oppreſſionem, & defectum in ipſo-
„ rum Juribus patiantur.

ARTICULUS XXXIV.

Tributa ſicca, & arida examinentur, & Jura eorum cognoſcantur, ac decidantur.

„ Item: Quamquam Tributa ſicca, & ari-
„ da, atque ſuper aquis, & fluviis, ab infra de-
„ ſcenden. & ſupra euntibus exigi conſveta, contra
„ Deum, ejusque juſtitiam exigi videantur, &
„ exinde in Decreto quoque Sereniſſimi Principis
„ quondam Domini Ludovici Regis, per invictiſ-
„ ſimum quondam Principem Dominum Mathiam
„ Regem, tempore felicis Coronationis ſuæ con-
„ firmato, conſtitutio quædam, & abolitio eorum

„ facta

„ facta habeatur, absque debita tamen revisione,
„ quod scilicet illorum siccum, & aridum existat,
„ & quod eorum pontem, vel repleturam habe-
„ at, ac juste, rationabilique de causa exigatur,
„ conclusio perfecta fieri non potest, quapropter
„ statutum est, quod in singulis Regni hujus
„ Hungariæ, & partium sibi subjectarum Comita-
„ tibus octo probi, & Nobiles Viri eligantur,
„ qui strictissimo sub Juramento cuncta Tributo-
„ rum siccorum, & in aquis quoque exigi solito-
„ rum, pontes etiam, & replenturas haben. loca
„ peragrare, perlustrareque, & oculata fide con-
„ spicere. Deinde vicinis, & commetaneis eo-
„ rumdem Theloniorum Nobilibus, ac Ignobi-
„ libus pariter super quantitate exactionis ejus-
„ modi Tributorum, quantum videlicet de uno
„ curru, ac equite, & pedite accipi, & exigi
„ consveverunt, & quæ eorum pontes, & reple-
„ turas habeant, & quæ simpliciter sicca, arida-
„ que existant, certo certius edoceri, informari-
„ que, ac ad proximum Festum Beati Martini
„ Episcopi, & Confessoris sub eorum, ac Vice-
„ Comitum, & Judlium Sigillis Regiæ Majesta-
„ ti, ac Consiliariis, & Assessoribus suis Regiis
„ fideliter conscribere, & Regia Majestas, ac ipsi
„ Domini Consiliarii, & Assessores super cujusli-
„ bet Tributi tam abolitione, & distractione,
„ quam etiam exactione veram, justamque, &
„ honestam limitationem, & taxationem facere,
„ & juxta eandem limitationem, & taxationem,

„ postea

„ postea cuncti Tributarii procedere, Thelonia-
„ que & deponere, & exigere debeant, atque
„ teneantur sub amissionis poena Tributorum
„ ipsorum.

Articulus iste in Exemplari Romano est 35.

Hic Articulus XXXVI. Exemplaris Romani deest.

ARTICULUS XXXV.

Decimæ Ecclesiasticis nuper suspensæ dependantur.

„ Item: Quia omnis occasio impedimenti,
„ qua solutio Decimarum DD. Prælatorum, &
„ aliorum Virorum Ecclesiasticorum infra præsen-
„ tem Diætam nuper suspensa fuerat, Deo glorio-
„ so Duce, jam sublata est, ideo universæ Deci-
„ mæ eorumdem Dominorum Prælatorum, ac
„ aliorum Virorum Ecclesiasticorum more hacte-
„ nus consveto ubique libere, & pacifice red-
„ dantur, atque persolvantur.

Articulus iste in Exemplari Romano est 37.

Hic Articulus XXXVIII. Exemplaris Romani deest.

ARTICULUS XXXVI.

Comites Scepusienses Tricesimas, & Civitates sibi impignoratas erga restitutionem Bonorum Laurentii Ducis Regi remittant.

„ Item: Quamvis Tricesimæ, & Civitates
„ Regiæ præ manibus Dominorum Johannis

„ Way-

„ Waywodæ Tranſylvanien., & Georgii fratris „ ſui carnalis Comitum ſcilicet Scepuſien. in cer„ ta pecuniarum ſumma titulo inſcriptionis habi„ tæ, tam ſecundum contenta Decreti, pro Feſto „ Beati Lucæ Evangeliſtæ in Anno Domini Mille„ ſimo Quingenteſimo Decimoquarto, quam juxta „ formam Articulorum Bachiæ in Anno Salutis „ Milleſimo Quingenteſimo Decimo Octavo con„ ſcriptorum reſtituta ea capitali ſumma pecunia„ rum, pro qua apud manus ipſorum exiſtunt, ex „ rationibus, & cauſis ibidem declaratis Regiæ „ Majeſtati reddi, & remitti debeant, ne tamen „ ulterius Majeſtas Regia ejuscemodi proventibus, „ & Civitatibus ſuis deſtituta maneat, ſed uni„ verſi proventus ſui Regii ad manus ſuas in „ tempore, & exnunc veniant, atque reſignentur. „ Ne etiam ipſi Domini Comites Scepuſien. pe„ cuniis eorum privari videantur, Majeſtas Sua „ Regia univerſa Caſtra, Oppida, Villas, Poſ„ ſeſſiones, Portionesque, & quælibet Jura poſ„ ſeſſionaria Illuſtriſſimi quondam Laurentii Du„ cis ubilibet habita, & adjacen. præfatis Comi„ tibus Scepuſien. (quos etiam alioquin eadem „ Jura poſſeſſionaria vigore cujusdam fraternalis „ Contractus, & Regii conſenſus, exinde adhi„ biti concernere, & eisdem adjudicata quoque „ extitiſſe perhibentur, & quæ Majeſtas Sua „ apud ſe, & manus ſuas, tanquam communes „ conſervare, atque illis, quos de Jure concer„ nere dignoſcerentur, reddere pollicita fuerat,

„ elibe-

„ eliberare, remittereque, & resignari facere di-
„ gnetur, cunctis suis Litteris donationalibus,
„ inscriptionalibus, & impignoratitiis, ac etiam
„ statutoriis super eisdem Bonis, & Juribus pos-
„ sessionariis pro parte quorumcunque, & qua-
„ litercunque hactenus confectis, & emanatis,
„ per omnia cassatis, & annihilatis, Jure dunta-
„ xat foeminei, vel etiam virilis Sexus, si qui
„ supersunt hominum in eisdem Bonis, & Juri-
„ bus possessionariis, virtute, tituloque sangvinis
„ habito salvo remanente, ideo ipsi quoque Co-
„ mites Scepusienses universas Tricesimas, ac Ci-
„ vitates Regias præ manibus eorum hactenus
„ (ut præfertur) Titulo inscriptionis pro grandi
„ flor. Summa habitas, & existen. Majestati Suæ
„ Regiæ vice versa, & in reconpensam præmisso-
„ rum, quiete, & absque pecuniarum solutione
„ resignare teneantur.

Articulus iste in Exemplari Romano est 34.

ARTICULUS XXXVII.

Contributio 100. *denariorum Regi resolvitur.*

„ Item: Quod ad proximum Festum Beati
„ Martini Episcopi, & Confessoris per totum
„ hoc Regnum Ungariæ in Bonis tam Regiæ,
„ & Reginalis Majestatum, quam etiam universo-
„ rum Dominorum Prælatorum, ac Baronum, &
„ Regni Nobilium singuli centum denarii veteres
„ unum flor. facien. per Dicatores Regios con-

„ nume-

„ Waywodæ Transylvanien., & Georgii fratris
„ sui carnalis Comitum scilicet Scepusien. in cer-
„ ta pecuniarum summa titulo inscriptionis habi-
„ tæ, tam secundum contenta Decreti, pro Festo
„ Beati Lucæ Evangelistæ in Anno Domini Mille-
„ simo Quingentesimo Decimoquarto, quam juxta
„ formam Articulorum Bachiæ in Anno Salutis
„ Millesimo Quingentesimo Decimo Octavo con-
„ scriptorum restituta ea capitali summa pecunia-
„ rum, pro qua apud manus ipsorum existunt, ex
„ rationibus, & caussis ibidem declaratis Regiæ
„ Majestati reddi, & remitti debeant, ne tamen
„ ulterius Majestas Regia ejuscemodi proventibus,
„ & Civitatibus suis destituta maneat, sed uni-
„ versi proventus sui Regii ad manus suas in
„ tempore, & exnunc veniant, atque resignentur.
„ Ne etiam ipsi Domini Comites Scepusien. pe-
„ cuniis eorum privari videantur, Majestas Sua
„ Regia universa Castra, Oppida, Villas, Pos-
„ sessiones, Portionesque, & quælibet Jura pos-
„ sessionaria Illustrissimi quondam Laurentii Du-
„ cis ubilibet habita, & adjacen. præfatis Comi-
„ tibus Scepusien. (quos etiam alioquin eadem
„ Jura possessionaria vigore cujusdam fraternalis
„ Contractus, & Regii consensus, exinde adhi-
„ biti concernere, & eisdem adjudicata quoque
„ extitisse perhibentur, & quæ Majestas Sua
„ apud se, & manus suas, tanquam communes
„ conservare, atque illis, quos de Jure concer-
„ nere dignoscerentur, reddere pollicita fuerat,
„ elibe-

„ eliberare, remittereque, & reſignari facere di-
„ gnetur, cunctis ſuis Litteris donationalibus,
„ inſcriptionalibus, & impignoratitiis, ac etiam
„ ſtatutoriis ſuper eisdem Bonis, & Juribus poſ-
„ ſeſſionariis pro parte quorumcunque, & qua-
„ litercunque hactenus confectis, & emanatis,
„ per omnia caſſatis, & annihilatis, Jure dunta-
„ xat foeminei, vel etiam virilis Sexus, ſi qui
„ ſuperſunt hominum in eisdem Bonis, & Juri-
„ bus poſſeſſionariis, virtute, tituloque ſangvinis
„ habito ſalvo remanente, ideo ipſi quoque Co-
„ mites Scepuſienſes univerſas Triceſimas, ac Ci-
„ vitates Regias præ manibus eorum hactenus
„ (ut præfertur) Titulo inſcriptionis pro grandi
„ flor. Summa habitas, & exiſten. Majeſtati Suæ
„ Regiæ vice verſa, & in reconpenſam præmiſſo-
„ rum, quiete, & absque pecuniarum ſolutione
„ reſignare teneantur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt 34.

ARTICULUS XXXVII.

Contributio 100. *denariorum Regi reſolvitur.*

„ Item: Quod ad proximum Feſtum Beati
„ Martini Epiſcopi, & Confeſſoris per totum
„ hoc Regnum Ungariæ in Bonis tam Regiæ,
„ & Reginalis Majeſtatum, quam etiam univerſo-
„ rum Dominorum Prælatorum, ac Baronum, &
„ Regni Nobilium ſinguli centum denarii veteres
„ unum flor. facien. per Dicatores Regios con-
„ nume-

„ numerentur, & modo ac ordine, quo in Gen-
„ tium conservatione fieri consvevit, incluso Lu-
„ cro Cameræ Majestatis Regiæ exigatur, quo-
„ rum septuaginta quinque Majestati Suæ Regiæ,
„ & residui viginti quinque denarii Reginali Ma-
„ jestati pro subsidio, & conservatione Banderio-
„ rum Majestatum Suarum cedant, atque persol-
„ vantur; ubi autem monetæ veteres, & antiquæ
„ dari, solvique non poterunt, duæ monetæ no-
„ væ pro nunc currentes solvantur, & accipi-
„ antur.

Articulus iste in Exemplari Romano est 39.

ARTICULUS XXXVIII.

Diæta pro Festo B. Georgii M. anni venturi ad campum Rákos indicitur, in qua & Decreta comportentur, & Leges scriptæ revideantur, & confirmentur, & alia pro commodo Regni decernantur.

„ Item: Quod ad Festum Beati Georgii
„ Martyris proxime venturi una generalis Diæta,
„ sub poena in generali Decreto expressa in cam-
„ po Rákos celebretur, in qua & Decreta in
„ unum corpus Decreti modo prænarrato redi-
„ genda, & Leges Regni conscriptæ revidean-
„ tur, intelligantur, atque confirmentur, in reli-
„ quis etiam Regiæ Majestatis, & Regni sui re-
„ bus quidquid pro utilitate, & commodo, ac
„ quieta conservatione ejusdem Majestatis Suæ,

„ &

„ & Regni ſui faciendum videbitur, unanimi vo-
„ to decernatur, atque concludatur.

Articulſus iſte in Exemplari Romano eſt 40.

ARTICULUS XXXIX.

Pro Franciſco de Hedervára amniſtia expetitur.

„ Item: Licet anno ſuperiori Univerſitas
„ Dominorum, ac Nobilium Regiæ Majeſtati in
„ eo ſupplicaverit, & exinde Articulos quoque
„ ediderit, ut Majeſtas Sua Regia illos, qui
„ Caſtra Nandor Alben, & Sabacz amiſerant, ſer-
„ vatis in hac parte conditionibus, in ipſis Arti-
„ culis declaratis nota infidelitatis condemnare
„ dignaretur, & ex eo Majeſtas Sua Regia Ma-
„ gnificum Franciſcum de Hedervára, alias Banum
„ dicti Caſtri Nandor Alben ipſa infidelitatis nota
„ condemnaverit, Bona etiam, & Jura poſſeſſio-
„ naria certis Fidelibus ſuis jure perpetuo do-
„ naverit, quia tamen Sua Majeſtas alios omnes,
„ qui ſuper amiſſione prædictorum Caſtrorum par
„ ticipes fuere, & culpabiles abſolutos declaravit,
„ atque commiſit. Ideo prælibatum quoque Fran-
„ ciſcum de Hedervára ad ſupplicationem præfa-
„ torum Dominorum, & Nobilium ſuper decla-
„ rata ammiſſione, ſeu violenta expugnatione dicti
„ Caſtri Nandor Alben abſolutum reddere, &
„ inter fideles ſuos connumerare, univerſaque Bo-
„ na ſua, dempto Caſtello Podwarſa (quod idem
„ Franciſcus a ſe dudum vendidiſſe, & alienaſſe

„ perhibetur) ſibi remittere, & remitti facere „ dignetur.

Articulus iſte in Exemplari Romano eſt 41.

Articulus 42. Exemplaris Romani hic deeſt.

Articuli iſti plerique concordant cum Rákoſienſibus, ex illis tamen hic deſunt 13. 24. 25. 29. & a 31. usque 46.

Fortaſſis ad illuſtranda Acta Conventus Hatvanienſis non plane nihil adferrent gemina monumenta, quæ in Archivo Civitatis Caſſovienſis adhuc conſervantur, nempe Ludovici II. Regis Mandatum, de non mittenda ad Hatvan Colonorum decimalitate, & minuta Inſtantiæ Stephano de Werbőcz Palatino Regni miſſæ intuitu non admittendæ per Comitatum de Sáros intentionatæ connumerationis, ac dicationis ſubditorum in Poſſeſſionibus ad Civitatem Caſſovienſem pertinentibus, eidem ingremiatis degentium. Utrumque Anni 1525.

Unius Diætæ hujus Anni 1525. Conſtitutiones per Regem approbatas, & pro Lege agnitas fuiſſe apparet e Diplomate ejusdem ad Poſonienſes die 26. Auguſti, adeoque poſt Conventum Hatvanienſem edito, in quo ad eandem Conſtitutionem provocat, quæ Art. XXI. Rákoſien. & XXIII. Hatvanien. habetur. Cum autem ſcribat *in Diæta proxime præterita ordinavimus, & concluſimus*, hæc autem non Rákoſienſis, quæ prius celebrata, ſine tamen confuſo terminata fuit, ſed Hatva-

Hatvanienſis velut immediate proxima fuerit, manifeſtum eſt, a Ludovico hic non Rákoſienſes, ſed Hatvanienſes Conſtitutiones, de quibus per Regem approbatis poſitiva etiam Diariorum teſtimonia habemus citari.

Profero hoc Diploma ex MS. Cornideſianis T. VII. p. 240. licet illi ſimile jam in Veſt. Comitior. p. 619. depromſerim, tum quod in multis ab eo differat, tum quod diſertius Diætæ meminerit.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bo-
„ hemiæ &c. Fidelibus noſtris Prudentibus, & Cir-
„ cumſpectis Judici, Magiſtro Civium, & Juratis, cete-
„ risque Civibus Civitatis noſtræ Poſonienſis ſalutem,
„ & gratiam. Noveritis, quod nos ad evitandam in
„ Regnis noſtris omnium rerum cariſtiam, cuſionem
„ novæ monetæ ceſſare fecimus, & jam moneta
„ antiqua iterum cudi cœpta eſt, & hujusmodi
„ monetæ antiquæ cuſio ſemper continuabitur. Ita
„ autem in Diæta proxime præterita una cum Do-
„ minis Prælatis, Baronibus, ceterisque Proceribus, ac
„ Regnicolis noſtris ordinavimus, & concluſimus, ut
„ omnia victualia, & aliæ res vendibiles, ita, & eo
„ modo vendantur, ſicuti ante cuſionem novæ monetæ
„ vendebantur. De nova autem moneta id conſtitutum
„ eſt, ut duæ novæ monetæ valeant unam antiquam, &
„ tantum detur pro duabus novis, quantum olim dabatur
„ pro una antiqua, & quidem una nova moneta valeat
„ unum obolum antiquum eo, quod in duabus novis mo-
„ netis tantum eſt argenti, quantum in una antiqua. Et in
„ hujusmodi uſu, atque curſu monetæ tam novæ, quam
„ antiquæ mutatio poſt hac non fiat. Qui vero prænotatis
„ novis monetis, & antiquis aliter uterentur, quam
„ præmiſſum, & res ſuas aliter venderent, quam or-

„ dinatum eſt, mox res, & Bona talium per Judicem,
„ aut Officialem illius loci, ubi id fieret, occupentur,
„ & auferantur, quorum tertia pars cedat Judici, vel
„ Officiali, duæ vero partes Domino Terreſtri. Man-
„ damus igitur Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiſſi-
„ me, quatenus præfatam noſtram, & Conſilii noſtri
„ ordinationem de moneta, de victualibus, & de
„ ſalvo conductu negotiatorum præmiſſo modo iſthic
„ obſervare, & obſervari facere debeatis. Si qui ve-
„ ro præmiſſæ Statutioni noſtræ, & totius Regni noſtri
„ ſatisfacere nollent, ſi Subditi veſtri erunt per vos
„ ipſos aliter, ſi extra dictam Civitatem noſtram Poſo-
„ nienſem, & in ipſo Comitatu Poſonienſi ubilibet hujus-
„ modi mandati noſtri transgreſſores exſtiterint, per Co-
„ mitem, ſeu V.-Comites jam dicti Comitatus Poſonienſis
„ eosdem poenis prænotatis committimus puniendos. Et
„ hæc volumus, ut in medio veſtri, & locis neceſſa-
„ riis publice proclamari, & promulgari faciatis, ſecus
„ igitur facere non præſumatis. Datum Budæ Domi-
„ nica die proxima poſt Feſtum S. Bartholomæi Apo-
„ ſtoli Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Vige-
„ ſimo Quinto.

(L. S.)

Imo adhuc die 22. Februarii A. 1526. in eodem monetæ negotio datæ ſequentes Ludovici Regis Litteræ ex Wagner Dipl. Sároſſ. p. 197. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 568. provocant ad eandem Conſtitutionem, adeoque tunc adhuc pro Lege habebatur, usque nimirum, dum in Comitiis Feſti B. Georgii M. pro irrita declararetur.

„ Ludovicus — Civibus Civitatis noſtræ Kis-Sze-
„ ben — Intelleximus eſſe plurimos in iſta Civitate,
„ qui contemta publica ordinatione, quam de uſu, &

„ æſti-

„ æstimatione novæ monetæ, ac rebus venalibus una
„ cum DD. Prælatis, Baronibus, ceterisque Regnico-
„ lis nostris fecimus, ac per totum Regnum in aliis
„ Litteris nostris publicari, observarique jussimus, eas-
„ dem novas monetas in rebus cujuscumque gene-
„ ris, & victualibus emendis, & vendendis, aliisque
„ solutionibus, & commerciis, aut omnino, tamquam
„ perituras contemnerent, & illis uti nollent, aut du-
„ os novos denarios pro uno veteri accipere vellent:
„ res etiam suas, & animalia longe carius, quam an-
„ te cusionem novæ monetæ solitum fuit, venderent;
„ unde hæc summa rerum omnium caritas, & penu-
„ ria cum publico totius regni nostri incommodo
„ sit consequuta. Quum autem nos hanc novam mo-
„ netam perdere nullo modo intendamus (si enim illa
„ periret, ob defectum pecuniarum longe major ca-
„ ristia rerum omnium fieret:) est igitur voluntas no-
„ stra, & totius Consilii nostri deliberatio firma, ut
„ secundum ordinationem factam duæ novæ monetæ
„ pro una antiqua in omnibus commerciis dentur, &
„ recipiantur. Quamobrem Fidelitati vestræ harum
„ serie firmiter mandamus, ut, acceptis præsentibus,
„ in ista Civitate nostra generaliter omnibus ex man-
„ dato nostro committatis, & etiam publicari, & pro-
„ clamari faciatis, ut sub poena confiscationis uni-
„ versorum Bonorum, ac rerum suarum prædictam
„ ordinationem, & edictum nostrum de supradicto
„ usu, & valore dictæ novæ monetæ antea quoque
„ promulgatum, unusqûisque observare debeat, res-
„ que omnes, merces, victualia, & animalia nemo
„ carius, quam ante cusionem novæ monetæ solitum
„ fuit, vendere, aut emere, aut aliquos contractus, &
„ solutiones aliter, quam est institutum, facere istis
„ novis monetis præsumant, si qui autem usu hujus-
„ modi novæ monetæ se se quovis modo gravari pu-
„ tarent; quantumcunque de illa habeant, ad Came-
„ rarium nostrum Budensem deferre poterunt: ubi ab

„ ipſis permutatione antiquæ monetæ, quam nunc „ ibidem cudi facimus, redimetur: præter Camerarium „ tamen noſtrum Budenſem monetas iſtas novas vel „ redimere, vel aliis ſive internis, ſive externis, per- „ mutare, poena ſub prænotata amiſſionis omnium „ Bonorum nemo audeat. Præſens itaque edictum „ noſtrum, de quo obſervando, & publicando ad „ alias quoque Civitates noſtras ſcripſimus, in iſta Ci- „ vitate obſervare, & obſervari facere debeatis; te- „ merarios transgreſſores, ut præmiſſum eſt, auctori- „ tate noſtra Regia præſentibus in hac parte vobis „ conceſſa, punientes. Secus non facturi. Datum Bu- „ dæ, in Feſto B. Vincentii Martyris Anno Domini „ 1526.

Quod autem Conſtitutiones Diætæ Hatvanienſis Art. XVII. Anni 1526. nullius vigoris eſſe declarentur, inde non poteſt argui, eas non fuiſſe a Rege approbatas, imo id ipſum argumento eſt, eas pro Lege habitas, & ideo poſitiva Lege ſublatas eſſe.

An Conventus generalis Litteris Circularibus Ludovici Regis Conventum Hatvanienſem inhibentis Budam pro Feſto B. Michaelis indictus re ipſa celebratus ſit, determinare non poſſum, celebrandum quidem fuiſſe non obſtante eventu Conventus Hatvanienſis teſtantur. Sigismundi Poloniæ Regis Credentionales, Nicolao Nypczycz ad Ludovicum II. Regem Hungariæ proficiſcenti, cumque Statibus, & Ordinibus Regni Hungariæ tractaturo datæ die 26. Auguſti Anno 1525. quo enim modo cum Statibus, & Ordinibus tractare potuiſſet, ſi hi congregati non fuiſſent, imo ce-

lebra-

lebratum fuisse colligi posset ex aliis Litteris Ludovici Regis ad Pontificem datis, quas ex Belii Nov. Hung. T. III. pag. 122. Katona Hist. Crit. T. XIX. pag. 559. profert, & ego hac de causa hic repetendas esse putavi:

„ His diebus in frequenti totius Regni Conven-
„ tu ob id ipsum a me indicto, idoneum, & ad
„ præsentem bellorum usum apprime necessarium de-
„ lectum habuimus. Ubi, qui in præsidiis castello-
„ rum, & munitionum excubare; qui a finibus ingru-
„ entes hostes arcere; quive justa acie, quum res
„ postulabit, ac collatis signis, pugnare valeant; ex-
„ acta, certaque ratione constituimus. Unum illud,
„ unde rei bellicæ summa constat, dumtaxat impedi-
„ mento erat, quod hoc Regno ob tam diuturna cum
„ hoste certamina, quod aliis Litteris Sanctitati vestræ
„ latissime significavi, penitus exhausto, exinanitoque,
„ novissime vero ex nefaria popularis multitudinis in
„ superiores Ordines rebellione, tributisque etiam, &
„ vectigalibus consvetis magna ex parte spoliato, sum-
„ tus ad alendum, fovendumque militem, bellique one-
„ ra toleranda, nulla prorsus via expedire valebamus.
„ Quonam igitur pacto Sanctitati V. meritas gratias
„ agere debeam, nec animo quidem concipere, ne-
„ dum verbis explicare possum, quæ ad hoc Regnum,
„ tot angustiis circumventum, tantisque armorum flu-
„ ctibus poene obrutum, clementes, ac benignos suos
„ oculos convertere dignata est, deque opportuno re-
„ medio in ipso, quod ajunt, temporis articulo pro-
„ videre. Hoc est gregis Domini curam gerere; hoc
„ veri Pastoris opus; hoc summi Pontificis, Christique
„ Vicarii partes, Capitisque Apostolorum munera ex-
„ plere. Quæ dum Sanctitas V. gerit; & æternam
„ sui nominis gloriam in omnem posteritatem propa-
„ gat, & Divinum Numen magis, magisque propi-

„ tium ſibi reddit. Atque utinam hoc Sanctitatis V.
„ velut exemplo reliqui Chriſtiani Potentatus allecti
„ ſimultatibus, odiisque inteſtinis ſublatis, in commu-
„ ne tandem Chriſtianæ Reipub. jam jam poene la-
„ bentis tempeſtive conſulant, unitisque viribus id
„ quod jam diu factum oportuit, in apertum fidei,
„ totiusque pietatis hoſtem victricia arma capeſſant.
„ Ad id vero S. Veſtra ni fallor, incredibili ſua ſa-
„ pientia, ſummaque auctoritate, ſuaque demum mu-
„ nificentia eos non difficulter attrahet, ac invitabit.
„ Interea vero nos ipſi, quatenus vires ſuppetent,
„ omne robur, omnesque conatus ad furorem, rabiem-
„ que hoſtium arcendam, repellendamque vertemus,
„ ac per vulnera, cœdes, cruoremque noſtri militis
„ graſſanti hoſti, & in dies in Chriſtiani Imperii viſcera
„ magis magisque irrumpenti iter pro virili interclu-
„ dere nitemur. Nam, medius fidius, noſtratium
„ animi, hac munificentia Sanctitatis V. recreati, qua-
„ ſi Sanctitatis V. felici ductu, ſecundisque auſpiciis
„ pugnaturi, ad omnem martis aleam, bellorumque
„ diſcrimen ſubeundum, alacritate, ſpeque bona ple-
„ ni, ſe ſe accingunt. Quod ſi qua ſimul victoria,
„ ac triumphus ſubſequatur (id vero fore divina be-
„ nignitate ſuffragante non diffidimus) omnis procul
„ dubio rerum geſtarum laus, & gloria in S. veſtram
„ jure optimo redundabit. Et quoniam omnis tanti
„ belli apparatus primo quoque tempore eſt expedi-
„ endus; mittimus hunc N. qui a S. V. oblatum præ-
„ ſidium recipiat, & ad nos quam ociſſime deferat.
„ Cui etiam meo nomine Sanctitati Veſtræ referenda
„ commiſi. Illud in primis Sanctitati Veſtræ ſupplico,
„ ut quum omnis ulterior mora ſit amovenda, digne-
„ tur eadem hunc meum nuncium bene, & pro voto
„ expeditum ad me quam celerrime remittere. “

Hoc Diploma deſtituitur nota temporis, adeo-
que ad quem annum referendum ſit, incertum
eſt,

est, imo nec id constat, an Ludovici, vel Wladislai sit, Katona illud ad Annum 1525. refert propter clausulam indubie. *Ex nefaria popularis multitudinis, in superiores Ordines rebellione*, quæ magis huic anno, quam 1514. quo Plebis, seu Rusticana multitudo rebellaverat, convenit. Scimus quidem jam Anno 1518. Popularem multitudinem, id est Nobilitatem superioribus Ordinibus adversatam esse, sed eam Ludovicus nuspiam improbavit, proinde nefariam appellare non potuisset. Contra nihilominus Conventum hoc anno serius celebratum non fuisse, ut credamus, illud svadet, quod & Werbőczius Palatinatu privatus, & Acta Conventus Hatvaniensis non prius rescissa sint, quam Anno 1526. in Comitiis Festi B. Georgii M. quod in illo, si celebratus fuisset, futurum erat, Diploma igitur Ludovici, si genuinum est, (nam illud complures phrases Scholasticæ suspectum reddere possunt) ad A. 1526. post Comitia commode referri posset.

Crisii tamen Congregationem fuisse habitam, didici ex Litteris Annæ Drágffy Viduæ Ladislai de Kanysa, quibus Georgio de Kapolna sequentia scribit:

„ Congregatio Crisiensis est prorogata ad Festum „ B. Dyonisii Martyris proxime venturum, cui & „ Regia Majestas interfuit. Ex Castro nostro Sár- „ vár, in Festo Beati Jeronymi Doctoris Anno „ 1525.

Ex-

Exſtat denique Confœderatio quorumdam Regnicolarum de ſervandis Privilegiis Regni Hungariæ Anno 1525. inita, ut ſuperius ad Annum 1519. retuli.

Anno 1526. Comitiorum pro Feſto Beati Georgii M. in campo Rákos celebratorum Articulos Telegdy in Indice ſuo ſequentibus recenſet:

„ Item: Articuli Anno 1526. Ludovici Regis ulti-
„ mi editi in Diæta Rákos, ubi Stephanus Wer-
„ bôczy fuit proſcriptus, & Palatinatu privatus.

Habentur autem iidem in pluribus Codicibus MS. utpote: Nádasdiano fol. 374. Feſtetichiano, Szapariano, T. II. p. 1039. Széchényiano Dipl. T. IX. Jeſzenakiano, & Rádayano, ubique tamen ſine Diplomate confirmatorio, quod confirmandæ conjecturæ deſervit, Ludovicum II. Articulos peculiari Diplomate ſeorſim edito confirmare conſveviſſe.

Comitiorum iſtorum Hiſtòria hactenus tenebris involuta plurimum lucis accipiet ex geminis Epiſtolis toties commemorati Antonii Pulleonis del Burgio e MS. Bibliothecæ Emin. Cardinalis Joſephi de Batthyán deſumtis, quarum altera Diarium ipſorum Comitiorum a die 24. Aprilis, ad diem 8. Maji deductum, altera de interna, quæ circa tempus Comitiorum S. Georgii fuit, Regni conſtitutione ſingularia, ex intima Arcanorum Aulæ notitia deprompta continentur. In priore illa præciſe hiſtorica ſequentia attentione digna ſunt.

Ad

Ad diem 24. Aprilis, *Confratres, quos Hungari vocant Calendarios, ducenti Nobiles conjurati in Kechkèméth, quorum Conjurationis Exemplum mittitur Suæ Sanctitati:* De ista Conjuratione hactenus erroneas Scriptores domestici prodiderunt conjecturas. Pray in Diss. de Prior. Auranæ p. 83. ad Annum circiter 1522. post reditum Ludovici Regis ex Moravia narrat, Andream de Báthor ad Comitem Thomam de Nádasd scripsisse, fieri non longe a Tybisco coitiones Nobilium pro Isabella, & Joanne II. quæ Kalandos nomen habeant, Nádasdium, quid id esset, ex Francisco de Batthyán quæsivisse, qui eidem sequentibus ex originali desumptis, & l. c. relatis respondit:

„ Ubi autem M. V. certior fieri cupit, an illa antiqua Confœderatio, quæ Kalandos dicta fuit, „ cum consensu, & scitu Serenissimi Regis Ludovici facta sit, possum M. V. significare, eam „ cum scitu, & annuentia ejusdem Seren. Regis „ esse initam, & quidem contra Joannem Regem, „ qui tunc erat Vajvoda Transylvaniensis, & Budæ est conclusa, atque sigillata multorum Nobilium, & Dominorum consensu. Ego tamen „ in ea non fui, & prout erat incoepta, non „ erat Regi perniciosa, ubi autem deventum est „ ad faciendas expensas, & sumtus, certe quilibet se subtraxit, quantum potuit, & quidam „ compulsi fecerunt, pauci tamen perseverarunt. „ Qua de re multum scirem scribere, sed nunc „ necessitas non postulat. Datum ex nostra Németh-Ujivár 2. Nov. 1559. Servitor Franciscus „ de Batthyán. “

Kato-

Katona Hift. Crit. T. XIX. p. 159. id ipfum fragmentum ex Prayo refert ad Annum 1519. & putat Art. 44. ita dictorum Báchienfium hujus anni Articulorum, hanc ipfam Confœderationem Fratrum Calendariorum aboleri, fed ex Epiftola Pulleonis patet, Francifcum de Batthyán quidem in loco, Prayum vero, & Katonam in tempore, & hunc quidem pofteriorem etiam in eo aberrare, quod prænotatum Art. 44. contra hanc Conjurationem, cujus Anno 1519. nec umbra quidem exftitit, conditum effe, Batthyánius, qui Budæ conclufam effe fcribit, poft tantum temporis intervallum facile memoria labi potuerit, aut certe primam originem ipfe ignoraverit, nam in Kechkeméth initium fuiffe certum eft, fed deinde Budæ Conjuratio hæc extenfa fuerit, ut narratur initio Epiftolæ IV. quam producam, & hujus folum Batthyánius notitiam habuerit. Dolendum eft ipfum Conjurationis Exemplar nondum in lucem protractum effe, quod tamen Romæ indubie in eodem fonte cum Epiftolis Pulleonis latebit, & mihi fpes ejus obtinendi affulget, fi vita duraverit.

Ad diem 28. *Quod Sua Majeftas anno præterito in Comitiis Jubilate conceſſerit Nobilitati, quid quid petivit.* Ita quidem refert Regem Nobilitati nunciaffe, & multa objeciffe, ut haberet, quod illi parceret, & culpam totam in Werbőczium converteret, quod & tam dextre factum eft, ut inconftans vulgus, quafi novam,

&

& liberam auram respirasset, contra Palatinum novum nempe Werbőczium clamaverit, & positis armis totum se ejus arbitrio permiserit, certe in puero Rege plus constantiæ fuit, quam in ejusmodi Thrasonibus, qui tamquam in optima forma Jure convicti, & culpæ veniam consecuti non passi solum sunt, sed urserunt eum damnari, quem suæ levitati inservire antea invitum coegissent. Quod autem in Diæta Jubilate Rex Nobilitati, quidquid petiisset, concesserit, de hujus facilitate ne ambigere quidem jam ausi sunt, licet in præcipuis, qualis fuit avarissimorum Consiliariorum amotio, & extraneorum dimissio post illam tot contributionum inanem dissipationem adeo evidenter necessaria, adversatus, postremo ex Comitiis discesserit.

Ad diem 3. Maji Werbőczius fuit condemnatus.

Ad diem 8. Maji. Nondum conclusi erant Articuli, quos se missurum promittit. Sed legatur ipsum:

Gemina Monumenta, quibus Historia tam horum Comitiorum, quam Conventus Hatvaniensis illustratur, memorabilia supersunt; quæ quamquam jam ab aliis edita sint, hic tamen etiam exterorum Lectorum causa referenda esse duxi, quia cum narratione coævorum Scriptorum, præsertim cum Diariis Conventus Hatvaniensis collata, non quidem in factis, & eventibus, sed in eo, quod justum est, e diametro pugnare videntur.

tur. Unum est Instrumentum proscriptionis Stephani de Werböcz, & Michaelis Zoby, quod ex Pray Annalium P. V. p. 87. Katona Hist. Crit. T. XIX. p. 589. edidit, & ita habet:

„ Nos Prælati, Barones, Proceresque, & tota „ Nobilitas Regni Hungariæ, memoriæ commendamus — quod nobis Feria VI. proxima post Festum „ inventionis S. Crucis, novissime transactum, instante scilicet termino generalis Conventus nostri, pro „ Festo D. Georgii M. proxime præterito, de Regio „ edicto celebrato, hic Budæ penes Serenissimum „ Principem Ludovicum, D. Gr. Hung. Boh. &c. Regem Dominum nostrum Clementissimum, Conventu in eodem constitutis, & existentibus egregius „ Magister Nicolaus de Thurotz, personalis præsentiæ „ ipsius Domini nostri Regis Locumtenens, nomine, „ & in persona Majestatis Suæ exhibuit, & præsentavit nobis quasdam Litteras honorabilis Capituli Ecclesiæ Buden. exhibitorias, ammonitorias, & certificatorias, pro parte dicti D. Regis, contra Stephanum de Werbôcz, & Michaelem de Zob. confectas, „ & emanatas — quibus exhibitis, & præsentatis idem „ M. Nicolaus nomine, ut præfertur, & in persona „ præfati D. nostri Regis, ea, quæ contra auctoritatem Regiam, & Libertatem Regni hujus per præfatos Stephanum de Werbôcz, & Michaelem Zoby, „ præteritis temporibus acta sunt, ex mandato Regio „ volens lucidius declarare, contra eosdem Stephanum Werbôczy, & Michaelem Zoby proposuit eo „ modo: quomodo idem dominus noster Rex sedulo, „ ac diligenter considerans, quanta pericula huic Regno tum ab externis hostibus, tum vero intestina „ quorumdam subditorum Majestatis Suæ factione, circumquaque immineant; quanta item diminutio auctoritatis Regiæ, & Libertatis hujus Regni superioribus annis, & præsertim quum præfati Stephanus

„ Wer-

„ Werbôcy, & Michael Zoby dictæ factionis præcipua
„ capita Conventum generalem Regnicolarum anno
„ præterito pro die Dominico Jubilate ex Regio edi-
„ cto in campo Rákos celebratum, non curatis peri-
„ culis huic Regno imminentibus; rebus publicum
„ statum hujus Regni concernentibus, infectis sine
„ omni justa causa dissolventes; immemores benefi-
„ ciorum, a præfato D. nostro Rege largissime ac-
„ ceptorum, & præsertim dictus Stephanus Werbôczy,
„ alias personalis præsentiæ Regiæ Majestatis Locumte-
„ nens, immemor fidei, & fidelitatis, quam Majestati
„ Suæ, & alioquin, potissime vero ex officio suo in-
„ tegerrime debebat, contra mandatum Regium, &
„ poene omnium Ordinum hujus Regni consensum,
„ sub specie communis boni, aç reformandi status
„ Regni, in Oppido Hatvan Comitia indixissent, con-
„ tra statum publicum præfati D. nostri Regis, &
„ Coronæ, se se erigere non formidantes, ad quæ,
„ evitandæ seditionis caussa, quæ hinc nisi Sua Ma-
„ jestas id fecisset, aperte imminebat (certis namque
„ nunciis ad Suam Majestatem dicti homines factiosi
„ semel atque iterum huc Budam missis, inter alia
„ Majestati Suæ nunciassent, ut, si illo proficisci nol-
„ let; vellent ipsi cum omnibus viribus eorum ad
„ Suam Majestatem propius venire) ipsam etiam Ma-
„ jestatem Regiam sub fida assecuratione salvi con-
„ ductus cum Dominis utriusque Ordinis, & Proce-
„ ribus, Majestati Suæ adhærentibus, proficisci com-
„ pulissent; ibique inter cetera opprobria in omnes
„ Ordines, & Dignitates sine moderatione jactata, eis-
„ dem Stephano Werbôcy, & Michaele Zoby auctori-
„ bus Spectabili, ac Magnifico D. Stephano de Bá-
„ thor, dicti Regni Hung. Palatino Magistratus Pala-
„ tinalis abrogatus, ac Præfatus Stephanus Werbôczy
„ consentientibus factionis suæ hominibus, non per
„ suffragia Regni hujus, sed tumultuose in locum ejus-
„ dem D. Palatini suffectus esset, & interim, quoad
„ præ-

„ præfatus D. noſter Rex illo applicuiſſet nonnullos
„ Proceres, & Nobiles Regni hujus, qui utpote man-
„ dato Regiæ Majeſtatis pro fidelitatis eorum conſtan-
„ tia obtemperantes, non ſolum per ſe illuc ad Hat-
„ van ire noluiſſent; ſed etiam, quum plurimos ad
„ obedientiam, & integram fidelitatem, Regiæ Maje-
„ ſtati debitam, domi retinuiſſent, multis conviciis,
„ & probris eos afficiendo, contra contenta generalis
„ Decreti Regni, de infidelium condemnatione editi,
„ & ſtabiliti, proditores, & infideles Regni publice
„ declaraſſent: quæ omnia quum videat præfatus D.
„ noſter Rex, in apertam diminutionem auctoritatis
„ Suæ Regiæ, & antiquæ Libertatis omnium Statuum
„ hujus Regni vergere; nolens ea, quæ in Prælatos,
„ Barones, Proceres, ac alios Fideles Regnicolas ſuos
„ per tumultum, & factiones acta ſunt, impunita re-
„ linquere, ne daret occaſionem per hujusmodi homi-
„ nes factioſos & auctoritatem ſuam Regiam, & Li-
„ bertatem hujus Regni vileſcere, memorati Stephanus
„ Werbôczy, & Michael Zoby, tota die præſcripti
„ tertii diei, ad quem, ut præmittitur, fuerunt ammo-
„ niti, immo die etiam tunc immediate ſequenti, per
„ annotatum M. Nicolaum in perſona præfati D. no-
„ ſtri Regis coram nobis legitime exſpectati, in ejus-
„ dem D. noſtri Regis præſentiam, & per conſequens
„ ad præſcriptum Conventum generalem, prout ex
„ Decreto Regni debuiſſent, venire recuſantes, idem
„ M. Nicolaus in perſona præfati D. noſtri Regis
„ ex parte eorumdem Stephani Werbôczy, & Michae-
„ lis Zoby per nos in præmiſſis Juris æquitatem, ju-
„ ſtitiæque complementum ſupplicavit elargiri. Sane,
„ quia præfatus Stephanus Werbôczy, inſtante præ-
„ ſcripti generalis Conventus S. Georgii termino, de
„ ipſo Palatinatus negotio, & rebus, factisque in ipſo
„ Hatvanienſi Conventu habitis, Regiæ Majeſtati
„ modo præmiſſo hic Budæ perſonaliter ſupplicaſſe,
„ & deinde a Sua Majeſtate nulla relatione exſpectata,

„ una

„ unacum præfato Michaele Zoby, hinc noctu discessisse, atque auffugisse, tantumque præfatus D. noster Rex, ne quid in hac re decretis, & consvetudinibus Regni sui præjudicari videretur, ex superabundanti gratia sua, mediantibus præfatis Litteris præceptoriis, per præfatum testimonium dicti Capituli Ecclesiæ Budensis ad præscriptum tertium diem Festi BB. Philippi, & Jacobi Apostolorum, juxta contenta decreti evocari fecisse, iidemque Stephanus Werbôczy, & Michael Zoby die in eodem, immo etiam die tunc immediate sequenti per præfatum Magistrum Nicolaum in ipso generali Conventu legitime exspectati venire non curasse; sed se in suæ culpabilitatis manifestum indicium a facie juris, & justitiæ penitus absentasse, ex præmissis reperiebantur manifeste: propter quod juxta contenta generalis Decreti superinde editi, & stabiliti, iidem Stephanus Verbôczy, & Michael Zoby pro præmissa eorum contra Statum publicum D. nostri Regis, & coronæ notoria erectione, aliisque prædeclaratis diversis nefandissimis, atque illicitis, & indignis actibus præsumptuosis, tamquam auctoritatis Regiæ impetitores, publici Status, Pacis, Libertatis manifesti turbatores, jure, legitime, & ex maturo omnium nostrum consilio, accedente etiam ad hoc benevolo consensu, & sana deliberatione præfati D. nostri Regis, pro tribunali in medio considentis, proscribi, & in publicos hostes, notoriosque infideles declarari, exindeque universa eorum Bona tam mobilia, quam immobilia, juribus uxorum, & liberorum eorumdem ex speciali gratia Regia solum remanentibus, Fisco Regio applicari debere, perspicue agnoscebantur. Nolentes igitur ea, quæ in diminutionem dignitatis, & auctoritatis Regiæ, atque libertatis Regni per tumultum, & factiones indebite acta sunt, impunita relinquere, ne alii ab ipsis factiosis exemplati ad simile notorium facinus

„ contra Principem, & Regni libertatem perpetrandum se opponere præsumant; quin potius eorum personalis afflictio quoslibet alios a talibus factionibus, seditionibusque concitandis retrahat, & restinguat, ceterisque formidabile transeat in exemplum, eosdem Stephanum Werbőczium, & Michaelem Zoby rationibus, & causis ex præviis duximus proscribendos, & in publicos hostes, notoriosque infideles declarandos, atque pronunciandos, universa eorum Bona tam mobilia, quam immobilia Fisco Regio applicari committentes, juribus tamen præfatarum uxorum, & liberorum eorumdem ex speciali ut præfertur, Principis gratia, salvis remanentibus; immo proscribimus, declaramus, pronunciamusque, & committimus, jure & justitia requirente harum nostrarum appensione Sigillorum præfati D. nostri Regis, quo, ut Rex Hungariæ in judiciis utitur; nec non præfati D. Stephani de Báthor Palatini; & item Magnifici D. Joannis Drágffy de Berolthôk (Belthôk) Judicis Curiæ Regiæ Majestatis, communitarum vigore, & testimonio Litterarum mediante. Datum Budæ, prædicto quarto die termini prænotati. “

Aliud est Diploma Regium, quo Stephano de Báthor Palatinatus dignitas postliminio restituta est, per eosdem editum sequentis tenoris:

„ Nos Ludovicus — memoriæ commendamus, — quod nos sedulo, ac diligenter considerantes, quanta pericula huic Regno nostro tum ab externis hostibus, tum vero intestina quorumdam Subditorum nostrorum factione, circumquaque immineant; quanta item diminutio auctoritatis nostræ Regiæ, ac libertatis hujus Regni nostri præteritis temporibus facta sit; & præsertim, quum anno præterito Stephanus Werbőczius, ac Michael Zoby, dictæ

„ factio-

„ factionis præcipua capita, contra mandatum nostrum, „ Prælatorumque, Baronum, & Procerum, ac totius „ pæne Nobilitatis consensum, sub specie communis „ boni, ac reformandi Status hujus Regni nostri, in „ Oppidum Hatvan Comitia indixissent, ad quæ nos „ etiam evitandæ seditionis caussa, quæ tunc, nisi id „ fecissemus, aperte imminebat, cum ipsis Prælatis, „ & Baronibus, ac Proceribus nostris proficisci com- „ pulissent, ibique inter cetera opprobria in omnes „ Ordines, ac Dignitates sine moderatione jactata, ac „ alia multa perperam, violenter, ac contumeliose „ acta, eisdem Stephano Werbôczy, & Michaele Zoby „ auctoribus, fidelique nostro sincere dilecto Spect. „ ac Magnif. D. Stephano de Báthor Regni nostri Pa- „ latino, qui nobis, & huic Regno nostro tempori- „ bus necessariis multa grata, & fidelia præstitit obse- „ quia, Magistratus Palatinalis abrogatus, ac præfatus „ Stephanus Werbôczy consentientibus factionis suæ „ hominibus, non per suffragia Nobilitatis, sed tumul- „ tuose in locum ejusdem Palatini suffectus esset: quæ „ omnia quum videremus in apertam perniciem & „ nostri, & status Regnorum nostrorum pertinere; „ curavimus diligenter in hoc generali Conventu, „ quem ob has caussas ad Festum D. Georgii M. pro- „ xime præteritum indixeramus, apud Regnicolas no- „ stros declarare, qui cognitis his omnibus, humilli- „ me nobis supplicarunt, ne ea, quæ in Prælatos, „ Baronesque nostros per tumultum, & factiones in- „ debite acta sunt, impunita esse sineremus, neve oc- „ casionem daremus per hujusmodi homines factiosos „ & auctoritatem nostram Regiam, & libertatem hu- „ jus Regni vilescere. Qua supplicatione justa, & ad „ bonum publicum pertinente benigne exaudita, eos- „ dem Stephanum Werbôczy, & Michaelem Zoby, „ auctoritatis nostræ impetitores, ac publicæ pacis, „ & libertatis manifestos turbatores jure, legitime, „ ac ex maturo consilio universorum Prælatorum, Ba-

„ ronum, Procerumque, & Regnicolarum hujus Re-
„ gni noſtri, proſcribi, & in publicos hoſtes decla-
„ rari fecimus, ac inſuper ne de cetero Magiſtratum
„ Palatinatus, qui poſt Regem in hoc Regno in
„ ordine Baronum proxima eſt dignitas, ad impeti-
„ tionem cujusque factioſi pateat acceſſus, itidem ex
„ pleno conſilio dictorum Prælatorum, Baronum, Pro-
„ cerum, ac Regnicolarum noſtrorum decrevimus, &
„ deliberavimus, ut ipſe Magiſtratus eidem Stephano
„ de Báthor, cui ſine cauſa injuſte, indebiteque ab-
„ rogatus erat, reſtituatur, & eidem in priſtinam au-
„ ctoritatem, dignitatemque præficiatur: & ne futuris
„ etiam temporibus ab ipſo, vel quopiam Palatino,
„ niſi ob aliquod capitale facinus aufferatur; hoc
„ etiam addito, ut ſicuti juxta antiquam conſvetudi-
„ nem in generali Conventu per ſuffragia omnium
„ Ordinum hujus Regni noſtri Palatini in hoc Regno
„ noſtro creari ſolent; ita, ſi quod alicui illorum cri-
„ men objectum fuerit, antequam officio privetur,
„ cognitioni DD. Prælatorum, Baronum, & totius
„ Nobilitatis in Conventu generali ſubjiciatur. Qua
„ in re quicumque Palatinus per Juris proceſſum con-
„ victus fuerit; non ſolum Magiſtratu, ſed & vita pu-
„ blice privari debeat, Jure, & Juſtitia mediante;
„ immo deliberamus, & decernimus, & firmiter con-
„ cludimus, harum noſtrarum vigore, & teſtimonio
„ Litterarum mediante. Datum Budæ, Feria IV. pro-
„ xima poſt Feſtum Inventionis S. Crucis, Anno
„ MDXXVI. (1526.) "

Non ſatis pervideo, quomodo in Inſtrumento proſcriptionis intelligenda ſit clauſula illa: *Quod nobis Feria VI. proxima poſt Feſtum Inventionis S. Crucis - - inſtante ſcilicet termino generalis Conventus noſtri, pro Feſto D. Georgii - - de Regio edicto celebrato:* (celebrati).

Cum

Cum terminus Conventus ille soleat appellari, pro quo indictus erat, prædicta autem Feria VI. in diem 5. Maii incidente terminus Festi B. Georgii jam non instabat, sed elapsus erat, videtur igitur hic terminus generalis Conventus non incipientis, sed desinentis indicari, si proinde quartus dies termini prænotati, dati nimirum hujus Instrumenti, seu circiter dies 8. Maii ultimus Conventus erat, patet Comitia hæc a die 24. Aprilis nonnisi usque diem 8. Maii durasse, immo si quod deinceps etiam legale evasit, tertio die præfixi termini adeoque die 26. Aprilis inchoata, & Feria VI. post Festum Inventionis S. Crucis seu die 5. Maii, ut hic innuitur, terminata sunt, nonnisi decem dies eadem durasse oportet, sive quod imminentia Regno pericula longiorem moram extrahere non admiserint, seu quod prævalens Prælatorum, & Baronum factio Nobilitati gulam præfocaverit, quo minus clamoribus alioquin nihil profuturis tempus extrahere possit. Ceterum ut ex Epistola Pulleonis patet, hac ætate Diæta ultra 15. dies durare non potuit.

Post cladem Mohachiensem, ut omnia in summa consternatione erant, ita diversis in partibus Regni Conventus partim indicebantur, partim celebrabantur. Primus omnium fuit Conventus particularis Miskolczini celebratus. Habentur in Archivo Civitatis Cassoviensis sub E. n. 1127. Litteræ Pauli Episcopi Agriensis, Joannis Bebek de Pelseucz, & Ablegatorum Comitatuum

Heves, Gömör, Borſod, Torna, & Abaujvár, in Oppido Miskolcz congregatorum; quibus ad reprimendos impetus Turcicos ſuppetias, & pecuniam dandam requirunt. Iſtæ Litteræ eædem indubie ſunt, quas, uti ad Bartphenſes datæ erant, Wagner Dipl. Sáros. p. 155. & ex illo Katona Hiſt. Crit. T. XIX. pag. 733. vulgarunt.

„ Datum in Miskolcz die Dominico poſt Feſtum „ Exaltationis S. Crucis A. D. 1526. Paulus Epi- „ ſcopus Agrienſis, Joannes Bebek de Pelſewcz, „ ac Nobiles electi Comitatuum Heves, Gewmer, „ Borſod, Thorna, & Abaujvar. “

Conventum hunc diſtinctum fuiſſe a Congregatione generali, quales nunc in Comitatibus celebrari ſolent, aut quales olim pro pluribus etiam Comitatibus celebrari ſolitas fuiſſe jam alias e Diplomatibus obſervavi, vel illud argumento eſt, quod illi tantum *Electi Nobiles* Comitatuum interfuerint, & imprimis, quod ex illo intuitu Subſidii etiam ad partes talium Comitatuum Litteræ ſcriptæ ſint, ex quibus electi adfuiſſe non commemorantur, uti ſunt Civitates Bartpha, in Sároſienſi, Leutſchovia in Scepuſienſi, idque nomine Regni, ut narrat uberius Spervogel apud Wagner Scepus. P. II. p. 147.

Alter Conventus, non quidem generalis Regni, qui hoc temporis Articulo poſſibilis non erat, ſed tamen memorabilis celebratus eſt Tokayni, cujus plura tam diplomatica, quam hiſtorica ſuperſunt Veſtigia Terminum eidem diem

14. Octo-

14. Octobris præfixum fuisse, patet ex Litteris ejusdem Pauli de Warda Episcopi Agriensis ad Cassovienses datis post Festum B. Dionysii, in quibus scribit, eum ad proximam futuram Dominicam præfixum esse. Vid. Vest. Comit. p. 627. In Archivo Civitatis Cassoviensis sub Lit. E. n. 1129. habentur Litteræ Pauli de Warda Episcopi Agriensis de mittendo ad consultationem pro conservando contra hostes Regno Tokayni habendam Nuncio. Sigismundum Poloniæ Regem jam in hoc Tokayensi Conventu Nuncium suum habuisse, aut saltem eo misisse, colligitur ex MS. Steph. Kaprinay serie sub Lit. B. 4. T. XXVII. p. 224. si notæ temporis rite consignatæ sunt, ubi referuntur Litteræ, quibus Sigismundus Nuncium, & Aulicum suum Nicolaum Nypczycz ad Magnificum Vayvodam Transylvaniæ, nec non ad alios Status, & Ordines Regni Hungariæ missum, Civium Cassoviensium benevolentiæ commendat. Datum Cracoviæ d. 11. Octobris 1526. quod cum tempore Conventus Tokayensis ita congruit, ut Nuncium cum Vayvoda, & Statibus haud facile alibi, quam in Tokay, ubi congregati erant, convenire potuisse appareat; pro Conventu autem generali in Alba celebrando, velut nondum hoc tempore, sed ex Tokayensi primum indicto, præmature adhuc Nuncius expeditus fuisset, ad quem alioquin alios Nuncios, Andream Episcopum Premisliensem, & Stanislaum de Sprowa Castellanum Biecensem Sigismundus expedivit, prout

e Credentionalibus eisdem datis mox proferendis patebit.

Katona Hist. Crit. T. XIX. pag. 740. arguit ex narratione Spervogelii mox referenda Conventum Tokayensem, quem *Comitia* nimis improprie appellat, ad Kal. Nov. producta fuisse, ego vero inde arguo Conventum jam initio Novembris solutum fuisse, cum Spervogel sequelam ejus narret, quæ stante Conventu in effectum deduci nequaquam debuerit. Deducitur, id quod adstruo legitime ex Litteris Polonorum apud Dogiel Cod. Dipl. Regni Polon. T. I. P. I. p. 124. & ex illo apud Katona Hist. Crit. T. XIX. p. 748. in Vigilia omnium Sanctorum ad Hungaros datis, ubi sequens clausula occurrit: *Conventum, quem nuper in Oppido Tokay habuerunt.* Si in Vigilia omnium Sanctorum jam nuper, id est, Stylo diplomatico præteritum, quod jam non est, seu non perdurat, Poloni scripserunt, si eum nuper celebratum esse absentes jam sciverunt, certe non ad Festum Omnium Sanctorum productus, sed prius tot diebus adminus dissolutus fuerit, ut id in Vigilia OO. SS. Polonis innotescere potuerit. Non piget proferre ipsas Litteras, cum una Conventus generalis Albam indicti Vestigium contineant.

„ Reverendi in Christo Patres, Spectabiles, & „ Magnifici, Generosi, Egregii, Nobiles, & Famati, „ Nobis sincere dilecti. Accepimus Litteras Vestrarum Dominationum, quibus nobis Conventum suum, quem ad consulendum saluti Patriæ suæ nuper

„ in

„ in Oppido Tokai habuerunt, declarant, & quum
„ considerent, se absque Rege, & Directore suo nihil
„ certi, aut solidi aggredi constituere posse; indixerunt
„ Conventum generalem Regni pro Festo S. Emerici
„ Ducis, & Confessoris in Albaregali, postulantes a
„ nobis, ut ad illum Oratores nostros mitteremus.
„ Fuerunt nobis ipsæ Litteræ Vestrarum Dominatio-
„ num in his modernis turbatissimis temporibus non
„ mediocri solatio, quod intelligamus, illas id agere,
„ & curare, quod in eo casu salutis, & opportunum
„ videtur. Unde speramus adiutore Domino DEO,
„ & Sanctissima illius Matre, Vestrarumque Dominatio-
„ num maturo consilio, Regem imprimis salutarem,
„ deinde ordinem necessarium, & postremo firmam,
„ & certam defensionem adversus tantum hostem istic
„ adhuc constitui posse: ad quod illarum saluber-
„ rimum institutum adjuvandum, mittemus libentissi-
„ me citra ullam moram Oratores nostros, ut optant,
„ ad Conventum ipsum. Verum quia hodie primum
„ Litteras de hac re Vestrarum Dominationum acce-
„ pimus; tam subito Oratores expedire non potuimus.
„ Curabimus tamen, ut quantum fieri poterit, non
„ morentur: quod Dominationes Vestræ, si tardius
„ venerint, boni consulent, & angustiæ temporis ad-
„ scribent. Interim Dominus DEUS dirigat consilia,
„ & actus illarum in Gloriam Nominis Sui, & Regni
„ istius salutem, & incrementum; quæ valeant felici-
„ ter. Cracoviæ Feria V. in Vigilia OO. SS. Anno
„ Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Se-
„ ptimo. “

Ex hoc Instrumento patet, Conventum Tokayensem non fuisse pro generali habitum, cum commemoretur, Conventum generalem inde pro Festo S. Emerici Albam fuisse indictum. Et istud est irrefragabile argumentum, quo conficitur,

Con-

Conventum Tokayensem non fuisse ad Kalendas Novembres productum, non enim plus, quam tres dies inter finem Conventus Tokayensis, si Kalendis Nov. dissolutum esse ponamus, & initium Albensis die 5. Novembris intercessissent, qui terminus non indicendis Comitiis generalibus, sed ne itineri quidem Tokayno Albam ea anni tempestate, & iis in partibus suffecturus erat. Patet etiam, in Conventu Tokayensi non aliud actum fuisse, quam de interimali provisione Regni, & indicendo Conventu generali Albam, ubi communibus suffragiis de sufficiendo Rege ageretur, licet fortasse præparatio quædam in favorem Joannis de Zápolya, in Regem eligendi facta fuerit. Joannes jam Rex in Litteris ad Eperiessienses datis ex Buda in Festo B. Clementis P. M. A. D. 1526. apud Wagner Dipl. Saross. p. 251. & Katona Hist. Crit. T. XIX. p. 753. quædam eorum, quæ ibi acta sunt, & speciatim sequentia recenset.

„ Licet his diebus superioribus in Conventu nostro „ in Oppido Tokay habito, ex consensu, & vo„ luntate omnium Dominorum illic nobiscum „ constitutorum, & existentium, videntes, & con„ siderantes exigentiam, & necessitatem Castri „ nostri Themesiensis in tanto rerum discrimine „ imminenti, Spectabili, & Magnifico Petro de „ Perén, eorum Comiti Themesiensi, nunc vero „ Waywodæ Transylvano in Subsidium ejusdem „ Castri Themesiensis una cum aliis Civitatibus, „ videlicet Bartfa, Lewche, & Zeben, mille „ florenos persolvendos commiserimus. “

In

In istud Instrumentum, si factum vel ex invidia, vel ex ignorantia rei non detorquet, commentarii vicem subire potest, quod de hoc ipso Subsidio 1000. florenorum narrat Spervogel apud Wagner Scep. P. II. p. 148.

„ Festo Omnium Sanctorum hoc Anno 1526. coacti „ sumus per Joannem de Zápolya Waywodam „ Transylvaniæ, Petrum de Perén, Paulum de „ Warda Episcopum Agriensem, & alios plures „ Dominos, qui Tokayni eo tempore Consilium „ pro sua utilitate, & beneplacito habuerunt, „ cum exiguo Regni fructu, sicut deinde compertum est, coacti inquam sumus per magnas „ minas dare 200. florenos veteris bonæ monetæ „ Stanislao Berthoty Capitaneo, Petri de Perén „ in Arce ea intentione, ut aliquot Arces, quæ „ perditæ erant, ea pecunia recuperarentur, & „ custodirentur. Quamquam id non aliud est, „ quam quod Berthoty Perényio mutuo dederit „ mille florenos, qui ei a quatuor Civitatibus „ solvendi erant, & re ipsa id illi impositum est, „ cujus dimidium pacis causa deposuerunt. “

Superest, ut quæstionem, de qua inter Scriptores non convenit; an Joannes de Zápolya in Conventu Tokayensi in Regem electus sit? discutiam, & quod probabilius, aut certum est, definiam.

Istvánfius ut passim alia sine hæsitatione narrat, Werbőczium, & Zapolyam Tokayni pollicitationibus, & blanditiis singulos alloquendo obtinuisse, ut Joannes magnis clamoribus passim Rex acclamaretur, sed ut quod pridem sentio, de hoc tanti

tanti paſſim habito ſcriptore fatear, ſi terſiorem ejus Stylum excipias in enarrandis rebus, quæ ſuam ætatem præceſſerunt, ne Bonfinio quidem præferendus, eſt ætatis, ſtatus, & vulgarium opinionum præjudiciis occupatus ita ſingula narrat, ut ætate ſua per traditionem autoritate depravatam luxata erant, ita æſtimat, uti præpotens ætatis ſuæ opinio præteritorum eventuum memoriam detorſerat, eo ſuum affectum inclinat, quo vulgus ſine proprio judicio vel ex ignorantia, vel metu, vel aſſentatione aut odium, aut amorem flecti ſinebat, cujus opinionem velut Sacram anchoram ita obſervat, ut proprio judicio nihil fidat, niſi illud eidem conformet, parum diſcretus, aut ſollicitus, ut rerum, & actorum vera adjuncta referat, veri ſimilia ex eventu efficta cum præfidentia narrat, ut orationem amplificaſſe, & exornaſſe videatur. Dum igitur accuratius rerum, & eventuum adjuncta disquirenda ſunt, raro alicui uſui eſſe poteſt, communi fere ſuæ ætatis Scriptorum, imo omnium, qui pragmatice ſcripſiſſe videri volunt, vitio. Ita eodem loco narrat, in Conventu Tokayenſi ſuffragiis omnium decretum fuiſſe, ut Comitia Albam coronando Regi ad Divi Martini Ferias indicerentur, vid. Veſt. Comit. p. 627. dum ad Ferias Martini coronatus quidem eſt, ſed cum Tokayni, & ante Albenſia Comitia nondum electus fuerit, cum coronatio primo die indictorum Comitiorum nunquam peragi ſoleat, cum denique & pro eligendo, & pro coronando

Rege

Rege ad Feſtum B. Emerici indicta fuerint, patet, quomodo vel hic Iſtvánfius hallucinetur, quam parum pragmatice, quam parum vere ſcribat.

Olahus apud Belium, in apparatu Dec. I. p. 39. ſcribit.

„ Eodem ſimiliter anno Joannes Rex in Tokay
„ per alteram factionem præelectus eſt in Regem."

Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 740. id ante 21. Octobris evenire debuiſſe arguit e ſequenti titulo, per Kerchelichium Hiſt. Eccl. Zagrab. p. 215. ex quodam Inſtrumento Anni 1526. Dominica poſt Octavam S. Lucæ dato, eruto:

„ Chriſtophorus de Frangepanibus Segniæ, Vegliæ,
„ Modruſiæ Comes, Joannis Regis Hungariæ Ca-
„ pitaneus generalis Dalm., Croat., & Sclavo-
„ niæ Banus &c., eorumque Regnorum, & Co-
„ mitatuum Simigienſis, & de Poſega generalis
„ Tutor, & Protector, ac Comes Sopronienſis."

Sed quidquid ſit de veritate hujus tituli, pro qua nulla veriſimilitudo præſto eſt, hoc argumentum pro Tokayenſi electione prorſus deſervire non poteſt; cum enim, ut præmiſi, Conventus in diem 14. Octobris indictus fuerit, oportuiſſet ſtatim primis diebus Joannem in Regem eligi, & tamen Frangepanes, niſi electioni interfuiſſet, ne reſcire quidem intra tam breve tempus poterat ſibi has dignitates a Joanne poſt ſui electionem (a quo enim altero illas accepiſſet?) collatas eſſe minus hoc alioquin ridiculo, & hactenus inaudito Tutoris, & Protectoris titulo jam d. 21. Octob. uti poterat.

Contra

Contra autem Albæ Regiæ & electum, & coronatum esse Joannem tam coævi Historici domestici, quam diplomatica Vestigia testantur. Joannes Zermegh disertis verbis dicit.

„ Itum est Albam Regiam, quo ad dictum Comi-
„ tem omnes Proceres Ungariæ - - - convene-
„ rant - - - agitatum est in Conventu Proce-
„ rum, & Nobilium de restituendo Statu Regni,
„ & creando Rege; omnium votis, & suffragiis
„ Joannes Vayvoda Comes Scepusiensis Rex de-
„ claratur. “

Spervogel illum loco superius relato adhuc ad Festum OO. Sanctorum non Regem, sed Vayvodam appellat, nec quidquam de illius electione in Conventu Tokayensi meminit, quod certe neglecturus vix erat, si ibi electus fuisset, quemadmodum electionem ejus Albensem diserte asserit.

„ Joannes Zapolya cum suis celebrat Diætam Albæ
„ Regalis, qui per suos die S. Martini *electus*,
„ & coronatus est in Regem.

Paulus Jovius, & Wolfg. Bethlenius itidem Albæ electum esse scribunt, sed ille extraneus, iste sequioris ætatis Scriptores cum in aliis adjunctis errent, hic ne vocari quidem in censum testium possunt, aut debent, cum diplomatica supersint Vestigia; Instrumenta, quæ de Conventu Tokayensi produxi, etiam generalis Conventus Albæ Regali pro Festo S. Emerici Ducis indicti Vestigia continent.

Inter

Inter MS. Steph. Kaprinay ſerie ſub Lit. B. T. XXVII. p. 231. habentur Litteræ, quibus Joannes Dóczy Theſaurarius ſignificat Civibus Caſſovienſibus electionem, & coronationem D. Vayvodæ Tranſylvaniæ, mutuum autem ab iis levatum ex cuſione monetarum iſtius Civitatis perſolvi concedit. Ex Alba Regali Fer. II. prox. poſt Feſtum S. Martini A. D. 1526. Ipſe Joannes Rex in Collationibus ſuper Abbatia S. Benedicti de juxta Gron pro Fr. Georgio Bordach hactenus Abbate de Zkalka per notam infidelitatis Fr. Jacobi ex eo, quod ipſe immemor fidei, fidelitatisque ſuæ, Sacræ primum dicti Regni noſtri Hungariæ Coronæ, ſubſequenterque Majeſtati noſtræ eadem Corona jam dudum inſignitis contra publicam Conſtitutionem totius Regni noſtri &c. Dat. in Thasnad, in Feſto B. Nicolai E. & Conf. A. D. 1527. Regnorum noſtrorum anno ſecundo, eos ab hac electione, & coronatione ſui computabat. In aliis Litteris ſtatim poſt electionem ad Sigismundum Poloniæ Regem, cui hoc ipſum perſcribit, datis, ſi tamen, ut probabile eſt, ita expeditæ ſunt, generatim tantum profitetur: *voto communi jugum imperii in ſe rejectum eſſe*, quin vel electionem, vel coronationem, vel tempus earum exprimeret, prout ſequuntur.

„ Sereniſſime Princeps!

„ Exploratiſſimum eſſe arbitramur Majeſtati Veſtræ „ Sereniſſimæ, quanta clade, ruina, incendiis, quot, „ qualibusve calamitatibus truculentiſſimus Chriſtiani

„ nomi-

„ nominis hoſtis Turcorum Cæſar hoc Regnum no-
„ ſtrum Hungariæ his exactis diebus laceſſivit, ingen-
„ tem Chriſtianorum multitudinem utriusque ſexus
„ partim in ore gladii peremit, partim in miſeram,
„ turpemque ſervitutem redactam ſecum abduxit,
„ Sancta Dei templa profanavit. Omittimus Sereniſſi-
„ mi Principis quondam Domini Ludovici Regis Præ-
„ deceſſoris noſtri lamentabilem caſum, Archiepiſco-
„ porum, Epiſcoporum, Baronum, ac Procerum,
„ Nobiliumque multorum exitum miſerabilem. In ſum-
„ ma florentiſſimum hoc Regnum in vaſtam ſolitu-
„ dinem redegit. Divina pietas noſtri, noſtrorumque
„ tandem miſerta, ſangvinolentum hoſtem celeri cur-
„ ſu præter omnem exſpectationem ad propria abe-
„ git. Quod reliquiæ ſubditorum Regni noſtri anim-
„ advertentes, cæperunt tractatus inter ſe ſe facere,
„ quis regendis populis, ac Imperio hujus Regni mo-
„ derando præficeretur, ne Regnum hoc acephalum
„ hoſtili vaſtatione funditus deleretur, voto communi ju-
„ gum imperii in nos reiiciebant. Nos verò, qui ad tan-
„ tum dignitatis Regiæ faſtigium vires noſtras impares
„ eſſe exiſtimabamus, diu, multumque niſi ſumus im-
„ perii habenas in alium transferre; verum Prælato-
„ rum, Baronum, & Procerum hujus Regni noſtri
„ precibus, ac ſollicitationibus continuis victi, cupi-
„ entes Statui Regni ad extremum labefactati conſu-
„ lere, voto communi reſiſtere nequivimus potiſſi-
„ mum, quod hoc fuit ſemper inſtituti noſtri hic ani-
„ mus, hoc ſtudium, ut Remp. fidemque noſtram
„ Chriſtianam pro virili contra immaniſſimum Chriſti
„ hoſtem tutaremur. Sumus deinceps quoque in hoc
„ ex ſuſcepti regiminis officio, ut conatus crudeliſſi-
„ mi hoſtis retundamus, ſperamus autem in Deo O.
„ M. temerarios, rebellesque inſultus nefandiſſimi ho-
„ ſtis ope etiam Majeſtatis Veſtræ Sereniſſimæ acce-
„ dente poſſe compeſcere. Quam ob rem rogamus
„ Majeſtatem Veſtram Sereniſſimam impenſius, dignetur

„ pro

„ pro sua erga nos, Regnumque nostrum benevolen-
„ lentia (quæ & nos, & Regnum hoc nostrum sin-
„ gulari semper favore prosecuta est) nobiscum una
„ rebus hujus Regni ita consulere, ut omnia fidei
„ nostræ Christianæ adversantia exterminentur, & cun-
„ cta bonæ, desideratæque paci subdantur. Nos quo-
„ que vicissim pollicemur, offerimusque Majestati Ve-
„ stræ Serenissimæ, nos, nostramque omnem diligen-
„ tiam, favorem, ac studium, nilque tam laborio-
„ sissimum forèt, quod non libentissime amplectimur,
„ dum usuvenerit, Majestatique Vestræ Serenissimæ
„ gratificari poterimus, Majestatem Vestram Serenissi-
„ mam felicissime valere, prosperosque rerum suarum
„ successus in omnibus optamus. Datum

„ Majestas Vestra poterit demere, quæ superflu-
„ unt, vel addere, si quid desiderari possit.

„ Calcedonensis Servitor.

Desumsi eas ex Analectis Seculi XVI. Hung. Cod. MS. Bibliothecæ Regiæ Universitatis Hung. Pestiensis. Quod in fine, ut videtur, Cancellarius, vel Secretarius adjecit, manifesto indicio est, hunc fuisse illius conceptum pro Litteris Poloniæ Regi scribendis, & Exemplar, ex quo eas desumsi, Minutam Originalem.

Habuit autem Sigismundus in Conventu isto Albensi Oratores suos, quos paulo ante commemoravi, quibus sequentes Credentionales apud Dogiel Cod. Dipl. Regni Polon. T. I. P. I. pag. 115. & ex illo apud Katona Hist. Crit. T. XIX. p. 749. relatas dedit.

„ Reverendi in Christo Patres — Intellecto Con-
„ ventu Vestrarum Dominationum, quem ad consu-

„ lendum bono statui Regni istius Hungariæ agunt;
„ misimus in medium illarum R. D. Andream Episco-
„ pum Premisliensem, & Stanislaum de Sprowa Ca-
„ stellanum Biecensem, Consiliarios nostros sincere
„ nobis dilectos, nolentes Vestris Dominationibus,
„ & isti Regno aliqua in parte consilio, & auxilio
„ nostro pro virili nostra deesse. Itaque postulamus
„ ab eisdem Dominationibus Vestris, ut ipsis Oratori-
„ bus nostris plenam fidem in his, quæ nostro nomine
„ retulerint, adhibeant, & quæ salutis suæ, & Regni
„ istius sunt, diligenter expendant, & provideant,
„ pro sua prudentia, & virtute facturæ; quæ feliciter
„ valeant. "

In Instrumentis Diplomaticis, quæ mox pro Conventu Comaromium indicto producam, plura hujus Conventus Albensis Vestigia Diplomatica recurrent. Ex his autem omnibus licet arguere, Joannem non tantum coronatum, sed etiam electum esse Albæ Regiæ, proinde non in Conventu Tokayiensi, & quidem:

1) In Litteris Polonorum ad Hungaros, jam post Conventum Tokayiensem in Conventu generali Albæ congregandos datis id sat aperte sequens clausula innuit:

„ Quum considerent, se absque Rege, & Directore
„ suo nihil certi, aut solidi aggredi, & constituere
„ posse, indixerunt Conventum generalem Regni
„ pro Festo S. Emerici Ducis, & Conf. in Alba
„ Regali - - - Unde speramus - - - maturo con-
„ silio Regem imprimis salutarem - - - isthic ad-
„ huc constitui posse. "

Igitur post Conventum Tokayiensem adhuc absque Rege, & Directore erant, qui sperabatur

Albæ

Albæ in generali Conventu conſtitui poſſe. Hungari certe, ſi Tokayni Regem elegiſſent, in Litteris ad Polonos inde datis nequaquam id diſſimulaturi erant, Poloni autem in his ad illos ſcriptis commemoraſſent.

2) Colligitur id ipſum non obſcure ex Litteris Joannis ad Eperieſſienſes Feſto B. Clementis datis, quarum initium ſuperius retuli, cum referat Petrum de Perén eotum, id eſt circa finem Conventus Tokayenſis Comitem Themeſienſem fuiſſe, nunc vero Vayvodam Tranſylvanum eſſe. Nimirum tunc adhuc Joannes ipſe Vayvoda ſolum Tranſylvaniæ fuit, nec niſi ſe in Regem electo Perénium in vacantem per id Vayvodatum ſuffecit, quod proinde utrumque poſt Conventum Tokayenſem, adeoque Albæ Regali factum eſt, nec obſtat, quod in his Litteris ſtylo Regibus familiari utatur, ſcripſit enim eas, qua Rex jam electus, & coronatus, poterat igitur etiam, cum de præteritis rebus agebat, eo ſtylo uti.

3) Certe, ſi Joannes jam in Conventu Tokayenſi electus fuiſſet, nec Rex Poloniæ ſuas Credentionales, nec Poloni ſuas Litteras ſuperius relatas utraſque poſt eum Conventum ſcriptas præciſe ad Status ita direxiſſent, quaſi iſti Rege adhuc deſtituti eſſent.

4) Miſcuiſſe quidem Proceres Joannis partibus addictos jam in Conventu Tokayenſi conſilia de eodem in Regem eligendo, admodum

verisimile est, imo etiam in Regem destinari potuerit, hocque sensu Olahus caute scripsit loco superius relato, quod *praelectus* sit. Colligitur id etiam ex Litteris Mariae ad Status missis, quas mox producam, in quibus inter cetera habet:

„ Ipse autem Vayvoda Transylvanus - - - aliam
„ Diaetam sub gravissimis poenis ad Festum B.
„ Emerici Ducis proximum ad Albam Regalem
„ promulgari fecit, eo animo, ut in Alba Rega-
„ li se in Regem non secundum libertatem Regni,
„ sed ex paucorum, quos sibi adscivit, voto &
„ electione creari, & Corona Regia, quam jam
„ pridem habet in potestate, coronari faciat. "

Datum quidem harum Litterarum non adest, adjuncta nihilominus indicant, eas paulo ante Congregationem Albensem scriptas esse, & tamen Maria scivit, eam pro electione, & coronatione Joannis fuisse indictam unde? nisi ex relatione illorum, quae Tokayni in Conventu acta sunt, ibi ergo jam de eligendo Joanne consultatum, ibi in Regem destinatus, non tamen, nisi Albae Regali re ipsa, & solenniter electus fuerit. Prudentior certe Zapolya fuit, quam ut in Conventu particulari a paucis in Regem Hungariae, & adnexarum Provinciarum eligi voluisset, potentior autem, quam ut de successu propositi sui etiam in generali dubitasset.

An in his Comitiis Albensibus Constitutio aliqua condita sit, nullum reperio Vestigium; nam id jam evictum esse puto, Articulos cum Juramento, quos in Vest. Comit. p. 629. retuli, non

posse

posse referri ad ætatem Joannis de Zapolya, & tamen & in Cod. MS. Széchényiano Dipl. T. IX. n. 29. & in Cod. MS. Com. Ignatii de Batthyán inter Székelyiana T. III. n. 86. & in Codice Jeszenakiano sub eadem, quam l. c. retuli Epigraphe referuntur.

Eodem anno Conventum pro Festo B. Catharinæ ad Oppidum Comarom per Reginam viduam, & Palatinum indicta fuisse, ostendi utriusque convocatoriis Litteris in Vest. Comitior. p. 624. productis. Factum id esse consilio Joannis de Zapolya, e geminis, quæ producam Instrumentis patet, unde simul argui potest Joannem de Zapolya initio mensis Octobris, & ut videtur, ante Conventum Tokayensem Regiam dignitatem saltem aperte non ambivisse, licet hoc illi & in Diplomatibus quibusdam posterius datis, & Scriptores nonnulli, ac speciatim Istvánfius verisimilitudine ab eventu ducta, vivente adhuc Ludovico non sine injuria adscribant. Litteræ Mariæ viduæ Reginæ ad Joannem de Zapolya Vayvodam Transylvaniæ missæ, ut Transalpinis (per quos, an Transylvanos, vel Valachos intelligat, non possum definire, cum non pervideam quid Zapolya Jurisdictionis in Valachia, quæ Transalpina vocatur, exercere potuerit) Congregationem indicat, Conventus Comaromium indicti Vestigium referentes sequentes sunt.

„ Maria &c. Spectabilis, & Magnifice Fidelis „ nobis sincere dilecte. Redierunt ad nos Nicolaus

„ primum Gherendy, deinde Gaſpar Horváth, ex qui-
„ bus inter cætera conſilium veſtrum intelleximus,
„ neceſſarium ſcilicet eſſe, in hac Regni hujus noſtri
„ calamitate, ut primo quoque tempore Conventum
„ generalem univerſis Dominis Prælatis, & Baronibus,
„ ac Regnicolis indiceremus. Nos conſilium Fideli-
„ tatis Veſtræ, ac aliorum Dominorum ſecutæ conven-
„ tum hujusmodi generalem ad Feſtum Beatæ Catha-
„ rinæ Virginis proxime venturum in Oppido Komá-
„ rom celebrandum indiximus. Quod ab eo Oratore
„ noſtro, quem propediem in his Conventus ipſius, &
„ etiam aliis rebus ad vos miſſuræ ſumus, clarius intel-
„ ligetis, verum cum Diætæ ipſius tempus, & dies,
„ qui longior propter Regni hujus ſtatum periculoſum
„ fieri non potuit; non admodum diſtet, præmiſimus
„ ad fidelitatem Veſtram hunc hominem, & curſorem
„ noſtrum: ut interea, dum Orator noſter ad vos, &
„ deinde ex conſilio, & informatione veſtra ad Fide-
„ les noſtros Transalpinos pervenire poterit, Congre-
„ gationem illis indiceretis. Quare hortamur Fidelita-
„ tem veſtram, & rogamus; ut ſtatim acceptis præ-
„ ſentibus hominem ſuum ſine mora ulla in Transal-
„ pinam expedire, & Conventum illis indicere velit,
„ ne in adventum Oratoris noſtri ſint in mora.
„ Aliud, iterum hortamur, Fidelitas Veſtra ne fecerit.
„ Datum Poſonii.

Has ante Conventum Tokayenſem, antequam ſuſpicio aliqua eſſet, Joannem ad Thronum aſpirare ſcriptas eſſe, manifeſtum eſt. Poſt eum Conventum, cum Regina, & Palatinus cum eis adhærentibus intellexiſſent Amicos, & Clientes Zapolyianos de Joanne in Regem eligendo conſultare, hocque fine Diætam ad Feſtum B. Emerici Ducis Albam Regiam indixiſſe, alias Litteras edi-

edidit, quibus conatus Zapolyanorum Decreto Regni contrarios esse declarando, ut nihilominus ad Conventum Comaromiensem Oratores mittant, Regnicolas hortatur:

„ Superioribus diebus post memorabilem, & ca-
„ lamitosissimam pugnam, qua & Majestas Regia, &
„ clarissimi cujusque Ordinis Viri ad Mohács interie-
„ runt, ex Vajvodæ Transylvaniensis, & aliorum Do-
„ minorum Prælatorum, & Baronum hujus Regni no-
„ stri consilio indixeramus una cum Domino Palatino
„ secundum Decretum, & Libertatem hujus Regni ge-
„ neralem Diætam pro Festo Beatæ Catharinæ Virgi-
„ nis, & Martyris in Komárom celebrandam, ut in ea
„ ipsa Diæta de salute Reipublicæ, de defensione Re-
„ gni, de Libertate vestra, & totius Nobilitatis con-
„ servanda communibus votis, pari consilio ageretur,
„ tractaretur, & concluderetur. Ipse autem Vajvoda
„ Transylvanus paucis quibusdam Dominis, nonnullaque
„ nobilitatis parte sibi muneribus, & promissis conci-
„ liata, contra Decretum Regni, contra Libertatem
„ Nobilitatis, & vestram, aliam Diætam, sub gravissi-
„ mis poenis ad Festum B. Emerici Ducis proximum
„ ad Albam Regalem promulgari fecit, eo animo,
„ ut in Alba Regali se in Regem, non secundum
„ Libertatem Regni, sed ex paucorum, quos sibi adsci-
„ vit, voto, & electione creari, & corona Regia,
„ quam jam pridem habet in potestate, coronari faciat.
„ Cui rei ut Libertatem Regni, & totius Nobilitatis
„ integram conservemus, nos una cum Serenissima
„ Cæsarea Majestate, & Ferdinando Rege Bohemiæ,
„ Archi Duce Austriæ fratribus nostris charissimis Do-
„ minis Palatino, & Consiliariis nostris, sumus oppor-
„ tunis quibusvis remediis obviaturæ, non in alium
„ finem, quam ut Libertas Regni, & Vestra ab ipso
„ Vajvoda, & suis defendatur. Hæc ideo Fidelitatibus
„ vestris præsentibus declaranda duximus, ut si cum

„ ipſe Vajvoda votum ſuum tumultuarie, & non ſe-
„ cundum electionem publicam, & legitimam perfece-
„ rit, ea res vos terrere non debeat, hortantes Fideli-
„ tates veſtras, & monentes, permaneant in fide ſua,
„ quam nobis, & Libertati ſuæ propriæ debent, ſint
„ animo forti, & conſtanti, monitionibus, exhortationi-
„ bus, & minis ipſius Vajvodæ non pareant, nam
„ certi ſitis, quod nos una cum Dominis fratribus, &
„ Conſiliariis, ac majore parte Regni hujus, Jus, &
„ Libertatem veſtram, noſtramque dignitatem contemni
„ non patiemur, ſed propediem vos, & unumquem-
„ que veſtrum in Libertatem veſtram vendicabimus,
„ habebitisque auxilio Dei, qui vos, & Libertatem
„ veſtram a potentibus, & iis, qui bonum publicum
„ invertere conantur, defendat, protegat, & tueatur.
„ Mittatis autem ad Conventum per nos, & Domi-
„ num Palatinum, more ſolito indictum Oratores ve-
„ ſtros cum plena facultate, ut in ea una cum Do-
„ minis Prælatis, Baronibus, ac Regnicolis noſtris, ac
„ eisdem Oratoribus veſtris poſſimus communi voto,
„ ſententia, & deliberatione de his tractare, quæ ad
„ defenſionem Regni, Libertatem communem bonumque
„ publicum pertinebunt. Aliud igitur ne feceritis.
„ Datum.

In aliis iterum Litteris circularibus hortatur Maria Regina vidua Status, & OO. Regni Hungariæ, ne ſe per malevolos quoſpiam ſeduci patiantur, ſed ut ad diem, & locum indicti Conventus compareant, Regi autem Bohemiæ, tamquam amico ad hoc Regnum venturo neceſſaria præſtent.

„ Maria &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingu-
„ lis Dominis Prælatis, Baronibus, Egregiis Nobili-
„ bus, Prudentibus, Circumſpectis, Providis cujuscun-

„ que

„ que Status, ac conditionis hominibus, ſub corona
„ Regni Hungariæ ubivis conſtitutis, & exiſtentibus,
„ præſentes viſuris, ſalutem, & gratiam: Nolumus late-
„ re Fidelitates veſtras; quod nos partim ob veſtram
„ erga nos fidelitatem, partim ex officio noſtro opta-
„ vimus ſemper, & optamus vobis omnibus, & huic
„ Regno Hungariæ prodeſſe, & pro conſervanda Li-
„ bertate, ac defenſione veſtra, quæ a bona, cle-
„ mente, & non ingrata Principe ſubditi poſſent de-
„ ſiderare. Et propterea nuper una cum Domino Pa-
„ latino Conventum generalem ad Feſtum Beatæ Ca-
„ tharinæ in Comarom celebrandum indixeramus, ut
„ de omnibus rebus neceſſariis conſultaremus, & ea
„ vobiſcum ſtatueremus, quæ ad commodum veſtrum,
„ & ſalutem publicam pertinerent, quam quidem erga
„ vos benevolentiam noſtram, & optimum propoſi-
„ tum videmus nonnullos, qui ſub nomine Libertatis
„ publicæ proprium commodum, & utilitatem ſectan-
„ tur, velle omnino pervertere. Idcirco vos omnes,
„ & ſingulos hortamur, & monemus, ne illorum qui-
„ cunque ſint, vel minis, vel ſuggeſtionibus vos ſe-
„ duci, & in evidentiſſimum diſcrimen totum hoc
„ Regnum præcipitari ſinatis. Conveniatis ad diem,
„ & locum deſignatum per nos, & Dominum Palati-
„ num ubi libere de rerum ſumma, communibus ſuf-
„ fragiis agatur, alioquin vos poſt Deum immorta-
„ lem teſtes habere volumus, neque nos, neque Sere-
„ niſſimos fratres noſtros Cæſaream Majeſtatem, ac
„ Regem Bohemiæ, & Archiducem Auſtriæ, ſed ne-
„ que Dominos Palatinum, & Conſiliarios noſtros,
„ aliquibus diſſenſionibus, aut bellis domeſticis, vel
„ externis occaſionem dare voluiſſe. Nos enim Fra-
„ tres, & Conſiliarii noſtri nihil magis deſideramus,
„ quam ut hoc Inclytum Regnum, & natio Hungari-
„ ca priſtinam gloriam, & Libertatem una cum amiſ-
„ ſis arcibus poſſit recuperare. Ad quod Deo juvan-
„ te perficiendum dicti Fratres noſtri Chariſſimi omnes

„ vires,

„ vires, opes, & facultates, tam ſuas, quam totius
„ Romani Imperii, Regnorumque, & Provinciarum
„ ſuarum libentiſſime cuperent impendere. Si quas
„ igitur vires, aut exercitus dicti Fratres noſtri chariſſi-
„ mi in hoc Regnum mittere cogentur, aut ſi ad-
„ verſariorum coactus importunitate ipſe Rex Bohe-
„ miæ perſonaliter venerit, nemo veſtrum terreatur,
„ neque ut hoſtes in perniciem veſtram venturos exi-
„ ſtimet. Nam ad defendendam Libertatem veſtram,
„ quæ variis modis undique oppugnatur, venient,
„ amice eos excipiatis, commeatum, victualia, & res
„ neceſſarias illis ubique condigno, & juſto pretio
„ adminiſtretis, ipſique viciſſim ab omni prorſus inju-
„ ria, & damno abſtinebunt. Secus vos hortamur ne
„ feceritis. Datum Poſonii, in Vigilia Omnium San-
„ ctorum 1526.

Deſumſi hæc tria Inſtrumenta e MS. Wagnerianis. Duo priora datis deſtituuntur, ut adeo definire non poſſim, an iſtud, an anterius illud prius expeditum fuerit, cum in iſto poſtremo, licet jam in Vigilia OO. SS. dato nulla vel indicti Albam Conventus, vel Zapolyiani ambitus mentio occurrat, fortaſſis primo ſub finem Conventus Tokayenſis aliqua de eligendo Joanne in Regem publice injecta fuit mentio, de qua adhuc in Vigilia OO. SS. Reginæ nihil innotuerit, & ita priores illæ Litteræ poſt has primum, accepto de conſiliis Zapolyianorum nuncio ſcriptæ eſſe viderentur, vix enim credibile eſt, diſſimulaturam fuiſſe Reginam his in Litteris ambitum Joannis, ſi de illo in Vigilia OO. SS. eidem jam aperte conſtitiſſet, quemadmodum id non diſſimulavit in Litteris paulo ante relatis. Quod

ſi

si ita est, Joannes adhuc in Vigilia OO. SS. fuisset a suspicione affectati Regni immunis, proinde per injuriam id illi longe ante cladem Mohachiensem adscribitur. Certe, si Joannes adeo ambitiosus fuisset, jam Anno 1519. potentior omnibus aliis facile Báthorio Palatinatum præripuisset, neque iis, quæ illi jam tum affinguntur artibus eam dignitatem quærere necessum habuisset, præsertim cum Nobilitatem poene universam pro se habuerit, ut patet ex prolatis Hieronymi Balbi Litteris. Quod, si ne Palatinatum quidem tum, cum ejus potentia adeo metueretur, ut publicis Legibus ille solus a reddendis reditibus, & Bonis Regiis exciperetur, violentius ambivit, per quem sibi ad Regiam dignitatem facilius viam sternere poterat, qua verisimilitudinis specie culpæ hujus ante Conventum Tokayensem argui possit, plane non video. Imo in ipso Tokayensi Conventu universam poene, quæ a clade Mohachiensi reliqua in Regno fuit, potentiam in suo arbitrio habens, facile se vel nutu in Regem erigere potuisset, & tamen eligendo Regi Conventum Albam indixit, haud ignarus, quam facile interea rerum adjuncta, & animi mutari, ac spes suas succidere possint.

His tamen minime id ago, ut Zapolyam ab omni ambitione, & culpa immunem videri velim. Debuisset ille & Reginæ Viduæ, & magnæ partis Regnicolarum eidem adhærentium rationem habere, neque semet ab illis separare. Illud

lud vero nescio an ullo colore oblitiri possit, quod Reginæ autor fuerit, ut Conventum indiceret, ipse vero interim omnia in suum favorem anticipaverit; atque ita malam fidem non obscure prodiderit, an tamen suggesto primum Reginæ celebrandorum Comitiorum consilio mentem mutaverit, nondum definiri potest, quod si ita esset, omnia, quæ de illius ambitu ante hoc tempus referuntur, inter commenta numeranda essent. Familiam Zapolyanam, in primo sui in Hungaria exortu a studio rerum novarum alienam non fuisse, didici ex quodam Instrumento, quo Mathias Rex Gregorio litterato de Budamér alias Markws, & Porkolab dicto gratiam vitæ, & capitis, quoad Notam infidelitatis, quam notorio Emerico de Zapolya Comiti Scepusiensi adhærendo incurrerat Anno 1468. concessit. Quonam facto Emericus hanc Notam adeo mature apud eundem Regem, a quo in Perpetuum Comitem Scepusiensem creatus erat, incurrerit, nondum disquirere vacabat, cum tamen Budaméry propter adhæsionem eidem Notam eandem incurrerit, videtur ipse illam rerum novarum studio incurrisse, & tamen iste ille ipse est, qui deinde Anno 1485. sub eodem Mathia Rege in Palatinum electus, hanc dignitatem primus cum amplissima potestate obtinuit.

Sive Conventus Albam indictus, & etiam celebratus Joanne interim in Regem electo, & coronato, sive Regnicolarum erga Mariam, Fratrum suorum adventum insinuantem, eosque ipsos post depo-

depopulationem Regni, antea in maximo periculo auxilio destituti hoste jam cum præda sponte excedente, dum de sufficiendo Rege agendum erat, cum exercitu imminentes diffidentia, causæ fuerint, videtur Conventus Comaromiensis, licet eum Regina tantopere adurserit, evanuisse.

Sed eodem Anno 1526. mense Decembri Conventum Posonii actum fuisse, jam in Vest. Comitior. p. 633. commemoravi, cujus tamen hactenus unicum, idque debile solum Vestigium diplomaticum detexi in Litteris, quibus Oratores Ferdinandi Archi Ducis ad negotia Regio nomine tractanda Wolfgangum Comitem de Bozyn Posonium pro die Sabbathi post Festum B. Luciæ vocant, quæ ex Coll. Dipl. MS. Cornidesiana T. IV. p. 44. desumtæ sequentes sunt.

„ Spectabili, & Magnifico D. Wolfgango Comiti
„ de Bozyn, & de S. Georgio, Amico, & Do-
„ mino nobis plurimum observando.

„ Magnifice, & Generose &c. Cum in præsentiarum Reginalis Majestas suas ad Magnificentiam vestram Litteras dare constituisset, visum nobis quoque est has nostras ad Magnificentiam vestram perscribere, quibus eandem rogamus, ut intuitu Serenissimi, ac Potentissimi Principis, & DD. Ferdinandi Regis Bohemiæ, Archi-Ducis Austriæ &c. Domini nostri gratiosissimi contemplatione, & Reginalis Majestatis, ac nostri omnium nomine die crastina hic Posonii, in negotiis quibusdam Regio nomine tractandis esse dignetur. In quo Magnificentia Vestra rem, & Serenissimo nostro Domino Regi Reginali Majestati, ac nobis admodum gratam faciet.

„ Datæ

„ Datæ Posonii Feria VI. post Festum D. Luciæ V.
„ & M. A. D. 1526.

„ Serenissimi, ac Potentissimi Principis DD. Ferdi-
„ nandi Regis Boh. Archi-Ducis Austriæ apud Re-
„ ginalem Majestatem Oratores.

Christophorus D. G. Episcopus Labac. Adm. Secov.
„ Vilhelmus de Zelking Baro.
„ Joannes de Lamberg Baro in Saunstein.
„ Georg. de Herbenstein Eques.
„ Erasmus de Dornberg.
„ Stephanus de Pemflingen.

Quod si statum Reip. Hungaricæ, ejusque Legislationis, qualis sub finem Periodi I. Regum sub Andrea III. fuit, cum statu ejusdem sub finem Periodi II. sub Ludovico II. contendamus, adeo eum analogum deprehendemus, ut haud mirum sit, non multo dissimilem sortem sub utraque Epocha Regno obtigisse, hoc uno magno eventuum discrimine, quod tum Regnum intra medium Seculum jam sub Ludovico I. ad maximum, quem unquam Hungaria habuit, florem reductum sit, post Ludovicum II. autem vix intra duo Secula ad pacatum statum reduci potuerit. Sub Andrea III. nova Regum series, & Regni Epocha successit. Sub Ludovico II. qualis rerum facies fuerit, vel ex iis luculente patet, quæ in ordine ad solam Legislationem hactenus produxi. Periodo I. jam sub Ladislao IV. adeoque penultimo Rege fatalis Epochæ semina pullulare cæperunt.

runt. Periodo II. inclinante, idem ſub Wladislao II. evenit. Regnante Ludovico II. Nobilitas a Proceribus ſeceſſit, qui ſub omnibus quidem Regibus, plurimas tamen ſub Ludovico II. confoederationes fovebant, quemadmodum id, quæ temporis edacitatem evaſerunt, ad nos transmiſſa Monumenta teſtantur, quod autem Nobilitas aliquando hujusmodi confoederationes iniverit, haud facile unum exemplum adferri poteſt.

SUB FERDINANDO I.

Quamtumvis mihi credibile eſſe videbatur, Joannem de Zapolya non ex præmeditato ambitu, ſed ex occaſione, cum in Conventu Tokayenſi animos Regnicolarum in ſe propendere vidiſſet, uſum, ad Regiam dignitatem aſpiraſſe, teſtatur tamen Ant. de Burgio jam Anno 1525. vivente Ludovico, de eo in Regem eligendo muſſitatum fuiſſe, minime certe excuſari poteſt, quod communi Patriæ calamitate, & malis artibus uſus, ſpretis pluribus pactis, poſtpoſita etiam vicinitate ſangvinis Auguſtæ Domus Auſtriacæ, neque conſiderata Regni debilitate, & corrivalis ſui potentia, Patriam non ſolum periculoſiſſimis bellis involverit, ſed magna etiam ex parte Turcarum inſolentiæ obnoxiam reddiderit, eo fortaſſe uno nomine maxime excuſabilis, quod de ſecuritate quoque Perſonæ, dignitatum, fortunarumque ſuarum vehementer ſollicitus eſſe debuerit, ſi quis alter, ſive domeſticorum, ſive exterorum ſumma rerum potiretur, poſtquam expertus fuiſſet, ipſum

Lu-

Ludovicum Regem, licet adolescentulum cum Maria Regina opes, & potentiam illius, sive metuentes, sive invidentes, conjurationem Kechkemethiensem Fratrum Calendariorum in ejus perniciem tum plane destinasse, cum ea contra externum hostem Turcam Patriæ imminentem plurimum esset necessaria. Mariæ itaque partibus nequaquam se se credere poterat, quam & ipsam sibi occulte infensam esse, & Stephanum de Báthor Palatinum suum apertum, & perpetuum æmulum penes se habere, probe noverat. Hujusmodi privatæ, ac domesticæ utriusque partis æmulæ rationes, ob quas causam suam non tueri solum, sed etiam promovere plurimum intererat, cum specie publici, & communis boni conjungendæ, pars vero adversa apud Nationem in geminas partes scissam, odiosissimis coloribus, ut Belli tempore hodiedum inter eos etiam usuvenit, qui se pacis tempore omnibus humanitatis officiis, ac præconiis mutuo excolunt, aspergenda erat. Indubie illi, qui Zapolyianas partes sectabantur, cetera inter, quæ in odium Germanorum Austriacorum generatim, & exaggeratius sparserant, cum opinione illa perpetuæ Germanos inter, & Hungaros antipathiæ, quæ jam tum proh dolor! communis fuisse videtur, eam etiam sollicitudinem apud Hungaros excitaverant, futurum esse, ut, si Germanus Princeps in Hungaria rerum potiretur, non solum cuncta Reipublicæ munia, in quibus summa felicitatis Civium posita esset, in Germanos transferenda,

sicque

ſicque Gentem exterorum arbitrio ſubjiciendam, ſed etiam ſucceſſive cum ipſa lingua exſtirpandam eſſe, quod calumniæ genus ut a ſe Ferdinandus amoliretur, Gentemque adhuc nutantem, a tali ſolicitudine expediret, quæ cauſæ ſuæ plurimum obeſſe, poſſe videbatur, ſequentes ad Hungaros Anno 1527. die 19. Januarii dedit Litteras in Diplomatariis, & Scriptoribus Hiſtoriæ Germaniæ medii ævi opera, & ſtudio Chriſtiani Schoetgenii, & Martini, Georgii, Chriſtophori Kreyſigii Altenburgi 1755. fol. Tom. II. pag. 1. editas.

König Ferdinands Brief

Darinnen er ſich über den Grafen von Trentſchin beſchweret, und ſich gegen die Hungern obligirt.

Ferdinandus von Gots genaden zw Hungernn, Behmen, Dalmacien, Croacien, ꝛc. Konigk, Printz und Jnfant zw Hiſpanien, Ertz-Hertzog zw Oeſterreich, Hertzog zw Burgundien, Schleſien, Brabant, Steyern, Kernthen, Chrain, Carniols, vnd Wirttenbergk ꝛc. Fürſt zw Schwaben, Marggraff zw Merhern, Graff zw Habſpurgk, Tyrol, Ferret, Kyburgk, und Göritz, Landgraff in Elſas, Marggraf des Heyligen Römiſchen Reichs, vber Amaſum, und Burgonien, Herr der Schlauoniſchen marck, und des ports Naonis und Salinarum &c. Allen vnd itzlichen unſern getrawen Herrn, prelaten, Graffen, Freyen, rittern, edeln, achtparen, weyſſen, vnd vorſichtigen, waſſer wirden, weſſens oder ſtandes die ſeynd in vnſeren Konigreich Hungern, und Regenden, demſelbigen vnderworffen, vnd zugethan wie die Namen habend, wohnhafftigen, vnd weſſenden, vnſern

Gruff, Guthwilligkeit, königliche Gnade, vnd alles Guts ꝛc. Wir wollen euch menniglichen, und besondern nit pergen das wir noch der erbermlichen Schlacht, so weylandt der durchlauchtige Fürst, her Ludovicus zw Hungern, nnd Behmen Konigk ꝛc. Vnser geliebster Bruder vnd schwager bei dem stettlein, oder flecken Moacz, mit sambt seinem Volke, vnd Her erliden, ꝛc. nichtes vlrissigers getrachtet, dan daß demselbigen Reich vnd der Hungarischen Nacion (welche souiel Jar der Christenheit gleich als ein Mauer vorfeste, oder Pastey gewest) mit sampt heiliger Keiserlicher vnd Christenlicher Mat. vnsern allerliebsten herrn Bruder, auch andern vnsern brüdern, und Fürsten, des Heyligen Römischen Reichs nutzbarlich seyn vnd noch widerbrengungn, vnd eroberungn der grimtzene, benants Königreichs, ruge, vnd friedesam einkeit erlangen, vnd erhalten mochten. Aber dieweyl wir noch zw fruchtparlicher entschafft Vnsers fürnehmens vnd bedencken in Rathschlahungn gestandenn, ist vns furkomen, das Joannes Zapolia Scepuensischer Graff, und Weywoda gensendts Waldes mit zw thun etzlicher seiner rathsgehülfen, nichts vnuorsuchet lasset, vnd sich bevleissiget, vff das er wider die gesatzten Rehte, alte gewonheit und befreyhunge des Reichs vnd aller stende, durch faccion Vorbunthnus, zutreuvngn vnd zwispaltigkeit, zw Konige erwelet wurde vnd vff das solches seinen willen vnd meynunge nach, so viell desto Vnseumlicher Volnpracht, oder Voltzogen werden möchte, hat er den ordentlichen Landttag, welcher vff Sanct Katharinen in das stettlein Cameron gepürlicher weysse, vnd nach des Konigreich Hungern gewonheit, berampt, vnd angesetzt zuvorkommen in Vorachtungn der Durchlauchtigenn Fürstin, fraiwen Marien Konigin zw Hungern, vnd Beham ꝛc. Withwen, vnser allerliebsten Schwester vnd des edlen vnd grossmüttigen Hern Steffan von Báthor, Koniglichen Pallast, oder Hoffes, vnd des Königreichs Hungern obersten, vnd gross graffen eyn andern Vorsamlungn,

kugen

kugen Stuel-Weissenburgk vff Vorschynnen abent Sancti Emerini, wider gebrauch vbung, vnd gewohnheit des Konigreich vnd desselben Gesetzen, ordenungn zw halten vorgenhomen vnd bestymmet, vnd vnangesehen Koniglicher wirden gedachter vnser lieben Schwestern, und irer liebden vnd Konigsreichs Groff-grafen ermanungn, beneben andern namhaftigen vnd vornhemsten hern und stende des Konigreichs desselben Reichs Krone, die ime vff seinen glauben vnd vortrawen in Verwarungen entpfolen (wiewol von Jme gesagt, er von anfengklicher seiner Jugent, durch alle wege, vnd mittel derselbigen mehr dan zu viel begirig) durch seines anhanges vnd beistandes gunst, vnd Vleyß seins vornhemens angenhumen vnd domittn sich mher gewaltsam, dan mit rechter ordenungn zw solchem Koniglichen stande gedrungen. Vnd als die durchleüchtige Konigin vnser allerliebstn Schwester in der grösten sorgkfeltigen güttigkeit den lange gesuchten vnd erfundenen Corper des Konigs zu Stuel-Weissenburgk zu erhalten befolen, biss so lange seiner Koniglichen wirden gepürliche begengnuß, vnd begrabnuß zurichten, verordnet, vnd wie ir, als allergüttigistin vnd tugendhafftigisten gemahelin, gezimet, bestellen mochte, hat doch gedachter Waywoda Jrn Koniglichn Wirde vnd derselbigen ermanungn Vorechtlich gehalden, und den Koniglichen Corper, welchen er zuuorn vor euch, vor ewer Weiber, vnd Kinder vmb christlichen glaubenswillen, ritterlichen streittenden, mit entpfindlichen offenbaren euer bruder euers geplüts vnd des gantzen Konigreichs schedlichen vorderbnuß lebendigen Vorlossen, och also todten, durch andern Vorunrechtungn, vnd Injurien zuuorgraben Vorschaffet. Nachdeme dan diesse vnd sunst viel andern stücke, durch den Grafen von trentschin, oder Weywoden wieder wer recht vnd offentlichn freyheit, in masser ytzo ertzelet, gescheen, und gehandelt, haben wir es dafür geachtet, das wir güttig vnd loblich daran thun würden, ßo wir zum teyl zu erhaltungn vnser gerechtigkeit welches uns

als dem eydem des durchleüchtigen Herrn Wladislai, ethwan zw Hungern Konigk ꝛc. Vnd in Crafft der Vortrege, ßo zwischen dem durchlauchtigen Fürsten Herrn Fridrichen Vnsern obern anhern, Maximiliano Vnsern Anhern, Römischn Keisern, Mathiam, vnd gemelten Bladißlann Vnsern schweher Hungerischn Könige, seliger und milder Gedechtnuß Auffgericht, zustendig, zum teyl och von wegen der rachnungn der gewaltsamen Iniurien Vorhönungn, Vorachtungn, schimpffirungn vnd schwoche so Koniglicher wirden, Vnser geliebten Schwestern vnd dem Herrn Groß-graffen beyneben andern Herrn vnd dem gantzen Königkreiche nicht mit kleinen schedlichen Vnuorwintlichen nachteyl zugedrungen, Vns in rustunge vnd gegenwehr begeben, vnd den selbigen Graffen von Trenschin oder Wowodern als zutrennen eurere freiheit Voruollgett vnd angriffen, So haben wir dennoch verschonet, vnd wollten nochmalen, so viel Vns thurlich gerne verschonen der hungerischen Reich, und Nacion, welcher heyl, vnd glückseligkeit, sampt irer eynwoner, Vnser Vnterthanen, wir hochlich begirrigk, darumb wir die rechmessign vnd freywillign erwelungn, die vor Vnser Person in der gewöhnlichen versamlungn zw Cameron aus beweglichen Vornunfftigen Vorsachen keu poßen erstrackt, vnd vorschoben haben wollen erwartten, darop mennigklich zuuormercken das wir euern gehorsam vnd terwn nicht mit forcht oder bedrencklicher engstigungn des Krieges ertzwingen, sondern, als einem guttigen frommen, vnd Christenlichen Konige getzimmet, aus Vorwilligung der Vnterthanen guth-willigkeit vnd liebe Vnsers Regiments anfangt, vnd eingangk haben wollen derhalben wir euch allen semptlich vnd yedem besondern vormanen, vnd ermanen, das ir auf vnd deützschn Nacion Vnserr Reichfürstenthumb vnd gebiette, Behmen, Mehren, Schlesinger vnd andern vnsern Vnterthann, mit feindlichen Gemüth kegen euch beweget seyn, nicht gleübet. Wann wir wollen niemandt vor Vnsern Feindt halten, den allein

die-

diejenigen, die sich Vnß mit feindtlicher ertzeigungn wiedersetzigk machen vnd aufflenen. Lasset euch hierumb mit vorergrünten sagmeren, vnd errichten Rumorn, oder gerüchte euer wiedersacher nicht vorfüren. Dann wir beneben vnd mit sampt hochgedachter Keiserlicher vnd Christenlicher Maiestat, auch andern Fürsten, vnd vnsern Brudern (als Ir ym Werck mittelst Gottlicher Vorleyhungn selber erfinden sollet) keins geldes, auch vnsers eigen pluttes nicht Verschonen wollen, zw beschützungn der freiheit ditz hungerischen Konigreichs. Wollen auch mit aller Crafft, und macht darauf dringen, vnd arbeitten, vff das wir Kriegischen Weissenburgk vnd andern vmbliegende greintzen, vnd festen von der feinde handen wiederholen, vnd von eynlendischen betrübern, vnd storrern euer freiheit im friede vnd ruge vnuorhindert geprauchen moget. Ir sollet es dafür och mit halten, das wir, oder die durchlauchtige Königin, Vnsere Schwester oder och irer Lieb Rethe, zw zwispaltigkeit, oder kriegischen Auffruren einigerley Vorursachungn gegeben. So haben wir vns vff hochst bemühet, vnd gevlyssen zuvorhütten, das dieses Reichs Vorwandtn Vnderthanen, die noch bis anher Vnbestritten seindt, mit ferner fertigkeit vnbedranget pleyben mochten. Wollen och zukunfftiger zeit die Hungerische Sprach vnd Nacion (ßo kegen der Christenlichen gemeide wol Vordienet) mit allen vnsern Krefften, vnd Vormogen handthaben, Prelaten, Graffen, Freyen, Ritter, den Adel, freye stette vnd andere stende des Konigsreichs Hungern in, vnd bey Iren freiheiten, priuilegien, herlichkeiten, statuten, gesetzen, rechten, und Gerechtigkeiten, mit welchen Sie von vnsern Vorfaren Konigen bis zw diesen gezeitten in vblicher gebrauchunge gestanden, erhalten, vnd schutzen, inn die hungerischen hendel, vnd Rathschlegn leüthe anderer Nacion nit ziehen, noch geprauchen, gristliche lehen, und ampter auch erbliche angefelle frembden nicht vorleyhen, noch zwkommen lassen. Aus dem allen ihr kein

Ursach habt, euch eüres Geldes, leibs, person, oder gütter halben zu forchten. Vörsamlet allein souiel euch ymmer möglich, allerley notturfft vnd profandt zu erhaltung dinstlich, so wollen wir vnsern hauptleüthen, und Kriegesvolck, die wir in diß Reich vnd umbliegedn Regende vnd greintzen, wieder die Türcken, vnd andern friedens brecher, wern die gesein mogen, schicken werden, ernstlichen, vnd vhnstiglich gebietten, das sie mir keinen Schaden zufögen, sonder alle ire notturfft vier zimliche betzahlungn, von euch erkrüffen, vnd vorzelten, vnd aller verechtlichen beschwerungn sich kegen euch enthalten sollen. Zw dem wellen wir gnediger meynungn vortrostet haben, das alle diejenigen, die entzbahr, aus forcht, Vorhenschung, Vorfürung, oder wasserley Ursach biss anhero sich vns wiedersetzigk gemacht, vnd aufgelenet, zeitlich wiederkerrnn, nicht allein zw gnaden nhemen, sondern sie in Vnserer milden Güttigkeit halden wollen. Geben in Vnser Stadt Wienn den XIX. des Monats Januarii Anno DCC. XXVII. ober unserer Reich im erster Jar.

Ut ne id quoque dissimulem, obiter reflectendum esse duxi, Joannem de Zapolya non in his duntaxat Litteris, verum in aliis etiam pluribus hujus ætatis monumentis diplomaticis, & historicis Comitem Trenchiniensem appellari, cum tamen, licet reipsa Trenchinium quoque possideret, vulgo Scepusiensis scribi soleat. In analogis Epochis multa analoga recurrere illi facile observant, qui accuratius eventuum, & conversionum historias meditantur. Quam personam initio Periodi II. Mathæus Trenchiniensis de Genere Chaak adversus Carolum I. gesserit, passim notum est, hic initio Periodi III. comparet in eodem Theatro

tro Joannes Trenchinienſis, exitus Periodi I. & II. ac initia Periodi II. & III. plurima hujusmodi parallella ſuppeditant, non deſunt tamen aliis etiam intermediis temporibus, quæ omnia docent, Hungaros morum, & conſvetudinum ſuarum retinentiſſimos, nec rerum domeſticarum ignaros, aut immemores, exemplis præteritis plurimum dirigi, atque idipſum pro argumento deſervire, quantopere expediat, ſinceram rerum domeſticarum notitiam Litteris excolere, & ad genuina Juris publici, rationisque Principia exigere.

Joannes de Zapolya, ut non diſperſam ſolum Nobilitatem, quam ita facilius in adverſas partes pertrahi poſſe non vane credebat, in officio ſuo contineret, ſed unitam etiam ſibi magis conciliaret, editis Strigonii die 6. Februarii Litteris ita dictis Regalibus generalem Conventum pro Dominica Reminiſcere Budæ celebrandum Regnicolis indixit, in quibus, ſive adhuc ignoraret, ſive diſſimularet Litteras Ferdinandi aſſecuratorias, quas paulo ante protuli, hunc, ejusque aſſeclas accuſat, quod *ſub nomine tutelæ, ac defenſionis Regni periculum, & exterminationem Gentis, ac lingvæ hujus Hungaricæ quærant, & procurent.* Profero illas ex MS. Kaprinay ſerie ſub Lit. B. T. XI. n. 160, pag. 224. & T. XXVII. n. 152. p. 243.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis, Judici, Juratis-
„ que Civibus Civitatis Noſtræ Barthffa: Fidelibus no-
„ bis dilectis.

„ Joannes Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ,
„ Croatiæ &c. Prudentes, & Circumſpecti Fideles no-
„ bis dilecti. Exiſtimamus neminem ex vobis eſſe,
„ qui pericula huic Regno noſtro dietim imminentia
„ non aſpiciat, & non intelligat. Ad quæ propellenda
„ neceſſarium eſt, cum Dominis Prælatis, Baronibus,
„ ac aliis Regnicolis noſtris tractare, conſultareque; &
„ de remedio mature providere. Non enim deſunt
„ plerique, qui ſub ſpecie boni Zizaniam ſeminare,
„ & ſub nomine tutelæ, ac defenſionis Regni pericu-
„ lum, & exterminationem Gentis, ac lingvæ hujus
„ Hungaricæ quærant, & procurent. Conſtituimus ita-
„ que ad Dominicam Reminiſcere proxime venturam,
„ generalem Diætam, & Conventum celebrare, in quo
„ etiam præſentia aliquorum ex vobis nomine omni-
„ um Veſtrum indigemus. Fidelitati igitur Veſtræ ha-
„ rum ſerie firmiter præcipientes comitimus, & man-
„ damus, quatenus duos ſatis idoneos veſtri de medio
„ ſtatim eligere, & ad prædictam Dominicam Remi-
„ niſcere Budam erga noſtram Majeſtatem plenaria
„ cum facultate tractandi, & concludendi mittere de-
„ beatis, & teneamini, ita, ut primum diem hujus-
„ modi Conventus, & Diætæ non prætereant, quos
„ non multis diebus, prout alias conſvetum fuerat, re-
„ tinebimus, ſed paucos duntaxat intra dies propoſitis,
„ & concluſis rebus, quæ ad ſalutem, & conſervatio-
„ nem hujus Patriæ neceſſariæ videbuntur, ad propria
„ remittemus, ſecus igitur ne feceritis. Datum Stri-
„ gonii in Feſto B. Dorotheæ Virginis, & Martyris
„ Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Vigeſimo
„ Septimo.

Ad congregatos in hac Diæta Proceres delatæ sunt Litteræ, ut videtur, Circulares Ferdinandi Bohemiæ Regis Pragæ die 7. Martii datæ, in quibus tenor aliarum Litterarum Caroli V. Imperatoris Fratris ejusdem Granatæ die 26. 9bris Anni 1526. ſcriptarum refertur, in quibus iſte diſertis verbis Ferdinandum naturali Hereditario jure, ac pactis, & conventionibus alias editis in Regna iſta ſucceſſiſſe profitetur. Profero Inſtrumentum ex impreſſo Exemplari coævo Archivi Civitatis Bartfis deſumtum:

„ Ferdinandus Dei Gratia, Rex Hungariæ, Bo-
„ hemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Infans Hiſpaniarum,
„ Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Sileſiæ, Bra-
„ bantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Würtenber-
„ gæ &c. Princeps Sveviæ, Marchio Moraviæ, Comes
„ Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ,
„ Landgraffius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii
„ ſuper Anaſum, & Burgoviæ, Dominus Marchiæ Scla-
„ voniæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Fidelibus
„ Noſtris univerſis, & ſingulis, Dominis Prælatis,
„ Baronibus, Egregiis, Nobilibus, Prudentibus, Cir-
„ cumſpectis, Providis, cujuscunque ſtatus, & condi-
„ tionis Hominibus, in Regno noſtro Hungariæ, &
„ Partibus eidem ſubjectis, ubivis conſtitutis, & exi-
„ ſtentibus, Salutem, & Benevolentiam, ac Gratiam
„ noſtram Regiam, & omne bonum. Nolumus quem-
„ quam Veſtrum ignorare, quod vobis ſignificaveri-
„ mus, Nos omnino primo Vere adveniente, una cum
„ Copiis nobis in auxilium venturis, pro ſalute com-
„ muni, tranquillitateque, ac pace, & defenſione,
„ tam Veſtra, quam totius Regni iſtius noſtri, imma-
„ niſſimo Turcarum hoſti occurrere velle, vos ſuper-
„ inde requirentes: ut interea temporis vos ad ejus-

„ modi

„ modi expeditionem præparare, & inſtruere debeatis, „ ſicut ex Litteris noſtris patentibus, quas proxime „ ad vos dedimus, abunde intellexiſtis, at nunc ad „ noſtram pervenit notitiam, qualiter Joannes de Za- „ polya, Comes Scepuſienſis, Vajvoda Tranſylvanus, „ quandam Diætam omnibus Ordinibus, & Incolis, „ quos ſibi in iſto Regno noſtro Hungariæ prætendit „ eſſe ſubjectos, indixit, in qua mentem omnium „ Veſtrum aperte conatur intelligere, quo in eum af- „ fectu, quave inclinatione ſitis, & quidnam ſibi de „ vobis polliceri audeat in eo caſu, ſi Exercitus no- „ ſtros in iſtud Regnum noſtrum Hungariæ venire „ contigerit. Cum itaque hanc Diætam non alia de „ cauſa inſtitutam eſſe videamus, quam ut tam ſalubri „ propoſito noſtro (quod adhuc menti noſtræ, vel- „ uti pio, catholicoque Principi fixum manet), no- „ vum aliquod impedimentum inferatur, per quod „ omnis ille conatus, quem in defenſionem iſtius Re- „ gni, Deo adjuvante paramus, fruſtretur, & irritetur, „ nosque in optimo jure noſtro impediamur. Idcirco „ vos omnes, & ſingulos hortamur, & benigno affe- „ ctu monemus, ut cognitis juribus, quæ nobis, & „ Sereniſſimæ Conjugi noſtræ in iſto Regno noſtro „ competunt, habitaque ſincera juſtitiæ, & æquitatis „ contemplatione, conſiderato præterea, quantum non „ ſolum vobis, ſed & univerſæ Rei-Publicæ Chriſtia- „ næ commodi, tranquillitatisque afferet, ſi quo in- „ ſtituimus modo, Turcis reſtiterimus, eosque Dei „ optimi maximi auxilio finibus veſtris expulerimus, „ at vero ex adverſo, quanta (quam Deus longe „ avertat) calamitas ingruere poſſit, ſi tam ſalutares „ conatus noſtri aliquo modo impediantur. Perſpe- „ ctis igitur præfatis rationibus, nullis vos Vajvodæ „ perſvaſionibus, nullis ſequacium ſuorum blanditiis „ ſeduci, aut contra nos induci patiamini, ſed potius „ id, quod Vobis, Patriæ, Uxoribus, Liberis, & Fra- „ tribus veſtris, imo toti Reipublicæ Chriſtianæ ſalu-

„ tare,

„ tare, & proficuum erit, amplectamini, quod hac „ ratione potissimum fiet, si adhortationibus, mandatisque nostris tanquam boni Subditi obtemperantes, fideles, obedientesque vos Nobis exhibueritis, „ juxtaque nostrum præscriptum instructi, paratique „ adventum nostrum exspectaveritis, ut nobiscum una „ pro libertate, salute, pace & pugnare, & vincere „ possitis. Neque autem miremini, quod Nuncios nostros speciales ad vos in præsentiarum non misimus: „ nam adhuc memoria tenemus, quo pacto nuper Oratores, quos ad illegitimam Vajvodæ præfati Diætam „ in Alba nostra Regali habitam miseramus, per quosdam (quibus tamen Deus ignoscere velit) fuerint „ impediti, ut ne quidem commissam sibi legationis „ provinciam exequi potuerint. Qui tamen utinam „ (uti sperabamus) auditi fuissent, petitionisque nostræ rationem habuissent. Quo nimirum facto asseverare possemus, quam multi sangvinis Christiani, „ animarumque periclitationi via præclusa fuisset, adeo, „ ut omnes plane intellexissent, nos non solum in „ istius Regni nostri Hungariæ utilitatem, & libertatem cogitatus nostros, sed & universæ Reipublicæ „ Christianæ Salutem, & Bonum direxisse, viresque, „ & potentiam nostram non in Christianorum sangvinem, sed in cruentissimi hostis fidei cruorem „ pro asservanda totius Christianitatis pace, & tranquillitate perpetua vertere voluisse. Et præterea ex „ prædictis quodammodo futura metientes, verebamur „ simile aliquid accidere posse his, quos nunc ad vos „ destinaturi essemus, idque sic omisimus, maluimusque hæc vobiscum per Litteras agere. Cognito „ namque erga vos nostro favore, & benignitate, perspectis item firmissimis, multijugisque Juribus nostris erga istud Inclytum Regnum nihil dubitamus „ vos propensiori jam tandem animo monita, adhortationesque nostras excepturos. Quod ut faciatis, „ vos iterum atque iterum hortamur, Nosque vicissim

„ hanc

„ hanc veſtram erga nos obedientiam Vobis, & Ve-
„ ſtrum cuilibet omni gratia noſtra Regia rependere
„ volumus. Vobis præterea ſignificare volentes, no-
„ bis ſubinde redditas eſſe Litteras Sacræ Cæſareæ, &
„ Catholicæ Majeſtatis Domini, & Fratris noſtri ca-
„ riſſimi, quas nobis Reverendus Princeps Dominus
„ Chriſtophorus Eccleſiæ Auguſtenſis Epiſcopus, ac
„ Spectabilis, & Magnificus ſincere nobis dilectus Fri-
„ dericus Comes Fürſtenbergenſis Majeſtatis Suæ Cæ-
„ ſareæ Conſiliarii, & Oratores ſincere nobis dilecti
„ vobisque præſentare, & intimare debebant; cum
„ autem Commiſſarii noſtri, ſicut antea diximus, nu-
„ per in Aula Noſtra Regali per quosdam impediti
„ fuerint, quo minus audirentur; Nos ex præteritis
„ futura quaſi colligentes, ſimileque his evenire poſſe
„ verentes, eos mittere ſuperſedimus: Nihilominus
„ vero Litteras Majeſtatis Suæ Cæſareæ Vobis inſinu-
„ andas duximus, quarum tenor de verbo, ad verbum
„ ſequitur, & eſt talis:

„ Carolus Divina favente Clementia, Electus Ro-
„ manorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germa-
„ niæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem
„ &c. Rex &c. Magnifici, Nobiles, Spectabiles, ſincere
„ dilecti. Suſcepta a nobis Romani Imperii admini-
„ ſtratione, & Chriſtianæ Reipublicæ protectione,
„ ſummum ſemper noſtrum ſtudium fuit, ut ea pa-
„ cata frueremur, armaque noſtra in ſempiternos Re-
„ ligionis noſtræ Hoſtes communibus Chriſtianorum
„ Principum auſpiciis converterentur; hinc data opor-
„ tunitate, cum Sereniſſimo Gallorum Rege, noſtro
„ tunc captivo pacem inivimus, & de bello Turcis
„ inferendo inter Nos actum, & concluſum fuit, hac-
„ que Lege illi in Galliam redeundi copiam fecimus,
„ dumque Nos res noſtras parabamus, ut proxima
„ æſtate elapſa Italiam intraremus, atque inde com-
„ munes Reipublicæ hoſtes a veſtris laribus, finibus-

„ que

„ que profligaremus, Gallorum ipse Rex Suæ fidei,
„ atque Jurisjurandi, nostrique amoris, & benevolentiæ oblitus, Romanusque Pontifex cum aliis Italiæ
„ Potentatibus offensivum foedus contra nos percutiunt, Regnaque, ac Dominia nostra inter se dividunt, in Nosque bella movent, incautos ita, ut
„ arma, quæ pro Vestra, & Reipublicæ defensione
„ paraveramus, ad nostram, & Subditorum nostrorum
„ protectionem convertere coacti fuerimus; nec tanto
„ hostium impetu perterrefacti ab instituto nostro demittendo vobis auxilio destitimus, imo res nostras
„ ad id disponebamus, quum subitus nuncius vestram
„ cladem, ac præclarissimæ memoriæ Ludovici Regis
„ vestri omnibus sæculis deplorandam mortem retulit,
„ quæ profecto tanto dolore, atque animi perturbatione accepimus, ut Regi ipsi vestro tam gloriosam,
„ perpetuaque laude celebrandam mortem invideremus; nec enim illum obiisse, sed ad feliciorem vitam translatum esse videmus, qui pro Patria, pro
„ suis Subditis, pro Christiana Republica, & pro Religione viriliter pugnando debitum naturæ persolvit,
„ vester vero, ac vestrorum casus non pro calamitate,
„ sed pro vera gloria, magnoque triumpho adnumerari debet; occubuere enim viri illi fortes, & magnanimi. Sed Regi suo (ut bonos Subditos decet)
„ adhærendo Christo optimo maximo animas suas consecrarunt: quid reliqui est, ut in Fide vestra perseverantes omnes uno animo sitis. Si enim optimum,
„ ac viribus, & ætate florentissimum Principem amisistis, habetis Serenissimum Dominum Ferdinandum
„ Principem, & Infantem Hispaniarum, Archi-Ducem
„ Austriæ &c. Fratrem nostrum carissimum, qui naturali hæreditario Jure, ac pactis, & conventionibus
„ alias editis, in Regna ista successit, quippe nullum
„ unquam optimi Principis officium prætermittet, quo
„ vos omnes, domosque, & facultates vestras defendere, & amissa recuperare valeatis, cuique nos

„ nostris

„ nostris viribus, & authoritate, ac persona ipsa no-
„ stra nunquam defuturi sumus: jamque ad hoc in
„ maximo sumus apparatu, nostrasque, & Subditorum
„ nostrorum vires disponere cæpimus, quibus quanta
„ pro rei magnitudine licebit, brevitate, & celeritate
„ Turcas a vestris laribus profligare (& si Deus con-
„ cesserit) longe a finibus vestris arcere, Fratremque
„ nostrum in possessionem pacificam istorum Regno-
„ rum, & Provinciarum imponere, & manu tenere
„ valeamus (quodsi ut de vestra inviolata fide nobis
„ pollicemur) præfato Serenissimo Fratri nostro, Regi
„ Vestro naturali, Tyrannorum insaniam (si qui forsan,
„ ut sunt rerum humanarum æstus) insurrexerint, cohi-
„ bendo unanimes adhærere volueritis, nostram erga
„ vos benignitatem, & liberalitatem experiemini: si
„ qui vero suis cupiditatibus potius, quam publicæ
„ tranquillitati inservire maluerint, vestrosque animos
„ seducere tentaverint, pro comperto habeant, nos
„ nec saluti, & incolumitati vestræ, nec præfato Se-
„ renissimo Fratri nostro, nostris, ac Subditorum no-
„ strorum viribus unquam defuturos, imo (si expedie-
„ rit) omnem bellicum apparatum, ac Personam ipsam
„ nostram eo convertere decrevimus. Vestrum nunc
„ erit, eum animum in his præstare, ut nec fidei,
„ nec salutis vestræ obliti esse videamini, a nobisque
„ omnia optimi Principis, atque Cæsaris officia sperare,
„ ut talia, Venerabilis Christophorus Episcopus Au-
„ gustensis, Princeps devotus, nobis dilectus, & no-
„ bilis Fridericus Fürstenbergensis Comes, Consiliarii,
„ & Oratores nostri verbis coram exponent, quibus
„ summam in his fidem habeatis, vos plurimum hor-
„ tamur. Datum in Civitate nostra Granatæ die 26.
„ Novembris Anno Domini 1526. Regnorum Nostro-
„ rum Romani Octavo, aliorum vero Undecimo. Ca-
„ rolus. Mandato Cæsareæ, & Catholicæ Majestatis
„ Alphonsus Valdesius. Has autem Litteras vobis, &
„ cuilibet vestrum vel ob id maxime intimari cura-

„ vimus,

„ vimus, ut ex his, quæ nunc ſcripſimus, ſpem eo
„ majorem, fiduciamque firmiorem in Nos collocare
„ poſſitis, nullisque vos perſvaſionibus ad ea impelli
„ ſinatis, quæ Nobis, atque Inclyto Regno illi noſtro,
„ imo vobis quoque, & Poſteris veſtris, & denique
„ toti Reipublicæ Chriſtianæ damnoſa, & ridicula,
„ Jurique noſtro contraria fuerint, ſed potius in debito
„ veſtro erga Nos fidelitatis officio permanentes ea
„ ſectemini, quæ vobis, & eidem poſteritati veſtræ
„ ſempiterno & honori, & utilitati cedant. Datum
„ in Civitate noſtra Regali Praga die ſeptima menſis
„ Martii Anno Domini 1527. Regnorum vero noſtro-
„ rum primo.

Sed contrarium hac quidem vice in Diæta Budenſi Litteræ illæ Enciclycæ effectum produxerint; cum Status, & Ordines Joanni de Zapolya adhærentes, ſequens ad eas reſponſum die 24. Martii dederint, quod itidem ex Archivo Civitatis Bartphenſis mecum communicatum hic ſubjicio:

„ Sereniſſime Princeps Domine, & vicine nobis
„ honorande!

„ Cum ob urgentiſſimas neceſſitates hujus Regni
„ Hungariæ de mandato Sereniſſimi Principis, & Do-
„ mini noſtri Joannis Dei Gratia Regis Hungariæ,
„ Dalmatiæ, Croatiæ &c. nec non Marchionis Mora-
„ viæ, ac Luſaciæ, ac utriusque Sleſiæ Ducis, Domini
„ noſtri gratioſiſſimi in unum conveniſſemus, & in
„ hoc Conventu noſtro generali ad Dominicam Re-
„ miniſcere indicto conſtituti fuiſſemus, atque ſuper
„ tutela, & defenſione hujus Regni, nec non expedi-
„ tione in Turcas Chriſtiani nominis hoſtes inſtauran-
„ do tractare cæpiſſemus, allatæ ſunt nobis binæ Lit-
„ teræ Excellentiſſimi Principis Domini Caroli Roma-
„ norum

„ norum electi Imperatoris, ac Hispaniarum Regis &c.
„ Alteræ Serenitatis Vestræ nomine, quarum tenoribus perlectis, & intellectis non potuimus non mirari, unde, & quorum consilio Majestas Vestra mota nos & generaliter, & sparsim in Domibus constitutos non modo istis, verum aliis plurimis Litteris suis per impressorum manus exculptis, sigilloque, & appositione manus suæ propriæ obsignatis sollicitat, requirit, impulsat, illisque nescimus, quæ mandata nobis imponit, & injungit, nosque Subditos suos appellat, & Regem Hungariæ se intitulat, atque denominat. Serenissime Princeps! ad Litteras præfati Domini Caroli Imperatoris per nuntium nostrum proprium, vel per Litteras nostras respondebimus; quantum tamen ad Litteras Serenitatis Vestræ attinet, rerum, & libertatum nostrarum conditio, statusque viderat postulare, ut eadem etiam nunc responsum a nobis condignum habeat; undecunque igitur Serenitas Vestra, vel persvasione paucorum eorum Hungarorum, alias Fratrum, & Amicorum, nunc vero æmulorum nostrorum, qui fidelitatis ipsorum Patriæ, Coronæ Regni Hungariæ debitæ immemores, Patriæque, & Sangvinis eorum obliti, nunc Posonii vagantur, vel aliorum consilio inducta, certe nec antefati Serenissimi, & Excellentissimi Domini nostri Joannis Regis per nos unanimi voto, & suffragio rite, & legitime coronati, Vajvodæ Transylvaniensis nomine, & Regiæ Suæ Dignitatis titulum, quo ipse in se fungitur, adimere, & se ipsam Hungariæ Regem intitulare, neque nos Subditos suos appellare debuisset, quum Nos Serenissimam Majestatem Vestram nedum pro coronato, legitimoque Rege, verum neque pro Electo cognovimus, nec recognituri sumus etiam in futurum; habemus enim, ut præmisimus Regem, & Dominum nobis Gratiosissimum unanimi voto, & consensu electum, Sacroque Regio Diademate insigni-

„ tum,

„ tum, a quo ejus vita durante ſeparari nullo rerum „ eventu, fortunæque caſu volumus. Contendit præ- „ terea Sereniſſima Majeſtas Veſtra Jus quoddam ſuc- „ ceſſionis in hoc Regno ſe habere; ſciat Majeſtas „ Veſtra Regnum hoc Hungariæ vel dotalitium, vel „ tributarium nunquam fuiſſe, ſed liberum, & a cu- „ juslibet externi Principis Jurisdictione exceptum ſem- „ per extitiſſe, & modo quoque eſſe, & illud nemi- „ nem Regum, ac Principum noſtrorum, & ſi legiti- „ me coronatorum, neminem etiam Progenitorum, ac „ Prædeceſſorum noſtrorum quondam publicam liber- „ tatem noſtram cuipiam obligari potuiſſe ad ſucceſ- „ ſionem, imo externum Principem pro nobis in „ Regem nunquam aſſumere communi omnium Sen- „ tentia, Conſenſu, & Decreto, Litteris, & Sigillis „ noſtris, ac Prædeceſſorum, & Progenitorum no- „ ſtrorum ſtatuimus, ordinavimus, jureque jurando „ firmavimus, & ejusmodi conſtitutiones nos violare „ neque poſſumus, neque volumus. Proinde Sereniſſi- „ mam Majeſtatem Veſtram hortamur, & rogamus, „ velit ſe de cetero temperare, nolitque ſe Regem Hun- „ gariæ, & nos Subditos ſuos appellare, & in Juris- „ dictionem Hungariæ Regni ſe vel inani titulo, vel „ alio quovis modo peramplius intromittere. Cæte- „ rum præteritis diebus occupavit Majeſtas Veſtra duas „ Civitates a Sacra Corona Domini noſtri gratioſiſſimi „ Regis Hungariæ absque ulla diffidatione, quod non „ merebamur, propter bonam vicinitatem, quam cum „ Majeſtate Veſtra habuimus, velit igitur eadem illas „ nobis reſtituere, & nos a concepto contra infideles „ bello non amovere; nam, ſi abſtraheremur, nolu- „ mus ab utraque parte incommoda pati, verum ta- „ men, ſi Sereniſſima Majeſtas Veſtra bona vicinitate „ cum ipſo Domino noſtro Rege uti, frui, atque con- „ tra Chriſtianæ Reipublicæ communem hoſtem Tur- „ cam, qui etiam Regna Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ „ ſæpenumero vaſtavit, usque modo agere, armaque

„ capeſſere voluit, ſperamus Regiam Majeſtatem Do-
„ minum noſtrum Clementiſſimum in ejusmodi expe-
„ ditione ſe cura — — — — non defuturam.
„ In reliquo eandem Majeſtatem Veſtram bene valere
„ optamus. Datum Budæ in prædicta noſtra Congre-
„ gatione generali 24. Martii Anno 1527.

An in iſto Conventu conſtitutio aliqua edita fuerit? nuſpiam patet, Contributionem tamen aliquam promiſſam fuiſſe, colligo ex Litteris Joannis Regis, quibus Decimam in Conventu conſtitutam a Civibus Bartphenſibus pendi jubet. Datum Budæ in Feſto B. Stanislai Epiſcopi & Martyris Anno Domini 1527. Inter MS. Steph. Kaprinay ſerie ſub Lit. B. T. XI. p. 197.

Interea Ferdinandus rebus ſuis intentus, & armorum progreſſu animatus editas Litteras patentes iterum circulariter dimiſit, quibus tum vigore contractuum per Fridericum, & Maximilianum Romanorum Imperatores cum Regibus, & Proceribus Hungariæ initorum, tum jure Succeſſionis, & Geniturae ſibi Regnum debere edicit; quare hortatur Status, & Ordines Regni ad fidem, fidelitatem, & obedientiam ſibi præſtandam, revocat adhærentes factioni Comitis Joannis de Zapolya Vaivodæ Tranſylvaniæ a complicibus ſuis in Regem Hungariæ electi, & coronati ad amplectendam gratiam, & præſtandam ſibi tanquam legitimo Regi obedientiam ſub animadverſione in inobedientes ſecutura, quam jure armorum coactus demonſtraturus eſſet. Datum Viennæ die 29. Junii

Junii Anni 1527. Habentur Litteræ iſtæ inter MS. Kaprinay ſerie ſub Lit. B. T. XXVII. p. 232.

Ut autem ſolicitudinem illam, quaſi Gentem, & lingvam Hungaricam extirpare conaretur, quam Zapolyana factio in dies augebat, quæve rebus ſuis plus obeſſe, quam provocata pacta Regum Hungariæ, quibus multa opponebantur, prodeſſe poſſe videbantur, ex animis Hungarorum erueret, Ferdinandus editis Viennæ die 17. Julii Litteris circularibus declarat ſe nolle Nationem, & Lingvam Hungaricam perdere, ſed amotis Tyrannis tam domeſticis, quam exteris Hungaros in libertatem aſſerere, hortatur proinde, ut nemo ſe factioni Joannis addicat. Habetur earum Exemplum inter MS. Steph. Kaprinay ſerie ſub Lit. B. T. XXVII. p. 204. Cæterum Exercitus Ferdinandi non tam contra Tyrannos, exteros Turcas videlicet, jam alioquin remiſſiores, quam contra Hungaros Joanni adhærentes, & ſe in Regem acceptare renuentes ſecundo Marte pugnabat ita, ut occupata Buda Conventum generalem pro Feſto B. Michaelis Archangeli ibidem celebrandum indicere potuerit, ad quem cum pauciores præſertim ex partibus Joanni adhærentibus conveniſſe videret, dimiſſis iterum ſequentibus Litteris, quas prout ad Cives Bartphenſes expeditæ erant, ex MS. Stephani Kaprinay, ſerie ſub Lit. B. T. XXXVIII. n. 47. p. 6. deſumſi, eosdem pro præſtanda ſibi fide, & ſui coronatione evocavit.

„ Ferdinandus Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ, „ & Princeps Hispaniarum, Archi-Dux Austriæ, „ &c. Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis „ dilecti!

„ Non dubitamus, quin ad Conventum nostrum „ generalem, quem ad Festum B. Michaelis Archan- „ geli proxime præteritum indixeramus, vos quoque „ uti boni, & obedientes Subditi inter cæteros Fide- „ les nostros, qui adsunt, libenter e medio vestrum „ misissetis, si Litteræ nostræ ad vos pervenissent, aut „ vis, & metus non obstitissent; quamvis igitur Con- „ ventus noster majori ex parte sit absolutus, volumus „ tamen, & Fidelitati vestræ mandamus firmiter, ut „ statim visis præsentibus præcipuos Cives de medio „ vestrum deligere, & huc Budam ad præstandam „ nobis nomine communitatis fidem, & obedientiam, „ qui coronationi quoque nostræ felici intersint; mit- „ tere debeatis, secus ne feceritis alioquin nullum de- „ inceps excusationi vestræ locum relinquemus, sed „ vos uti contumaces, & rebelles habebimus. Datum „ Budæ Feria quinta proxima post Festum Beati Dio- „ nysii Confessoris. Anno Domini 1527.

Ferdinandus.

Postridie scriptis Litteris Alexius Thurzo monuit Civitatem Cassoviensem, ut Litteras Regias ad alios directas mittant, & ad coronationem Ferdinandi Regis veniant. Desumsi eas ex MS. Steph. Kaprinay serie sub Lit. B. T. XXVII. n. 161. pag. 250., & MS. Wagneriano-Jankovichianis T. IV. p. 329.

„ Prudentibus, ac Circumspectis Judici, & Juratis „ Civibus Civitatis Cassoviensis amicis Nobis di- „ lectis!

„ Pru-

„ Prudentes, & Circumſpecti Amici nobis dilecti!
„ Miſimus ad vos Litteras Regias, ac ſimul cum illis
„ alias Litteras Majeſtatis Regiæ ad propingvas vobis
„ Civitates ſonantes. Ex Litteris Majeſtatis Suæ intel-
„ ligetis, quæ ſit mens, & voluntas Suæ Majeſtatis;
„ noſtrum etiam conſilium eſt, ſicut alias quoque vo-
„ bis bene volentes, faventesque nonnulla conſulimus,
„ ut ad coronationem Majeſtatis Suæ, quæ proxime
„ ſecutura eſt, veniatis, & aliis etiam vicinis Civita-
„ tibus hoc idem conſulatis. Deinde hortamur Vos
„ nomine Regio, ut alias Litteras Regias eo, quo
„ pertinent, absque aliqua mora mittere velitis, &
„ debeatis, nec aliud feceritis. Budæ Sabatho proxi-
„ mo poſt Feſtum Beati Dionyſii. Anno Domini 1527.
„ Alexius Turzo de Bethlenfalva, Tavernicorum Re-
„ galium Magiſter.

Ad hanc Nobilium ſub auſpiciis Ferdinandi Budæ agentium Congregationem Joannes circa menſem Octobrem ſequentes exaravit admonitorias Litteras. Quas ex ſtylo Cancellariæ Franc. Báchy MS. coævo Bibliothecæ Epiſcopi Agrienſis deſumtas mecum communicavit I. Büky Canonicus, & Bibliothecarius.

Ferdinandus die 3. menſis Novembris Anno 1527. Albæ Regali coronatus eſt eodem tempore, & loco, quo Joannes Anno 1526. Cujus coronationis Solennia diligenter deſcripta ſub titulo:

„ Potentiſſimi Hungariæ, Bohemiæque Regis Ferdi-
„ nandi Archi-Ducis Auſtriæ &c. in Civitatem
„ Regiam Hungariæ Sthulveiſenburgum ingreſſio,
„ coronatioque longe celeberrima. Antverpiæ ex
„ officina Joannis Graphei, Anno 1527. Forma

 „ 8. edita,

„ 8. edita, deinde adjecta Ursini Velii de bello
„ Pannonico Libris ex editione Kollariana pag.
„ 132. demum a me inserta Solen. Inauguralibus
„ n. 1. pag. 1.

In Archivo Civitatis Sopronienſis extat adhuc ſub authentico Ferdinandi I. R. H. mandatum ad Senatum Sopronienſem intuitu Juramenti fidelitatis, & homagii, exmiſſis hunc in finem Conſiliariis Regiis Comiti Salm juniori, Erneſto de Fürſt, Præfecto Regio in Eiſenſtadt, & Vilhelmo de Reichenbach præſtandi. Inter MS. Wagneriano-Jankovichiana Tom. VII. pag. 178. extat formula Juramenti neo electo Regi per omnes Civitates præſtiti ſine nota quidem anni, ſed indubie huc referenda. Cæterum, & formula Juramenti, & nomina eorum, qui Juramentum præſtiterunt, & alia quædam acta horum Comitiorum inauguralium occaſione referuntur in quodam Protocollo authentico V. Capituli Poſonienſis, & ex illo inter MS. Cornideſiana mihi T. III. pag. 81. & Wagneriano-Jankovicſiana Tom. XXVI. pag. 328. quæ hic referenda eſſe cenſui.

Anno 1527. die Dominico X. Novembris hora nona ante prandium infraſcripti Magiſtratus diſtributi ſunt per Sereniſſimum Regem Ferdinandum in Civitate Alba-Regali.

„ Paulus de Warda Archi-Epiſcopus Strigonienſis
„ Supremus Cancellarius.
„ Thomas de Zala-háza Epiſcopus Agrienſis Can-
„ cellarius.

„ Ale-

„ Alexius Thurzo de Bethlenfalva Judex Curiæ.
„ Andreas de Báthor Magifter Tavernicorum.
„ Emericus Orfzág de Gwth, & Nicolaus de Thu-
„ rocz Magiftri Curiæ.
„ Cafpar Horváth de Wyngarth Magifter Cubicu-
„ lariorum.
„ Antonius Loffonczy Magifter Pincernarum.
„ Joannes Lengyel Magifter Dapiferorum.
„ Francifcus de Réva Perfonalis Præfentiæ.

Anno Domini Millefimo Quingentefimo Vigefimo Septimo, in Fefto B. Emerici Ducis, & Confefforis, quæ erat quinta dies menfis Novembris, tertia autem feliciffimæ coronationis Sereniffimi Principis Domini Ferdinandi Regis Hungariæ, & Bohemiæ &c. in Civitate Alba-Regali Domini Prælati, & Barones, aliique Confiliarii ejusdem Majeftatis Regiæ ad obfervandam fidelitatem quilibet fingilatim, & feorfum perfonaliter modo infrafcripto Juramentum præftiterunt.

Forma Juramenti in lingva Hungarica.

En N. eskezem az elw Istenre az ew Zenth annyara mind az Zentekre, hogh felseges feyedelmnek Ferdinandus Uramnak Magyarorzagnak, es Chehorzagnak Kyralyanak, az ezen Kegyelmes Uramnak mindenek ellen yelesben pedek az ew ellenseghy es engedetleny ellen, atalan fogva fenkit ki nem veven hyw es engedelmes lezek, es az en ertelmen zerent igaz es haznos tanochot adok mind azokrol kiket ew felsegenek meltosagara haznara, avagy artalmara ez merendewk lenyew felseget zorgalmatoffan es hyven tudoffa

tezen az ew yavara telyes ereynıvel gondolok; gonozat eltavoztatom az ew felsegenek, tytok tanachat meg nem yelentem, Isten engemet ygh segelyen es Istenek mind Zenthy.

Nomina Dominorum Prælatorum, qui juraverunt.

Paulus de Warda Archi-Episcopus Strigoniensis.
Thomas de Zalaháza Episcopus Veszprimiensis, & postulatus Agriensis Cancellarius.
Georgius Swlyok Episcopus Quinque Ecclesiensis.
Stephanus de Podmanitz Episcopus Nitriensis.
Joannes Orzáag de Gwth Episcopus Vaciensis.
Joannes Episcopus Chanadiensis.
Andreas Episcopus Tininiensis.
Ladislaus de Macedonia Episcopus Varadiensis.
Laurentius Præpositus Albensis.
Emericus Bebek Præpositus S. Nicolai Albensis.
Franciscus Wylaky Præpositus Posoniensis Secretarius.
Nicolaus Olah Archi-Diaconus Strigoniensis Secretarius.
Nicolaus Gherendi.

Nomina Dominorum Baronum, & Procerum, qui juraverunt.

Stephanus de Báthor Palatinus.
Petrus de Perén Vajvoda Transylvanus.
Alexius Thurzo de Bethlenfalva Judex Curiæ.
Ladislaus More de Chwla.
Emericus Orszáag de Gwth Supremus Magister Curiæ.
Caspar Horváth de Wyngarth, Cubiculariorum Magister.
Petrus Erdewdy de Monyorokerek Comes Castriferrei.

Comes

Comes Volfgangus de Bozyn.
Stephanus Despotus Rasciæ.
Antonius de Loffoncz Magister Pincernarum.
Joannes Comes Corbaviæ Banus Croatiæ.
Valentinus Therek de Ennyng.
Georgius Comes de Szlun.
Petrus Crwsyth Capitaneus Segniensis.
Joannes Lengyel de Tothi Magister Dapiferorum.
Thomas Nadasdy Castelanus Budensis.
Andreas de Báthor Comes Zattmariensis Magister Tavernicorum.
Franciscus Comes de Bozyn.
Vitus Hadniczer de Zolnok.
Petrus Keglevich.
Joannes Horváth Banus Tuicensis.
Joannes Castellansy.
Joannes Zalay Comes Posoniensis.
D. Georgius Marchio Brandenburgensis.
Nicolaus Gherendi Custos Albensis.
Stephanus Zechy de felsw Lyndva.
Stephanus Pemplinger provisor Curiæ Budensis.
Stephanus de Désháza Consiliarius Regius.
Joannes Hampo de Chaaktornya.
Georgius de Homonna nomine Matris, ac Fratrum suorum Gabrielis, Stephani, Antonii, & Emerici.
Joannes de Thah præstitit Juramentum Strigonii.
Sigismundus de Leva Comes Comitatus Batsiensis præstitit Juramentum Strigonii, in Festo S. Pauli primi Heremitæ Anno 1528. Eodem tempore Simon Episcopus Zagrabiensis Juramentum præstitit Strigonii Anno 1528.

Anno Domini 1530. secunda die Aprilis Pragæ præsente Domino Rogardorff (Regendorf) Magnificus Dominus Ladislaus Orszäg de Gwth, in sua, & Magnifici Michaëlis Orszäg Patris sui per-

personis Majestati Regiæ debitæ fidelitatis, & obedientiæ præstitit Juramentum 1527. septimo die Novembris.

Ego Stephanus de Báthor Regni Hungariæ Palatinus, & Judex Comanorum, Juro per Deum vivum, & Gloriosam ejus Genitricem Virginem Mariam, & omnes Sanctos, & Electos Dei: Quod Sacram hujus Regni Hungariæ Coronam cum omnibus suis attinentiis per Majestatem Regiam Dominos, Prælatos, & Barones, ac totam Nobilitatem hujus Regni Hungariæ fidei meæ traditam eisdem Majestati Regiæ, Dominis Prælatis, & Baronibus, aliisque Ordinibus fideliter conservabo, nec mihi, nec meis usurpabo, & illam a Sua Majestate, & Regno Hungariæ nunquam alienabo, nec illam, ejusque attinentias absque communi omnium Ordinum voluntate, & consensu unquam proferam: sic me Deus adjuvet, & omnes Sancti.

Satis pauci sub ipsa Inauguratione interfuisse, & Juramentum deposuisse videntur, successive tamen plures accesserunt. Inter MS. Wagneriano-Jankovitsiana T. III. pag. 456. habentur testimoniales, quibus Stephanus Pothurnya recognoscit, Kesmarkienses Juramentum fidelitatis deposuisse, & inter MS. Szekeliano-Bathyániana T. II. n. 420. Testimoniales Comitatus Scepusiensis, quod Civitas Kesmark fidelitatem juraverit Ferdinando Regi.

Quem-

Quemadmodum Ferdinandus & ante sui electionem, atque coronationem multis potioribus, si se in Regem eligerent, amplissima Bona pactus est, prout complura hujusmodi acta exstant, & post peractam coronationem sibi adhærentibus plurimas dignitates distribuit, & Donationes elargitus est, ita non solum Joannem de Zapolya stantibus adhuc Comitiis velut perduellem, & notorium proscripsit, verum etiam tam super ejusdem, quam super eidem adhærentium Bonis mense adhuc Novembri, & sequentibus Donationes per notam infidelitatis liberalissime expediri curavit. In illis, quas per Notam Joannis elargitus est, sequens occurrit clausula:

„ Ex eo, quod prædictus Joannes de Zapolya fidei „ suæ immemor, deserto prius Serenissimo quondam Domino Ludovico Rege Sororio nostro „ Charissimo bonæ memoriæ, in cujus capitis de„ fensionem sæpius & per Nuncios, & per Lit„ teras evocatus erat, dein usurpata sibi Corona „ Regni Hungariæ, cujus custodia ei demandata „ erat, per factiones suas se in Regem Hungariæ „ creari, & coronari; postremo multa alia in„ cendia, & deprædationes in hoc Regno nostro „ Hungariæ fecisse dignoscitur, propter quæ ipsi„ us facinora in præsenti Diæta generali univer„ sorum DD. Prælatorum, & Baronum, & totius „ Regni nostri publice proscriptus, ac apertus „ hostis noster, & Patriæ suæ est declaratus.

Simili fere, sed magis ad particularia reducta clausula utitur in Donationibus Alexio Thurzo de Bethlemfalva expeditis super Oppidis Göncz,

&

& Telkibánya in Abaujvarienſi, & Hernad-Némethy in Zemplinienſi Comitatibus ſitis, in quibus una pactationis jam prius factæ diſerte meminit:

„ Quæ alias poſt felicem electionem noſtram, in
„ Regimen hujus Regni noſtri Hungariæ Poſonii
„ factam, mediantibus certis Litteris noſtris do-
„ nationalibus ſuper idem confectis, eidem Ale-
„ xio Thurzo, & ſuis fratribus dediſſe, donaſſe,
„ & contuliſſe dignoſcimur. - - Ex eo, quod
„ idem Joannes Comes immemor fidelitatis ſuæ,
„ qua Sereniſſimo quondam Principi D. Ludovico
„ dictorum Regnorum noſtrorum Hungariæ, &
„ Bohemiæ Regi, Sororio noſtro Chariſſimo,
„ Domino ſuo naturali tenebatur, eodem quon-
„ dam D. Ludovico Rege curam, & defenſio-
„ nem noſtram fidei Chriſtianæ, dictique noſtri
„ Regni Hungariæ agente, Caſtraque ſua Caſtris
„ Imperatoris Turcarum in campo prope Oppi-
„ dum Mohach opponente, idem Joannes Comes
„ per Litteras, & iteratos Nuntios ejusdem quon-
„ dam Ludovici Regis vocatus, & monitus in
„ defenſionem Capitis Regii, & Domini ſui
„ naturalis venire non curaſſet, ipſoque Rege Lu-
„ dovico ibidem infelici caſu obeunte dictus Jo-
„ annes Comes Coronam ejusdem Regni noſtri
„ fidei, curæ, & conſervationi ſuæ demandatam,
„ contra jusjurandum ſuum ſuperinde præſtitum
„ pro ſe uſurpaſſet, eadem extra Leges, conſve-
„ tudines, & libertates jam fati Regni noſtri
„ Hungariæ ſe coronari feciſſet, vendicataque ſibi
„ Corona ipſa, & Regio nomine ſe nobis contra
„ efficaciſſima Jura noſtra hoſtem manifeſtum ex-
„ hibuiſſet, multaque, & quam plurima damna,
„ nocumenta, ſpolia, & incendia in ipſo Regno
„ Hungariæ perpatraſſe dignoſcitur, ex eoque per

„ notam

„ notam infidelitatis ejusdem, qua voto, & una-
„ nimi deliberatione Hungariæ Statuum in Con-
„ gregatione nostra generali pro felici corona-
„ tione nostra celebrata, Criminis læsæ Majesta-
„ tis, & notæ perpetuæ Infidelitatis meruit con-
„ demnari.

An Joannes præter illam pro Dominica Reminiscere celebratam Diætam aliam præterea indixerit, aut celebraverit, vestigium non reperio, videtur tamen ad Oppidum Keresztes aliquam Congregationem convocasse, cum in Archivo Civitatis Cassoviensis sub Lit. E. n. 1161. conservetur ejusdem Mandatum eidem Civitati scriptum, de mittendis ad Oppidum Keresztes duobus Deputatis; cum textu ejus destituar, nec datum, nec præfixum terminum definire possum: serius tamen inclinante jam hoc anno id intervenisse, ipsi hujus anni eventus innuunt.

Anno 1528. ineunte pro quinta decima die Epiphaniarum Domini, Conventum particularem per Ferdinandum I. indictum, celebratum, ac etiam constitutionem in eodem editam fuisse testatur ipse Ferdinandus in quodam Mandato statutorio, ubi ad eandem sequentibus provocat:

„ Juxta constitutionem DD. Prælatorum, Baronum,
„ Electorumque Nobilium, in particulari eorum
„ Conventu, pro quinto decimo die Festi Epi-
„ phaniarum Domini proxime præteriti, hic Budæ
„ de nostro Regio edicto celebrato, inter cætera
„ superinde (nempe super evocationibus contra-
„ dictorum statutionibus, de quibus tamen in
„ Articulis Anni 1528. qui in Corpore Juris Hung.

„ exstant,

„ exſtant, nihil occurrit) factam. Datum in Ci-
„ vitate noſtra Alba Regali Feria V. proxima poſt
„ Feſtum B. Emerici Ducis A. D. 1528.

In alio mandato Statutorio edito Strigonii eodem Anno 1528. provocat iterum eodem modo ad hunc Conventum particularem die 15. Feſti Epiphaniarum Domini, & conſtitutionem in illo editam, ubi ſimul commemorat Congregationem generalem, tempore felicis coronationis ſuæ habitam velut ab eo Conventu particulari diverſam.

Mox poſt eum Conventum Ferdinandus ad alium Imperii Conventum Ratisbonæ celebrandum diſceſſurus in Hungaria Locumtenentem, & Conſiliarios ſui vice publica negotia tractaturos conſtituit, quod Comitatui Neogradienſi, & cæteris utique Jurisdictionibus ſequentibus Litteris ex MS. Cod. Comitis Joan. Petri Szapáry, Antiquar. Conſtit. T. II. p. 1057. deſumtis, quæ etiam in Cod. MS. Card. Jos. de Batthyán, & Feſtetichiano Saghienſi habentur:

„ Ferdinandus Dei Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ,
„ & Jnfans Hiſpaniarum, Archi-Dux Auſtriæ &c.

„ Egregiis, ac Nobilibus Univerſitati Nobilium Co-
„ mitatus Neogradienſis &c. Fidelibus nobis di-
„ lectis. "

„ Egregii, ac Nobiles Fideles Nobis dilecti! „ In
„ eo Conventu, quem Budæ nuper celebravimus, in-
„ ter plurimas Regni neceſſitates egimus cum DD.
„ Prælatis, Baronibus, & Electis Nobilibus de ratione
„ hujus Regni tuendi, & recuperandis finibus: Et

„ cum

„ cum ex — — ac ex certis quibusdam explora-
„ toribus accepiſſemus Turcarum Cæſarem maximas
„ tum navales, tum terreſtres vires comparare, vel-
„ leque in æſtate proxima ad ultimum Regni hujus
„ excidium reverti, admonebamur, ſicuti nuncquo-
„ que admonemur præteritorum temporum recorda-
„ tione proxima etiam calamitate, quam ab hoc ipſo
„ nominis Chriſtiani hoſte potentiſſimo accepiſtis, ut
„ diligentiſſime curemus, ne imparatos, ac velut inopi-
„ natos aggredi poſſet, utque in tempore omnibus
„ rebus ad tantam expeditionem neceſſariis compoſi-
„ tis inſtructi eſſe poſſemus, ſed cum nos totas hujus
„ Coronæ, & Regni noſtri vires metimur, longe mi-
„ nores, ac inferiores videmus eſſe, quam ut hoſti-
„ bus innumeroſiſſimis, ac potentiſſimis poſſint ullo
„ pacto reſiſtere. Hujus igitur, aliorumque Regno-
„ rum noſtrorum, ac Fratrum præſidiis, in eadem ob-
„ eun. maxima de cauſa S. R. I. Principibus, ac Sta-
„ tibus ad proximam Dominicam Oculi Conventum
„ Ratisbonæ celebrandum authoritate, ac nomine Cæ-
„ ſareæ Majeſtatis Domini, & Fratris Chariſſimi, ut
„ ejus Locumtenens indiximus, & quamvis non dubi-
„ temus, quin per Oratores quoque poſſemus non
„ nihil auxilii tam ab Imperio, quam aliis Regnis no-
„ ſtris contra communes hoſtes impetrare, ſed ita res
„ habet, ut nos prædiximus; ſumus etiam facti certio-
„ res tam de Principum, quam de Subditorum noſtro-
„ rum animis, ac expreſſiſſima voluntate nihil eos,
„ quod præſtare poſſint, contra hoſtes fidei noſtræ
„ negaturos, ſi nos ipſi Conventibus eorum intervene-
„ rimus, nobis autem abſentibus omnia ſpe, & præ-
„ ſenti neceſſitate noſtra minora, ac leviora futura,
„ & quæ contra tantum hoſtem parum nobis afferre
„ poſſint adjumenti; volentes itaque noſtræ defenſioni,
„ & incolumitati conſulere, ad prædictum Conventum
„ Imperialem Ratisbonam nos conferimus, & inter
„ eundum Auſtriales, Moravos, & Bohemos cæteros-

„ que

„ que vicinos Subditos noſtros ſuis locis conveniemus,
„ atque id omnino favente Deo perficiemus, ne nobis externa præſidia, & recta, & opportuna deeſſe poſſint. In hac autem abſentia noſtra reliquimus præcipuos utriusque Ordinis Conſiliarios noſtros Reverendum D. Paulum Archi-Epiſcopum Strigonienſem Regni noſtri Primatem, ac Reverendos DD. Thomam Electum Agrienſem Cancellarium noſtrum, Nicolaum de Gerend Electum Eccleſiæ Albenſis Tranſylvanæ Theſaurarium noſtrum; item Magnificos Comitem Alexium Thurzo Judicem Curiæ noſtræ, Andream de Báthor Magiſtrum Tavernicorum noſtrorum; alios item Conſiliarios noſtros, qui una cum Spectabili, ac Magnifico Stephano de Báthor Regni noſtri Hungariæ Palatino, & Judice Cumanorum noſtrorum, quem more alias conſveto Locumtenentem conſtituimus, omnibus negotiis publicis per hanc noſtram abſentiam diligentius intendere, conſulere, ac providere debebunt, utque res noſtræ commodius, & majori authoritate poſſint adminiſtrari, Sigillum noſtrum ſecretum penes præfatum Cancellarium noſtrum relinquimus, Litteræque nomine noſtro, & ſub ipſo Sigillo perinde, ac ſi præſentes eſſemus, ſcribentur, quod nemini mirum, aut novum videri debet; res enim toto Orbe fere Chriſtiano eſt uſitatiſſima, ut dum Principes neceſſitate aliqua fines Regnorum ſuorum egrediuntur, Sigillum domi, & in ſuis Regnis relinquant, ut perſonæ duntaxat eorum abeſſe videantur, authoritas vero inter Subditos præſens, & aſſidua maneat; confinia autem ex Præſidiis, & officialibus commode providemus. Nemo autem veſtrum exiſtimet abſentiam noſtram, vel diuturnam fore, vel damnum aliquod, aut periculum huic Regno allaturam; non enim longius aberimus, quam inde novem, aut decem diebus cum Exercitu, & omni bellico apparatu, ſi neceſſitas feret, aut noſtra pericula revocarint,

„ Budam

„ Budam possimus attingere. Estote ergo securi, &
„ constantes, neque enim tantos hujusce Regni ex
„ impiorum potestate vindicandi causa labores, &
„ sumtus fecissemus, nisi etiam tueri illud, nobisque,
„ & Liberis nostris, Nationique nostræ quietum, &
„ pacatum conservare, & relinquere voluissemus. Ad-
„ monebunt vos Locumtenentes, & Consiliarii nostri
„ de rebus aliis, quæ interim emergent, quibus intra
„ reditum nostrum volumus, ut tanquam personæ no-
„ stræ obtemperetis, Nos quoque non minorem cu-
„ ram absentes habebimus, quam, si intra fines Re-
„ gni nostri maneremus, de tollendis autem malis in-
„ testinis, ac domesticis eam adhibuimus curam, ut
„ speremus indubitanter vos ab omnibus hujuscemodi
„ molestiis liberos, tutos, & securos fore propediem;
„ expedivimus enim, ut scitis validum Exercitum,
„ qui Joannem Zapolyensem vestrarum calamitatum
„ facem, & auctorem, & ejus factionem sceleratam
„ quoquo se vertant, insectentur, donec juvante Deo
„ Regnum hoc nostrum ab his turbatoribus liberum,
„ & purgatum relinquant. Si quæ igitur per hoc
„ tempus inter vos, aut rumores falsi de nostra pro-
„ fectione a præscriptis, & infidelibus nostris spar-
„ gentur, cavete, ne fidem illis adhibueritis, nam
„ non modo vos unquam deseremus, sed vitam quo-
„ que nostram, pro vestrum omnium salute, & Regni
„ defensione, si res postulaverit, non dubitamus ef-
„ fundere. Datum in Óvar Sabbato proximo ante
„ Dominicam Reminiscere, Anno Domini 1528.

Anno 1529. in Festo Ascensionis Domini, Congregationem aliquam in Oppido Lypcze celebrandam indictam fuisse discimus ex Litteris Ludovici Pekry, quibus ad eandem Bartphenses evocat, quasve ex MSS. Wagneriano-Jankovicsianis T. VII. p. 316. desumtas hic profero:

„ Circumspecti Domini Amici nobis honorandi
„ salutem! Audita fama, & periculo partium istarum
„ superiorum, ex mandato, & commissione Regiæ
„ Majestatis Domini nostri Clementissimi se applicavi-
„ mus ad partes istas. Scimus itaque Vestras Domi-
„ nationes non latere hujusmodi victoriam, quam De-
„ us Altissimus Regiæ Majestati dedit obtinere; nunc
„ vero volentes prævenire tam enormi periculo, statu-
„ imus, & decrevimus esse unam Congregationem,
„ in Festo Ascensionis Domini, in Oppido Lipcze
„ celebrandam. Quare hortamur Vestras Dominatio-
„ nes, ut unum, vel duos ex vobis homines idoneos
„ cum plena informatione vestra in medium nostri
„ mittere ad dictum Festum Ascensionis Domini pro-
„ xime venturum debeatis, nihilominus etiam vobis
„ authoritate Regia committimus, & mandamus, aliud
„ in hoc nulla ratione facturi. Ex Castro Lykava, in
„ die Beati Georgii Martyris. Anno 1529.

Ludovicus Pekry de Petrowyna,
Capitaneus, & Consiliarius R. Majestatis
generalis.

Anno 1530. Joannem de Zapolya, Diætam Budæ celebrare voluisse colligitur ex quibusdam ejusdem ad Joannem Bánffy de Lyndva, Budæ in Vigilia Purificationis B. M. V. exaratis Litteris, in quibus subjicit:

„ Nam alioquin ad instantem Diætam deberetis
„ venire "

non videtur tamen tam mature celebrata fuisse, cum exstent Ludovici Gritti Episcopi Agriensis, & summi Thesaurarii Joannis Regis patentes, quibus Comitatus Szaladiensem, & Castriferrei nomine Imperatoris Turcarum ad Fidelitatem præ-

fati

fati Regis sui sub comminatione, igne, ferroque eos puniendi, & ad Conventum generalem pro Festo OO. SS. Budam præfixum invitat Anno 1530.

Anno 1531. si unquam alias omnia Conventibus cogendis, & Diætis celebrandis utraque ex parte fervebant, nec deerant Conventus, qui neutrarum partium esse viderentur.

Primum Proceres aliquos Babolchæ congregatos de his, quæ ad tuitionem Fidei, & Patriæ utiliora esse viderentur, tractasse, ibique constituisse Conventionem in proxima Dominica Lætare, in Oppido Belovár fieri, luculenter patet ex eorumdem Epistola, ad Dorotheam de Kanysa, Emerici de Perén Palatini relictam, ut suos homines ad Conventum in Belavár mittat; quæ desumta ex MSS. Wagneriano - Jankovichianis T. LX. p. 55. sequens est?

„ Generosa, ac Magnifica Domina nobis hono„randa! Status, & conditio hujus Regni Hungariæ „ Patriæ scilicet nostræ quam misera sit, & jam in „ extremis laboret; non opus est vestræ Generosæ Do„minationi declarare, quum omnibus satis pro com„perto habeatur. Nos igitur tanquam Fidei nostræ „ Christianæ, & hujus Patriæ amatores conveneramus „ huc, ut de his, quæ ad tuitionem Fidei, & Patriæ „ utiliora viderentur, tractaremus, & eam, quantum „ in nobis esset, non parcendo personis, rebusque, & „ Bonis nostris ab imminente jam extremo periculo „ præservare studeremus. Visum est autem nobis, ut „ superinde cum cæteris quoque DD. Fratribus, & „ Amicis nostris, atque Nobilibus una convenire, &

„ tractare deberemus, constituimusque hanc ipsam
„ Conventionem in proxima Dominica Lætare,
„ in Oppido Belovár fieri. Rogamus igitur Vestram
„ Dominationem Generosam ob amorem Dei immor-
„ talis, & Beatissimæ V. M. ut eadem ad ipsam Do-
„ minicam Lætare certos, probos, & speciales Fami-
„ liares suos cum plena informatione pariter, & au-
„ thoritate ad ipsam Conventionem transmittere velit;
„ ubi & nos Deo favente interterimus, nec de aliis,
„ nisi de his, quæ salutem Patriæ, & tuitionem Fidei
„ concernere videbuntur, tractare habebimus, & con-
„ cludere. Homines autem, & Familiares Vestræ Do-
„ minationis Generosæ, quos eadem illuc miserit, in
„ assecuratione fidei, honoris, & humanitatis nostræ
„ secure, & libere venire, & remeare poterint. In
„ reliquo Generosam Dominationem Vestram felicissi-
„ mam optamus valere. Ex Babolcha Feria secunda
„ post Reminiscere 1531.

Petrus de Perén Comes perpetuus Abaujvariensis.

Georgius Swlyok, Episcopus Quinque Ecclesiensis.

Valentinus Thewrek de Ennyng.

(L.7.S.)

Georgius de Báthor, Magister Agazonum Regalium.

Ludovicus Pewkry Capitaneus.

Joannes Lengyel, Dapiferorum Regalium Magister.

Thomas Pethew de Gerse.

Sed in eo Conventu statim tertio die termini prænotati visum est omnibus, ut ad Festum Ascen-

Ascensionis Domini proxime venturum in Oppidum Vesprém convenirent, tractaturi de stabilienda inter omnes DD. Regnicolas fraternali caritate, mutuaque unione, atque concordia, datisque Litteris omnes ad eundem Conventum invitarunt, quarum Exemplar, prout ad Cives Bartphenses expeditæ erant., ex MSS. Wagneriano - Jankovitsianis T. IV. p. 332. Kaprinianis serie sub Lit. B. XXXVIII. n. 56. pag. 80. Cornidesianis m. T. VII. p. 224. desumtum, & collatum hic ideo etiam profero, quod nomina Procerum in Conventu præsentium subscripta habeat.

„ Prudentes, & Circumspecti Domini Amici no-
„ bis honorandi. Quanto in discrimine Regnum hoc
„ Hungariæ Patria nostra olim apud omnes mundi
„ Nationes celebris, ac nobilissima temporibus hisce
„ periculosis jactata sit, & qualiter huc, atque illic in
„ partes diversas distracta, divisa, & desolata existat,
„ jamque in extremis versetur, cunctis est manifestis-
„ simum adeo, ut nisi conservationi illius mature
„ provideatur, de reliquis quoque ejusdem brevi actum
„ erit. Quemadmodum igitur hæc Patria nostra alias
„ per unionem, & concordiam conquisita, & conser-
„ vata extitit; sic & deinceps simili unione, & con-
„ cordia, mutuaque caritate a præsentibus, & futuris
„ malis præservari debet. Nos igitur veluti Christia-
„ næ Fidei, & Patriæ, Salutisque nostræ amatores in
„ hoc Oppidum Bela-vár ad præsentem Dominicam
„ Lætare in eo conveneramus, ut hanc Nationem
„ Hungaricam per has varias factiones, & intestina
„ bella jam quasi consumtam unanimem reddere,
„ Patriamque nostram communem præservare possimus;
„ quo tamen nostrum hoc salubre propositum salutem
„ omnium nostrum, ac Patriæ conservationem æque

„ concernens debitum ſortiatur effectum, ſtabilioriqu*e*
„ conſtet fundamento, viſum eſt omnibus nobis, ut
„ & vobiscum, cæterisque Dominis, ac Nobilibus hu-
„ jus Regni, & partium ei ſubjectarum Incolis ad
„ Feſtum Aſcenſionis Domini proxime venturum in
„ Oppidum Veſprém conveniremus tractaturi de ſtabi-
„ lienda inter omnes DD. Regniçolas fraternali cari-
„ tate, mutuaque unione, atque concordia. Proinde
„ vos amore Dei optimi, & Beatiſſimæ V. M. ac in
„ quantum ſalus Patriæ communis vobis cara eſt, ro-
„ gamus, & hortamur, velitis ad ipſum Feſtum Aſcen-
„ ſionis Domini, in dictum Oppidum Veſprém certos
„ concives veſtros cum plena informatione, & autho-
„ ritate transmittere, ubi & nos favente Deo intereri-
„ mus, ac cum eisdem, cæterisque DD., & Fratribus
„ noſtris, ad quos etiam ſimiles dedimus Litteras, ſe-
„ moto omni odio, ſimultate, factione, rerumque, &
„ Bonorum alienorum cupiditate, & detentione ſolum
„ Deum, & futuram tranquillitatem Reipublicæ noſtræ
„ præ oculis habentes, nemine ipſos Concives veſtros
„ in aliud cogente, ſed libera omnium voluntate ſo-
„ lum ea tractaturi ſumus, quæ ad mutuam concor-
„ diam, & unionem hujus Nationis Hungaricæ, defen-
„ ſionemque Patriæ, & conſervationem Fidei noſtræ
„ ſpectare videbuntur. Poterunt autem ipſi Concives
„ veſtri unacum ſuis hominibus ſub aſſecuratione fidei,
„ honoris, & humanitatis noſtræ, in ipſum Conven-
„ tum die, & locum ad præſcriptos libere, & ſecure ad-
„ venire, & Tractatibus omnibus intereſſe, eosque ac-
„ ceptare, vel non acceptare, & deinde ad propria,
„ vel alia, quæ maluerint loca reverti. Quam quidem
„ aſſecurationem per ſingulos in ipſum Conventum adve-
„ nientes nobis, & omnibus ipſi Conventui præſentibus
„ viciſſim dari, & obſervari cupimus; providentes etiam
„ univerſis per hanc Civitatem Bonaque, & tenuta
„ veſtra ad hunc Conventum venturis, quos ſi trans-
„ mittere neglexeritis, proteſtamur coram Deo, &
„ homi-

„ hominibus non nos, ſed vos, & aliorum abſentium
„ reluctantiam cauſam perditionis hujus Inclytæ Patriæ
„ noſtræ futuram, nos vero univerſi in hoc Conventu
„ exiſtentes mutuo, & in alterutrum ſub bona aſſecu-
„ ratione promiſimus, quod infra celebrationem præ-
„ ſcripti futuri Conventus bona unione, & mutua
„ concordia frui volumus, ſemota unius, & alterius
„ noſtrum inquietatione, & damnificatione. Datum
„ in Oppido Belo-vár, Feria III. proxima poſt Domi-
„ nicam Lætare Anno Domini 1531.

Petrus de Periny Comes Perpetuus Aba-Ujvarienſis.

Franciſcus de Batthyán Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ Banus.

Georgius Swlyok Epiſcopus Quinque Eccleſienſis.

Valentinus Thewrewk de Ennyngh.

Ludovicus Pekry de Petrowynya Capitaneus.

Georgius de Báthor.

Antonius Bánfy de Alsó-Lindva.

Stephanus Zéchy de Felső-Lindva.

Urbanus de Batthyán.

Laurentius Præpoſitus Albenſis.

Joannes Lengyel de Thóthy.

Joanes Caſtellanfy.

Nicolaus Pekry.

Thomas Pethew.

Blaſius Swlyok.

Stephanus de Gywla.

Joannes Horváth de Zéplak.

Joannes, ac Chriſtophorus de Zemchyen.

Franciſcus Kapolnay.

Wolfgangus Dombay.
Petrus Bodó.
Petrus Imrefy de Zerdahel.
Nicolaus Hertzeg de Zekchew.
Joannes Hagymási de Berekzo.
Petrus Bornemiſza de Kapolna.
Dionyſius Hashagy.
Joannes de Fayz.
Joannes Kapolnay.
Joannes de Korothna Magiſter.
Joannes (alias Thomas) Varday.
Franciſcus Soós.
Ladislaus Erdeuk.
Bernardus (alias Bernoldus) Sárkány.
Matheus Abbas de Kapornok.
Stephanus Gyulaffi, ceterique quam plurimi Proceres, & Nobiles Regni, in hoc Conventu perſonaliter exiſtentes.
Et præterea: Simon Epiſcopus Zagrabienſis.
Andreas Epiſcopus Thinninienſis.
Joannes Torquatus Comes Corbaviæ, Banus Croatiæ &c.
Ladislaus More de Chiola.
Joannes Thahy, Gubernator Prioratus Auranæ.
Petrus Erdewdy de Monyorokerék.
Domina Sophia Dux Mazoviæ, Spectabilis, & Magnifici condam Domini Stephani de Báthor Palatini &c. relicta.
Domina Dorothea de Kanyſa, Spectabilis, & Magnifici condam Domini Emerici de Perén Palatini &c. relicta.

Petrus Keklewyth de Bwsyn.
Andreas Choron de Dewechyer, &
Franciſcus Eſſegwári medio hominum ſuorum;
in hunc Conventum transmiſſorum.

Conventum hunc non invito Ferdinando indictum, iſte deinde Litteris ſuis, quibus ſignificat ſe cum Joanne Rege de induciis unius anni acturum, quæ ſi ſucceſſerint, Diætam Veſzprimii, Feſto Aſcenſionis Domini celebrandam revocat, quæ uti ad Civitatem Caſſovienſem expeditæ erant, ex MSS. Kaprinaianis ſerie ſub Lit. B. T. XXVII. n. 219. pag. 322. deſumtæ ſequentis erant tenoris:

„ Prudentibus, & Circumſpectis, Magiſtro Civium, „ Judici, Juratis, cæterisque Civibus Civitatis no- „ ſtræ Caſſovienſis Fidelibus nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia, Romano- „ rum Rex, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hun- „ gariæ, Bohemiæ Rex &c. Infans Hiſpaniarum, „ Archi-Dux Auſtriæ &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti Fideles dilecti! „ Subſidium per vos petitum ad vos juxta deſiderium „ veſtrum libenti animo transmiſiſſemus, ſi de Treu- „ gis ulterioribus nihil fuiſſet intentatum; ſed cum „ proximus ſupervenerit Hieronymus Laſcus tractaturus „ novas unius anni inducias, nos ab omni tractatione „ manum reprimere non potuimus. Quas, ſi contin- „ gat fieri vel non fieri; nihilominus tamen veſtri ſo- „ lidam, & bonam, uti ſemper habuimus, curam ge- „ remus, vosque tanquam fideles noſtros, & bonos „ ſubditos quocunque res cadat, nihil deſeremus. „ Vos ideo requirentes omni ſtudio, ut in ſolita hac

„ veſtra

„ veſtra in nos fide, & fidelitate infracto animo per-
„ ſiſtere, & quocunque caſu res terminetur, vos ita
„ erga nos, & hoc Regnum noſtrum exhibere velitis,
„ ſicut noſtra in vos gratia, & pietas exigit, veſtræ-
„ que in nos obſervantiæ, & debito congruit, vosque
„ etiam haud dubie facturos eſſe confidimus, quod
„ erga vos ſingulari clementia noſtra recognoſcemus.
„ Si vero contingat easdem inducias concludi, & ab-
„ ſolvi, noſtra ſerioſa pariter, & omnimoda voluntas
„ eſt, ut Diætam, ſeu Congregationem generalem ad
„ diem Aſcenſionis Domini proxime futuram in Veſz-
„ primio celebrandam tanquam inutilem, & nihil am-
„ plius neceſſariam ſive per vos, ſive per homines ve-
„ ſtros nequaquam viſitetis; ſed eisdem induciis ſic
„ initis, & concluſis vos erga partem adverſam con-
„ formetis, & huic voluntati noſtræ aquieſcatis: ſecus
„ minime facturi. Datum in Arce noſtra Pragæ die
„ 20. Menſis Aprilis Anno Domini MDXXXI. Regno-
„ rum noſtrorum Romani primo, aliorum vero quinto.

Ferdinandus m. p.

ad mandatum Sacræ Regiæ Ma-
jeſtatis proprium.

Poſtremo concluſis induciis, aliis Litteris, in Veſt. Comitiorum pag. 648. productis penitus revocavit. Invito autem Joanne indictum fuiſſe Conventum iſtum, patet ex Litteris ejusdem in Veſt. Comitior. pag. 650. productis, in quibus eum conventiculum appellat, & a ſe Diætam generalem, in Alba Regali Dominica poſt idem Feſtum Aſcenſionis Domini indictam eſſe ſcribit. Mirum quomodo Proceres alioquin Zapolyanæ factionis primum in Babolcha, deinde in Bellavár, poſtremo in Veſzprim quaſi propius ad Ferdinandum

dum accesserint, demum Conventus iste velut partium neutrarum ad reducendam unionem indictus utrique Regum æmulorum displicere cæperit; nam & in quadam resolutione ad aliquot puncta Alexio Thurzo Ferdinandus sequentia eidem rescribit:

„ Majestas Sua clementi animo suscepit ea, quæ „ circa Diætam Veszprimiensem significavit, & „ commendat ejus operam in eo, quod Magni„ ficum Valentinum Terewk, & alios ad eandem „ Diætam ire volentes juxta Majestatis Suæ Regiæ „ Litteras, & Commissionem ab ea retraxerit, ac „ per hoc, & alia ejusdem Diætæ progressum im„ pediverit.

Metuebant nempe, ne si Proceres pertæsi has æmulorum discordias, quibus Regnum pessumibat, ad concordiam, & unionem condescenderent, alteruter Regum per factiones, corruptiones, & vim electorum ab Imperio excluderetur, & quia neuter de communi in se populi studio securus erat, his Procerum conatibus exciti, uterque tandem serio de induciis cogitare, & agere cæperunt, ut honesta aliqua specie Conventus dissolveretur, & unio animorum inter Proceres præverteretur.

Sed non obstantibus induciis, cum Proceres iis effluxis non meliorem Regni sortem præmetuerent, conventicula celebrasse, & de antevertendis malis, quæ ex æmulatione duorum viribus pœne parium Regnum prensantium competitorum metuenda erant, consilia agitasse videntur. Nam Joannes de Zapolya in Litteris ad Thomam de

Nádasd

Nádasd, ex Segesvár Sabatho proximo post Festum B. Luciæ V. Anno 1531. datis inter cætera sequentia scribit.

„ Intelligimus isthic fieri certissimas conventiculas a
„ nonnullis sub prætextu boni publici. . . . Tibi
„ firmissime committimus, ut conventiculas hu-
„ jusmodi, si quæ futuræ sunt, in quantum no-
„ stram gratiam charam habes, omnino evitare
„ debeas, idque eam potissimum ob causam,
„ quod nolumus vel in minimo præstare occasio-
„ nem aliquam, vel etiam suspicionem violationis
„ fœderum, sive Induciarum, quas cum adversa-
„ rio habemus.

Sed hæc utriusque Regis studia non poterant penitus efficere, quo minus Proceres de salubribus remediis malorum, quæ ex scissione animorum jam expertis adhuc imminebant, consultaturi convenirent, cum pars una videret Ferdinandum, cujus majores in omnem occasionem, qua Regno Hungariæ potirentur, perpetuo intenti, sæpe impedivissent, quo minus Turca longius a cervicibus Hungarorum, cum iis quiescentibus facile posset, amoveretur, pars altera ægre ferret Joannem Turcas, a quibus Regnum tanta sustinuisset, ut æmulo par aut superior evaderet, in auxilium advocasse, & in Regnum induxisse.

Anno itaque 1532. Conventum in Oppido Kenesse penes lacum Balaton sito, ad diem Circumcisionis Domini celebrandum per Proceres sibi quasi relictos indictum fuisse, docent Ferdinandi Regis Litteræ, quibus Cives Bartphenses monet,

ut

ut ad Conventum in Oppido Kenesse celebrandum Nuncios cum tali Instructione mittant, quod res ejus omni quo possunt conatu per se, & alios promovere velint, quas ex MSS. Kaprinanis serie sub Lit. B. T. XXXVIII. n. 37. pag. 41. desumtas hic insero:

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano-
„ rum Rex semper Augustus, ac Germaniæ, Hun-
„ gariæ, Bohemiæ Rex &c. Infans Hispaniarum,
„ Archi-Dux Austriæ &c.

„ Prudentes, & Circumspecti, Fideles dilecti!

„ Cum certo intelligamus quemdam Conventum,
„ in Oppido Kenesse sito ad lacum Balaton, ad diem
„ Circumcisionis Domini proxime futurum indictum
„ omnino celebratum iri, huncque licet a multis acci-
„ piamus incommodum, & rem nostram esse futu-
„ rum; vos tamen de hoc præmonere, & per has
„ nostras seorsim requirere voluimus, prout in præ-
„ sentiarum omni studio, & serio requirimus, ut, si
„ vos quoque ad hunc visitandum ire, vel Nuncios
„ vestros mittere volueritis, præcipuam in eo curam
„ habeatis, quo Nuncii vestri tales sint, eamque a
„ vobis commissionem agendi, & tractandi accipiant,
„ quod res nostras omni quo possunt conatu promo-
„ vere, conservare, & per se, & alios in bonum fi-
„ nem deducere velint, & debeant, nihilque unquam
„ vel sua sponte, vel alia ratione admittere audeant,
„ quod ulla in parte nobis, & Regno præjudicare va-
„ leat; sed potius, si cum parte adversa fuerit eis
„ tractandum, potiores illius, aut quos poterunt, qui-
„ bus licet modis melioribus, & commodioribus ad
„ nos attrahere, nobisque unire studeant, cæteraque
„ in iis agant, & faciant honori, & utilitati nostræ
„ congrua, suæque in nos fidei, & officio, accom-

„ moda

„ moda ſicut vos, & noſtri, & Regni, publicique Boni,
„ & denique veſtri cauſa haud dubie facturos eſſe con-
„ fidimus, noſtram in eo ſerioſam, & omnimodam
„ executuri voluntatem. Datum in Oppido noſtro In-
„ ſprug die 3. Menſis Decembris Anno Domini a Na-
„ tivitate 1531. Regnorum noſtrorum Romani primo,
„ Hungariæ quinto, Bohemiæ vero Sexto.

R. Card. Trident.

Ad mandatum Sacræ Regiæ
Majeſtatis proprium.
Jo. Majus m. p.

Re ipſa Conventum hunc celebratum, & ex illo alium generalem ad Berenhida indictum eſſe, plura ejus acta, quæ detexi, teſtantur.

Inprimis habeo Litteras Prælatorum, Baronum, ac Regnicolarum in Keneſſe congregatorum ad Univerſitatem Nobilium Comitatus Poſonienſis, quibus Diætam univerſalem pro feſto B. Gregorii Papæ in Berinhida Comitatus Veſprimienſis celebrandam eſſe ſignificant, & ad eam Nuncios mitti petunt. Has ex MSS. Cod. antiquarum Conſtitut., & Decreti C. Joan. Petri Szapáry T. I. p. 1016. deſumtas, quæ etiam in Codice MSS. Bibliothecæ Jos. Cardinalis de Batthyán, & Feſtetichiano-Saghienſi habentur, velut omnino memorabiles hic inſerendas eſſe cenſui:

„ Egregiis, ac Nobilibus Dominis Univerſitati No-
„ bilium Comitatus Poſonienſis, Dominis Fratri-
„ bus, & Amicis nobis honorandis!

„ Egregii ac Nobiles Domini, & Amici nobis ho-
„ norandi! Salutem, & noſtri commenda-
„ tionem!

„ Licet

„ Licet aliquoties jam tentavimus, ut Nationem
„ hanç noſtram Hungaricam in unum locum contra-
„ here, & congregare, ac inteſtinas, & civiles diſ-
„ cordias ſedare potuiſſemus, ut tandem unanimiter
„ de ſtatu, & conſervatione hujus miſeri, & calami-
„ toſi Regni, Patriæ noſtræ communis conſulere, &
„ mature providere potuiſſemus; ſed hactenus omnes
„ conatus noſtri fruſtra cecidere: Nihilominus cum
„ animadvertamus deinceps quoque non eſſe aliam
„ viam conſervandi Regni, niſi & in unum convenire,
„ & domeſticas contentiones deponere, & communi-
„ ter de ſalute Patriæ, ſi prorſus uſque ad internecio-
„ nem perire nolumus, tractare, & concludere debea-
„ mus. Decrevimus itaque nullis noſtris laboribus,
„ & expenſis parcendo omnes modos tentare, quo jam
„ tandem hoc ſanctum propoſitum, & conſilium no-
„ ſtrum effectum ſortiatur deſideratum; indiximus aliam
„ Diætam univerſalem pro Feſto B. Georgii Papæ pro-
„ xime affuturo, in Berinhida in Comitatu Veſprimi-
„ enſi celebrandam, ad quod nos extrema neceſſitas,
„ & ultimum periculum adegit; quoniam videmus nos
„ undique derelictos, & neminem eſſe, qui nos con-
„ greget. Ad quem diem, & locum omnes DD.
„ Prælatos, & Nobiles, Baroneſque, ac omnes Ordi-
„ nes hujus Regni invitavimus. Miſimus etiam Ora-
„ tores ad utroſque Sereniſſimos Reges ſupplicantes
„ Majeſtatibus Suis, ut etiam Suæ Majeſtates ad di-
„ ctum Conventum die, & loco in præſcriptis ce-
„ lebrandum ſpeciales Oratores ſuos mittere, ac per
„ eos modum, & rationem conſervandi Regni, & Li-
„ bertates noſtras non verbis, ſed factis, hiſque ma-
„ nifeſtis, & præſentaneis Nobis declarare dignetur.
„ Admonuimus per eoſdem Oratores noſtros Suas Ma-
„ jeſtates, quod quicunque eorum Regnum defendere
„ poterit, & nos in Libertatibus conſervare voluerint,
„ illi inhærebimus, & illi ſoli ſerviemus. Igitur ro-
„ gamus, oramus, atque obteſtamur etiam Domina-

„ tiones

„ tiones Vestras, in quantum Fidem Christianam, Patriam
„ hanc nostram dulcissimam, & communem, ac Uxores,
„ & Liberos vestros, vitamque omnium caram habe-
„ bitis, velint in dicto Conventu die, & loco præscri-
„ ptis celebrando per singula Capita interesse, ubi nos
„ omnes, qui hic fuimus, compromisimus adesse,
„ quod etiam Dominationes Vestras, quibus hoc Re-
„ gnum æque ac Nobis charum est, facturas non du-
„ bitamus. Poterunt autem Dominationes Vestræ li-
„ bere, & secure venire, & ibi tandem quid cuilibet
„ visum fuerit sentire, & facere nemine cogente, &
„ rursus ad propria, vel quo voluerint, redire, ad quæ
„ omnia, & singula observanda Dominationes Vestras,
„ & omnes alios ad fidem nostram assecuramus, quod
„ etiam nos a Dominationibus Vestris expectamus,
„ easdemque feliciter valere optamus. Datum in Ke-
„ nesse Feria quinta proxima ante Festum Epiphania-
„ rum Domini Anno ejusdem 1532.

Dominationum Vestrarum

Prælati, Barones, Proceres, Nobiles, ac Regnicolæ omnium Ordinum Regni Hungariæ, in Kenesse congregati.

Exstant etiam Litteræ Regnicolarum, & Procerum omnium Ordinum Regni Hungariæ ad Status, & Ordines Regni Poloniæ datæ in Kenesse, in Festo Epiphaniarum Anno 1532. ex Archivo Regni Poloniæ apud Dogiel Cod. Dipl. Regni Polon. T. I. p. 130. in quibus sequens clausula duorum Conventuum Vestigia continet:

„ Prælati, Barones, Proceres, Nobiles, Regnicolæ
„ omnium Ordinum Regni Hungariæ in Kenesse
„ congregati. . . .

„ Itaque

„ Itaque ne adhuc nobis, & Christianitati, pro „ qua etiam sangvinem, & vitam, quæ jam sola re- „ stat (modo prodesse possimus) effundere non dubita- „ mus, defuisse videamur; indiximus universalem Diæ- „ tam, in Festo B. Gregorii Papæ proxime affuturo „ in Berenhida in Comitatu Vesprimiensi celebrandam, „ ubi tractaturi sumus, & conclusuri de conservatione „ hujus afflicti & jamjam, nisi mature provideatur, „ ruentis Regni nostri. “

Legi etiam Joannis Regis Plenipotentiales Thomæ de Nádasd, cum Statibus, & Ordinibus Regni pro celebranda Diæta in Possessione Berenhida in Festo B. Gregorii Papæ congregandis nomine Regio tractaturo datas. Tertius igitur hujus anni Conventus fuit per Ferdinandum R. Strigonium pro Festo B. Georgii M. indictus, quem Joannes suis adire vetuit, ut in Vestig. Comitiorum pag. 651. indicavi.

His tam frequentibus Procerum Conventibus excitati, & metuentes Reges, ne si elapsis Induciis iterum in aperta bella contraria partium studia erumperent, rursum mense Decembri hujus adhuc anni de Induciis mutuo per Oratores egerunt, qui in Oppido Megyer Insulæ Challo-köz, Comitatus Posoniensis convenientes, confecerunt Articulos quosdam Induciarum, quos ex veteri, & coæva copia Archivi Civitatis Bartphensis mecum benevole communicata desumtos, licet ad propositum meum heterogeneos hic referendos esse censui.

„ Articuli Induciarum Quadrimenstrium conclusi per
„ Dominos Commissarios utriusque Principis in
„ Oppido Meghyer Insulæ Challoköz a primo die
„ mensis Januarii proxime instantis incipiendo:
„ usque ad ultimum diem mensis Aprilis proxime
„ venturi per Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæque,
„ & Sclavoniæ, ac Transylvaniæ Regna. Item
„ per Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carneo-
„ lam, Moraviam, Slesiam, & Lusatiam, Partes-
„ que, & Provincias eisdem subjectas integre
„ duraturos. Quorum Articulorum series hoc mo-
„ do sequitur:

„ Inprimis, ut utrinque penitus cessetur ab
„ armis, & nemo sub nota pœnaque perpetuæ
„ infidelitatis, ac criminis læsæ Majestatis depræ-
„ dationes, direptionesque rerum, & occupationes
„ Jurium Possessionariorum Bonorum, & Curia-
„ rum Nobilitarium violentas invasiones, verbe-
„ rationesque, & vulnerationes, ac interemptio-
„ nes eorundem, & aliarum quoque personarum
„ etiam mercatorum, & advenarum non minus,
„ & indigenarum andeat committere.

„ Quod uterque Princeps suis militibus, &
„ gentibus aut solutionem faciat, aut de patri-
„ moniis ipsorum militum propriis, aut ex offi-
„ ciis, vel Bonis per Principes eisdem collatis,
„ illos vivere jubeat, cogatque, ne deprædatio-
„ nes more hactenus solito exercere, aut ad Di-
„ tionem, & Dominia alterius Principis, ac ad-
„ hærentium suorum ad alendum se conferre au-
„ deant poena sub præmissa.

„ Quod

„ Quod quilibet Principum poterit ſuos, „ qui ei vel ſuis Subditis injuriam, damnumque „ fecerint, aut in Principem ſuum quicquam mali „ commiſerint, vel inobedientes ſe exhibuerint, „ corrigere, & punire ſecundum voluntatem ſu- „ am, & ſecundum delictorum exigentiam, & „ alter Princeps ſe in cauſam talium Subdito- „ rum nullo modo intromittat, vel defendendo, „ vel juvando, vel acceptando illos in ſubje- „ ctionem, & fidelitatem ſuam contra volunta- „ tem alterius Principis. Et hoc bona fide

„ Item: Quod liceat omnibus mercatoribus, „ & aliis quoque privata negotia agentibus nun- „ ciis etiam publica pariter, & privata exequen- „ tibus per Dominia utriusque Principis libere „ transire, peragrareque, & redire ſine ſalvo con- „ ductu ab uno Principe ad alterum etiam ad Sa- „ cram Romanorum Cæſaream Majeſtatem, & „ ſummum Pontificem.

„ Quod omnibus mercatoribus utriusque „ Partis ſit liberum in Regnis, & Principatibus, „ & Ditionibus eidem utrique Parti ſubjectis, „ omnes merces, qualescunque ſint emere, ven- „ dere, ducere, pellereque, & vehere per ter- „ ram, & aquam absque omni impedimento, & „ interdicto utriusque Principis, aut eorum quo- „ rumcunque officialium, ſolutis tamen ex anti- „ qua conſvetudine ſolvendis.

„ Quod nullus Subditorum ob alterius cu„ jusvis debita, & excessus arestetur, impediatur, „ aut interturbetur, sed omnes causæ ratione de„ bitorum reiciantur ad Commissarios Principum, „ in Oppido Ó-var septimo die Februarii proxi„ me sequentis congregandorum, & convenien„ tium, qui illic inveniant modum, quo hujus„ modi actoribus Jus, & Justitia, satisfactionis„ que complementum administretur, absque omni „ dilatione.

„ Item: Quod universa Oppida, omnesque „ Possessiones, vel Villæ, Domus etiam, & Curiæ „ Nobilitares omnium Dominorum, ac Nobilium, „ & aliorum possessionatorum hominum post Fe„ stum Beatorum Philippi, & Jacobi Apostolorum „ proxime præteritum usque tempus præsentium „ induciarum, per quoscunque de manibus quo„ rumcunque violenter occupatæ, & ademtæ illis, „ de quorum manibus fuere usurpatæ, & occu„ patæ de facto, & exnunc absque omni colo„ norum gravamine, & pactione remittantur, in„ fra tempus præsentium Induciarum possiden. „ verum tamen, Castra, seu Arces, & Civitates „ muratæ, nec non Castella, & Fortalitia, sive „ sint Sæcularium, sive Spiritualium personarum, „ tam intra tempus præmissum, quam etiam prius, „ aut per expugnationem, aut per deditionem con„ secuta, & occupatæ in quibuscunque Comita„ tibus sint, & adjaceant, una cum universis Op„ pidis, Villis, & Possessionibus, Portionibusque

„ pos-

„ possessionariis ad hujusmodi Castra, Civitates, „ Castellaque de jure, & ab antiquo pertinen. ut „ puta nunc, gubernentur apud manus illorum, „ vel Principum illorum, vel eorum Subditorum, „ qui in præsentiarum illa de facto possident durantibus induciis, ut præfertur præsentibus remaneant, relinquanturque, cum ordinariis proventibus suis tenenda atque possidenda. Hoc „ adjecto: quod universa Bona, ac alia Jura „ possessionaria Ecclesiarum, puta Capitulorum, „ Præpositurarum, Abbatiarum, Monialium, & „ aliarum personarum Ecclesiasticarum quæ ad aliquas Arces, aut Munitiones ab antiquo non „ pertinuerunt: quocunque tempore sint occupatæ, illis, quorum fuerunt, per Subditos utriusque Principis absque omni similiter taxatione, impedimentoque colonorum, hujusmodi „ Bonorum exnunc, & de facto remittantur, resignenturque tempus infra præmissum pari „ modo gubernanda, ne officia Divina per ipsorum Bonorum occupationem negligantur. Hoc „ quoque declarato, quod Domus, & Curiæ „ Nobilitares etiam lapideæ Dominorum, vel „ Nobilium post prædictum Beatorum Philippi, „ & Jacobi Apostolorum Festum per quoscunque „ occupatæ, & deinde vallo, seu fossatis, ac „ sepibus, aut alio ædificio ligneo cinctæ, & circumdatæ pro Castellis, ac Fortalitiis non reputentur, neque intelligantur, sed spoliatis, hoc „ est illis, quorum de manibus fuerunt occupatæ, „ de facto pariter restituantur.

„ Quia vero de Comitatibus hujus Regni, cu-
„ jus partis ſint, & ad quem Principum nunc per-
„ tineant, variæ difficultates emerſerunt, ad tol-
„ lendas igitur hujusmodi difficultates deliberatum
„ eſt, ut omnes Comitatus, ad illum Principem
„ cum omni Jurisdictione ſua pertineant, quem
„ Comes, aut Comites ipſorum Supremi recog-
„ noſcunt, & in Dominio honoris eorumdem
„ Comitatuum etiam modo conſiſtunt: Illi vero
„ Comitatus, qui legitimo carent Comite, non
„ obſtante eo, quod Comites non habeant, illi
„ Principi ſubſint, ſerviantque, cujus nunc Ditio-
„ ni, & poteſtati de facto ſunt ſubjecti: attamen
„ Civitates, & Caſtella in illis adjacentia ſimul
„ cum pertinentiis prænarratis, cujuscunque Par-
„ tis ſint, apud manus illorum remaneant, qui
„ nunc, ut in Articulo proxime præcedente, de-
„ claratum eſt, illa poſſident. Illi vero Comi-
„ tatus, in quibus tam ad partem unius, quam
„ alterius Principis Comites jam pridem fuerunt
„ conſtituti, in ſuo ſtatu priori relinquantur; &
„ quilibet Comitum, cum Nobilibus, ac Igno-
„ bilibus Ditioni ſuæ ſubjectis ſuum Principem
„ more hactenus conſveto recognoſcat, & illi
„ obſequatur, in quo per neminem impediatur,
„ cogaturque, aut moleſtetur.

„ Quod partes Prædictæ in Comitatibus
„ omnibus, ſuis Ditionibus modo prænotato ſub-
„ jectis proventus Cameræ Regiæ, oblataque Sub-
„ ſidia ab Incolis ſuis, & ſuorum omnium poſ-

„ ſint

„ ſint tam ex integro, quam particulariter libere
„ percipere, cæteri etiam Domini, ac Nobiles,
„ & Poſſeſſionati omnes in Bonis, & Poſſeſſio-
„ nibus eorum, quas dudum poſſederunt, vel
„ etiam modo antelato nunc libere poſſident,
„ proventibus ſuis legitimis pacifice utantur.

„ Quod Judicia in cauſis hæreditariis, & ali-
„ is antiquis, interim ſuſpenſa maneant, in his
„ vero, quæ poſt ſuſceptas præſentes Inducias
„ ratione quarumcunque violentiarum emerſerint,
„ hoc modo procedatur, ut quando res agenda
„ venit, inter eos, qui partium ſunt diverſarum,
„ tunc is, qui injuriam patitur, pro ea agat co-
„ ram illo Comite, in cujus Comitatu ambo re-
„ ſident, Comes tamen adjunget ſibi alium Co-
„ mitem vicinum, qui ſit de parte quærentis ju-
„ ſtitiam; inter eos vero, qui unius tantummodo
„ partis ſunt, fiant judicia more conſveto.

„ Quod durantibus Induciis, & Treugis præ-
„ ſentibus nemo Fidelium, & Subditorum alterius
„ Partis, cum Caſtris, Caſtellis, & quibusvis aliis
„ Fortaliciis, ac Juribus poſſeſſionariis ad Partem
„ alteram deficere præſumant; & neque per eam
„ Partem acceptari, aut in ſuam Ditionem allici,
„ aut ſeduci poſſit quovis modo.

„ Item: Quia plures fuerunt ex Subditis
„ utriusque Principis, qui Inducias, & Treu-
„ gas inter eos, & ipſorum Subditos anno ſupe-
„ riore certis ſub conditionibus, & Articulis fir-

 „ matas

„ matas aufu temerario violare præfumferunt;
„ ne igitur præfentes Induciæ pari forma per
„ quempiam infringantur, ftatutum, & conclufum
„ eft, ut quicunque Subditorum unius, aut alterius
„ Principis, cujuscunque ftatus, conditionis, &
„ dignitatis exiftat, præfcriptos Articulos, vel
„ alterum eorundem in toto, vel in parte violare,
„ aut infringere attentaverit, talis Violator cum
„ Hæredibus fuis notam præmiffam perpetuæ in-
„ fidelitatis, criminisque læfæ Majeftatis incurrat
„ eo facto, cui nullus Principum (etiam facta
„ Dei benignitate inter eos aliquando pace) gra-
„ tiam facere poffit, fed per ambos Principes mu-
„ tuis auxiliis in capite, & Bonis fuis Violator
„ ipfe cum Hæredibus fuis ita puniatur, ut etiam
„ Pofteritas ejus, fi quæ per fugam evadere, &
„ fupereffe poterit, reatus illius poenam perpe-
„ tuo deploret: Et fi alter Principum in hujus
„ modi punitione negligens fuerit, alter eorum
„ nihilominus exequendi plenariam habeat pote-
„ ftatis facultatem, altero Principe, vel ejus Ca-
„ pitaneo generali primum exinde requifito.

„ Et judiciariæ Deliberationes, Litteræque fen-
„ tentionales Commiffariorum utriusque Principis
„ Strigonii fuperiore anno durantibus fcilicet præ-
„ miffis Annualibus Induciis conftitutorum contra
„ Violatores earundem Induciarum pronunciatæ, &
„ confectæ per ambos Principes, vel eorum alte-
„ rum, altero exinde pariter requifito ftantibus
„ Induciis præfentibus executioni demandentur.

„ Poftre-

„ Postremo quod nos Commissarii præfati
„ Domini Joannis Regis pollicemur bona fide no-
„ stra laboraturos apud ipsum Principem nostrum,
„ ut ipse quoque pacifice, & item totis viribus,
„ omnique posse suo laborabit, ac instabit apud
„ potentissimum Turcarum Cæsarem, quo idem
„ Cæsar præmissis Induciis, & earum Articulis
„ prædeclaratis omnibus consentiet, eosque in-
„ violabiliter per omnes Subditos suos observari
„ faciet infra tempus Induciarum ipsarum præ-
„ notatum.

„ Nos itaque prænominati utriusque Prin-
„ cipis Commissarii, & Consiliarii præscriptas In-
„ ducias una cum præinsertis conditionibus, &
„ particulis vigore præmissi mandati pleni ratas,
„ & acceptas, atque per omnes Subditos ipsorum
„ Principum nostrorum observare, & observari fa-
„ cere promittimus, ac eosdem Principes nostros,
„ ut observare jubeant, faciantque, obligatos esse
„ decrevimus, præsentium Litterarum nostrarum
„ vigore, testimonioque mediante: Quas Sigillis
„ nostris, subscriptioneque manuum nostrarum ro-
„ borantes in testimonium præmissorum duximus
„ concedendas. Datum in Oppido Megyer pen-
„ ultima die Mensis Decembris Anno Domini Mil-
„ lesimo Quingentesimo Tricesimo Secundo.

Sed non videntur in istos Articulos Partes consensisse, ut apparet ex quadam adnotatione, quam inter Analecta Sæculi XVI. Hung. Cod, MSS.

MSS. Bibliothecæ R. Universitatis Hung. Pestiensis in copia itidem coæva reperi, ubi nomina Commissariorum utriusque Partis hactenus itidem ignota referuntur, & alium Congressum ad diem 7. Mensis Februarii 1533. in Oppido Óvar celebrandum præfixum fuisse notatur, quæ sequens est:

„ Joannes Katzianer inferiorum Partium Austriaca-
„ rum, ac Ducatus Carnioliæ Capitaneus gene-
„ ralis in negotio per Regem Ferdinandum con-
„ stitutus cum pleno mandato; nec non Ladislaus
„ de Macedonia Electus Episcopus Varadiensis,
„ Joannes Zalay Comes Posoniensis, Marcus Bek
„ de Leopoldsdorf Eques auratus, Vice Dominus
„ Austriæ, & Paulus Bakyth Huzaronum Regio-
„ rum Capitaneus, Consiliarius Regiæ Majestatis,
„ Item: Franciscus de Frangepanibus Colocensis,
„ & Bachiensis Ecclesiarum Canonice unitarum
„ Archiepiscopus, Stephanus de Verbewcz sum-
„ mus, ac Secretarius Cancellarius, & Thomas
„ de Nádasd Consiliarius Joannis Regis, & in
„ Oppido Megyer in Districtu, & Insula Chaló-
„ köz sito, seu adjacente, ubi Tractatus de pace
„ transigenda finem sortiri non potuit, ad septi-
„ mum diem Mensis Februarii proxime sequen-
„ tem ad Oppidum Ówár rursus ambo Principes
„ mittant tot, quot eis visum fuerit Commissarios.

Anno 1535. Conventum Tyrnaviam pro Festo S. Francisci; sed cum ad eum pauci convenissent, dilatum, & alium pro Festo B. Elisabeth Viduæ Posonium indictum fuisse patet ex Regalibus Ferdinandi R. eo fine editis, quas ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis exemplari mecum communicato desumtas profero:

„ Pru-

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium
„ Judici Juratis, cæterisque Civibus Civitatis no-
„ stræ Sopronienſis Fidelibus dilectis.

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano-
„ rum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex semper Au-
„ gustus, Infans Hispaniarum, Archi-Dux Au-
„ striæ &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dile-
„ cti! Quamvis ad proxime præteritum Festum B.
„ Francisci jusseramus convenire Tyrnaviam tam Do-
„ minos Prælatos, & Barones, quam etiam ex Comi-
„ tatibus certos Electos: tamen quum neque Domini
„ omnes, neque ex omnibus Comitatibus Electi ad
„ eam Diætam venerant, ut aliquid firmum decerni,
„ ac statui potuisset, delegerunt ad nos ex Conventu
„ illo certos nuncios supplicantes, ut aliam Diætam
„ ad Festum Divi Andreæ Apostoli Posonium indice-
„ remus, in eaque nos quoque adesse dignaremur;
„ Quorum supplicatione adducti, quoniam perardua
„ ingruunt universæ Reipublicæ Christianæ statum
„ concernentia, quæ nos paulo post necessario occu-
„ pare debebunt, diem ipsum Sancti Andreæ antici-
„ pavimus, ipsamque Diætam ad Festum Beatæ Elisa-
„ beth viduæ indiximus, universosque Regni nostri
„ Ordines ei Diætæ interesse jussimus. Quapropter
„ vobis quoque mandamus, ut ad diem, ac locum
„ præsciptum certos ex vobis cum sufficienti mandato
„ citra omnem excusationem mittere debeatis, con-
„ sultaturi cum cæteris Fidelibus nostris de his, quæ
„ ad publicam totius Regni nostri tranquillitatem per-
„ tinere videbuntur. Datum Viennæ in Festo Sancta-
„ rum Undecim Millium Virginum. Anno Domini
„ Millesimo Quingentesimo Trigesimo Quinto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Wylaky.

Jam

Jam in Vestigiis Comitiorum pag. 652. adnotavi Comitia illa, quorum Constitutiones in Corpore Juris Hungarici ad annum 1536. referuntur, illa ipsa esse, quæ pro Festo B. Elisabeth jam Anno 1535. Posonium indicta erant, non est igitur, cur utrique anno diversa Comitia adscribamus; si pro Festo Elisabeth, uti Epigraphe Constitutionum indicat, Anno 1535. re ipsa celebrari cœperunt, Consvetum est, Articulos, Constitutiones, seu Decreta comitialia ab illo anno denominari, & scribi, quo Comitia terminata sunt, si in annum sequentem protracta erant. Constitutiones istæ diplomate confirmatorio destituuntur, ex cujus dato terminus Comitiorum intelligi posset. In Codice MSS. Festetichiano-Saghiensi, & Szapariano-Ercsiniensi T. II. p. 1061. sequens hujus anni Constitutionibus profigitur Epigraphe.

„ Articuli in particulari Regnicolarum Conventu „ Posonii pro Festo B. Elisabeth transacto, per „ Sacram Rom. Hung. & Boh. Regiam Majesta„ tem, ac Dominos Prælatos, & Barones cæteros„ que Regnicolas conclusi Anno 1536.

Ex hac Epigraphe discimus Conventum illum particularem duntaxat fuisse, prout ex ipsis Regalibus non obscure patet, illis nequaquam generalem Diætam indictam fuisse, quemadmodum Tyrnaviam tantum consultatio quædam indicta fuerit.

Quamdiu Conventus iste protractus fuerit, præcise definire non possum; fuisse tamen ante

Domi-

Dominicam Oculi Anno 1536. terminatum colligitur ex Diplomate Ferdinandi I. quo *Nicolaum Oſtrosyth de Gileſincz, in Capitaneum Gentium ſuarum, quas pro executione Articulorum in Diæta Poſonienſi nuper editorum* ad beneplacitum ſuum nominat, & contra eos miſſurum promittit, qui illi malum aliquod inferre niterentur, *eo quod ex debito officii ea omnia, quæ a ſe, vel Locumtenente, & Conſiliariis Regiminis ſui vigore Articulorum præſcriptorum in commiſſis habuerit, in eos omnes exequi debebit, qui horum annorum licentia miſeros Colonos, atque ipſam etiam Nobilitatem etiamnum opprimere, Bona diripere, & damna eis inferre non deſiſterent, ita tamen, ut tale aliquid tum per eum, tum vero* ſuos *ad eum pertinentes ne committat quoquo modo, quod in Articulis Conſtitutionum non haberetur*, vel per dictos *Locumtenentem, & Conſiliarios legitime exequendum* ei *non demandaretur. . . Datum Inſpruck Dominica Oculi Anno* 1536.

Ad eandem Diætam provocat, & aliud objectum in ea tractatum commemorat Ferdinandus in quibusdam Patentalibus, quibus mandat Mathiæ, Wladislai, Ludovici, & ſuam monetam in bona liga Cremniczienſi cuſam, ubique acceptandam promulgari. . . Datum Oeniponte, in Feſto B. Georgii M. Anno Domini 1536.

„ Non ignoratis, inquit, ita in proxime præterita
„ Poſonienſi Diæta, omnium Statuum utriusque
„ Ordi-

„ Ordinis votis consentientibus ordinatum, & per
„ nos comprobatum, & constitutum esse, ut mo-
„ netæ tum illæ, quæ temporibus Serenissimorum
„ quondam Mathiæ, Wladislai, & Ludovici Præde-
„ cessorum nostrorum Hungariæ Regum, tum ve-
„ ro; quæ in liga Cameræ Cremniczienfis, &
„ aliis Cameris nostris, nostro nomine cusæ sunt,
„ & nunc cuduntur, ubique suam æstimationem,
„ valorem, & usum debitum habeant, & a quo-
„ vis in isto Regno nostro Hungariæ recipiantur.

Hoc Anno 1536. die 10. Februarii fœderis inter Papam Clementem VII. Imperatorem Carolum V. Ferdinandum Hung. & Bohemiæ Regem, Andream Gritti Ducem, & Dominum Venetorum, & Franciscum Sfortiam Ducem Mediolanensem sanciti Tabulæ extant, in Cod. MS. olim Kollariano Decreta quædam, & Dippl. RR. Hung. continente p. 251.

Voluisse quidem Regnicolas hoc eodem anno circa Festum B. Jacobi Apost. Diætam indici, sed Regem terminum præfigere renuisse patet, ex Art. 20., & 21. hujus anni, ubi habetur:

„ Ut ad Festum B. Jacobi Apost. proxime ventu-
„ rum generalis Diæta celebretur, si tunc contra
„ communem hostem pro Patriæ liberatione (Ma-
„ jestas Regia) in armis non fuerit occupata. . .
„ Majestas Regia respondit: non esse contra suam
„ Majestatem Diætæ alicujus celebrationem, sed
„ quod extunc, & ab instanti diem aliquem, &
„ locum nominare, & præfigere non videtur
„ commodum esse, sed si ex re, & tempore,
„ Regnicolarumque exigentia Diætam necessariam
„ fore viderit Sua Majestas, curabit eam etiam
„ anticipari. "

Anno

Anno 1537. Ferdinandus convocavit Fideles Regnicolas Posonium ad Festum Conversionis B. Pauli Apostoli, ut habito cum iis consilio aliquam rationem iniret, quomodo imminentia pericula averti, Regnique defensio, & tranquillitas parari possit. Litteras hanc in rem jam superiori anno editas ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis Exemplari mecum benevole cum plurimis deinceps producendis communicato profero, ex quibus patebit, non plane omnes Regales eodem prorsus stylo expeditas esse.

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium, „ Judici, & Juratis, cæterisque Civibus Civitatis „ nostræ Sopronienfis Fidelibus dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano„ rum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex semper „ Augustus, Infans Hispaniarum Archi-Dux Au„ striæ. "

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles dilecti! „ Non opus visum est, multis declarare vobis, quibus, „ quantisque malis laboret istud Regnum, simulque „ vos universi, tantummodo consilio, & matura pro„ visione res eget. Itaque statuimus convocare Fide„ les Regnicolas nostros, ut habito cum iis consi„ lio aliquam rationem ineamus, quomodo imminentia „ pericula averti, Regnique, & omnium vestrum de„ fensio, & tranquillitas parari possit. Proinde com„ mittimus vobis, ut ad proxime futurum Festum con„ versionis Beati Pauli Apostoli unum, aut duos ex „ vobis cum plena facultate tractandi ea, quæ salus, „ & defensio Regni postulare videbitur, Posonium „ mittere debeatis; non dubitamus, quin Deo authore „ inveniamus una vobiscum viam, qua afflicto isti

„ Regno

„ Regno ſubveniri, vobisque ſalus, & defenſio pa-
„ rari poſſit, ſecus ne feceritis. Datum Viennæ in
„ Feſto Beatæ Luciæ Virginis. Anno Domini Milleſi-
„ mo Quingenteſimo Trigeſimo Sexto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Wylaky.

Peculiari reflexione dignum eſt, quod in Indice Decretorum Nicolai Telegdini, quem alias frequentius commemoravi, Conſtitutiones Annorum 1536., & 1537. inter Decreta Ferdinandi I. non recenſeantur, indubie, quod hos Conventus pro particularibus habuerit, has igitur Conſtitutiones Moſſoczius primus in Codicem Legum intulit, indubie autoritate vetuſtiorum Codd. MSS. in quibus jam occurrunt.

Anno 1538. Conventus iterum Poſonium pro Feſto BB. Viti, & Modeſti ſequentibus Litteris itidem ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis indictus erat.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium,
„ Judici, ac Juratis Civibus Civitatis noſtræ So-
„ pronienſis Fidelibus dilectis. "

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano-
„ rum, Hungariæ, Bohemiæ, & Rex ſemper
„ Auguſtus, Infans Hiſpaniarum Archi-Dux Au-
„ ſtriæ &c. "

„ Prudentes, & Circumſpecti Fideles dilecti! Sunt
„ pleraque, & quidem ardua negotia, quæ ſtatum,
„ & ſalutem iſtius Regni noſtri, omniumque veſtrum
„ conſervationem concernunt: Pro his igitur tractan-
„ dis, expediendisque neceſſarium viſum eſt, Fideles
„ Regni-

„ Regnicolas nostros convocare, ut communi consilio,
„ ac deliberatione ineatur aliqua ratio, qua ejusmodi
„ negotiis, ac periculis in tempore mederi possit.
„ Itaque vobis mandamus, ut vos quoque aliquos ex
„ vobis maturiores ad proximum Festum Viti, & Mo-
„ desti Martyrum cum sufficiente facultate, & infor-
„ matione Posonium mittere debeatis tractaturos cum
„ cæteris Fidelibus nostris de iis, quæ ad Regni istius
„ salutem pertinere videbuntur, quem ad diem, Deo
„ concedente, vel nos ipsi (si per negotia Reipubli-
„ cæ Christianæ licebit) in medio vestri aderimus,
„ vel nuncios nostros speciales, qui ea ipsa negotia
„ vobis exponent, mittemus, secus ne feceritis. Da-
„ tum Pragæ Feria quinta post Dominicam Jubilate
„ Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo
„ Octavo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Wylaky.

An tamen Conventus iste reipsa celebratus, & quid in eodem constitutum sit, non invenio. In Codice MS. Card. Jos. de Batthyán coævo cætera inter habentur conditiones, & capitula pacis inter Regiam Majestatem, & Joannem Regem Anno Domini 1538. medio Oratorum Regiæ Maj. firmatæ.

Ad Annum 1540. Ferdinandus Rex defuncto Joanne R. Regnicolas juxta Tractatus cum eodem Joanne initi conditiones ad obedientiam hortatur Litteris Viennæ in Festo Divi Laurentii M. datis, quæ inter MSS. Kaprinaiana, serie sub Lit. B. Tomo XXVII. pag. 317. habentur.

Anno 1541. Posonii Congressum aliquem actum esse mense Martio, colligo ex quibusdam

Credentionalibus Statuum Litteris, quas deputatis suis ad quemdam Reverendissimum Dominum (forte Fr. Georgium) nunciis dederunt, in quibus se subscribunt:

„ Prælati, & Barones, ac Universi Proceres omni-
„ um Ordinum, & Statuum Regni Hungariæ Fi-
„ deles, & Subditi Sereniss. Romanorum, &
„ Regiæ Majestatis Posonii die XX. mensis Mar-
„ tii Anno Domini MDXLI.

Anno 1542. Comitia pro Dominica proxima post Festum B. Valentini M. Novizolii celebranda indicta fuisse, scribit C. Alexius Thurzo:

„ Spectabili, ac Magnifico D. Christophoro Comiti
„ de Bozin, & S. Georgio.

„ Spectabilis, & Magnifice Domine, & Amice ho-
„ norandissime salutem, & commendationem!

„ Quando quidem Majestas R. D. N. Cl. statue-
„ rat, ut die Dominico proximo post Festum Beati
„ Valentini nunc venturum, in Civitate Novisoliensi
„ Diæta generalis celebretur, hortati sumus nomine
„ Majestatis Suæ, universos Dominos, & Status, ut
„ eo se conferant. Propterea & D. V. Sp. hortamur,
„ & rogamus, ut ipsa quoque in loco, & termino
„ prædictis constituatur personaliter, ut interesse possit
„ tractatibus incolumitatem hujus Regni, & salutem
„ concernentibus. Iterum hortamur, ne secus facere
„ velit, quæ feliciter valeat. Ex Semphte 25. die Ja-
„ nuarii Anno 1542.

Comes Alexius Thurzo de Bethlehemfalva Judex Curiæ, & Locumtenens Regiæ Majestatis. Re ipsa eum alios etiam ad hoc ipsum hortatum esse patet e sequentibus, ex authentico Exemplari Archi-

Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis, quæ tamen ſerius ſcriptæ ſunt.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium „ Judici, & Juratis Civibus Civitatis Sopronien- „ ſis, amicis honorandis!

„ Prudentes, ac Circumſpecti Amici honorandi „ ſalutem! Quamvis non dubitemus quin Majeſtas „ Regia per Litteras ſignificaverit, ſe conſtituiſſe, ut „ ad Congregationem generalem, in Dominica proxi- „ ma poſt Feſtum B. Valentini Martyris nunc ventu- „ rum, in Civitate Novi-Zoly celebrandam univerſi „ Status hujus Regni, & inter cæteros, vos quoque „ venire, tractatibusque Patriæ noſtræ communis ſalu- „ tem concernentibus intereſſe deberetis, nihilominus „ volumus hortari, & requirere vos, ut etiamſi caſu „ aliquo Litteræ, & Mandata Regiæ Majeſtatis Domi- „ ni noſtri Clementiſſimi ad vos non perveniſſent, ni- „ hilominus tamen ad diem, & locum præſcriptum „ certos ex vobis electos cum plena facultate mittere „ velitis, ea namque ſunt pericula, ut ſi unquam alias „ nunc certo communibus conſiliis opus eſſe videatur, „ valete feliciter. Ex Sempthe ultima die Jan. 1542.

(L. S.)

Comes Alexius Thurzo de Bethlenfalva Judex Curiæ, ac Locumtenens Regiæ Majeſtatis.

Quam parum Comitia generalia hujus ætatis per Regnicolas frequentata ſint, patet ex Codice MS. Bibliothecæ Cæſareæ Jur. Civ. n. 187. fol. 247. ex quo deſumſi ſequentia:

„ Nomina Dominorum, & Comitatuum in Comitiis „ præſentibus (nimirum Anno 1542. Novi-Zoly „ exiſtentium. “

„ Paulus Archi-Epiſcopus.

 „ Thur-

„ Thurzo Locumtenens.
„ Petrus Perény.
„ Andreas Báthory.
„ Thomas Nádasdi.
„ Franciſcus Bátthany.
„ Marcus Doctor Cancellariæ Auſtriacæ.
„ Franciſcus Wylaky Epiſc. Jauriens.
„ Emericus Balaſſa.
„ Sigismundus
„ Melchior
„ Joannes
„ Franciſcus Révay.
„ Ladislaus Panffy.
„ Stephanus Panffy.
„ Georgius
„ Emericus
„ Antonius Homonnay.
„ Franciſcus Bebek.
„ Stephanus Raskai.
„ Chriſtophorus Groff de Bozin.
„ Balthasar Banffy.
„ Nicolaus Oláh.
„ Albertus Præpoſitus
„ Joannes Podmaniczky.
„ Ludovicus Pewkri.
„ Emericus Werbewczy.
„ Franciſcus Nyáry.
„ Mathias Bazu.
„ Relicta Ladislai Orzágh.
„ Antonius Loſſonczy.
„ Petrus Keglewyth.
„ Relicta Gabrielis Leway.

Nuncii Civitatum Liberarum.

„ Borſod. Gewmer. Newgrad. Hewes.
„ Wymar. Nitra. Bars. Zepes. Honth.
„ Beregh. Trinchin. Zolyom. Sáros.
„ Somogy

„ Somogy. Zala. Waswár. Wesprim.
„ Jaurien. Moson. Sopron. Poson. Lypto.
„ Thurocz. Wngh. Strigon. Comaron.
„ Zemplyn. Alben. Arva. Tholna.
„ Zolnok. Zabolch. Pesth. Thorna.

Sex Decreta priora Ferdinandi I. in Corpore Juris referuntur, quæ Diplomate confirmatorio hactenus destituebantur, nec nisi Decretum Anni 1543. & sequentia primo responsiones tantum sive Resolutiones adjectas habent. Ego in omnes partes intentus, in Elencho Cimelii Székelyiani Quadripartiti Bibliothecæ Episcopalis Quinque Ecclesiensis per Adamum Viser Abbatem de Kompolth, & Præfectum ejusdem Bibliothecæ mecum communicato adverti ejusmodi responsionem ad Articulos Novi-Zolienses hujus A. 1542. ibidem in originali latere; cujus copiam mihi per eundem Bibliothecarium transmissam, hactenus ignotam, neque ab ullo editam hic primus refero.

„ Sacra Regia Majestas Romanorum Hun-
„ gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Sclavo-
„ niæ &c. semper augusta Dominus noster clemen-
„ tissimus ea omnia, quæ fideles Majestatis suæ
„ Domini Prælati, Barones, Proceres, aliique Sta-
„ tus, & Ordines Regni Hungariæ in Conventu
„ generali de speciali mandato Majestatis suo No.
„ vi-zolii in montanis proxime celebrato congre-
„ gati ad clementem & piam Majestatis suo hor-
„ tationem, admonitionemque remotis scilicet
„ odiis, simultatibus, ac discordiis intestinis pro

„ communi ſalute, & conſervatione dicti Regni
„ Hungariæ, aliorumque omnium incolumitate,
„ quiete, & concordia unanimi voto, & ſuffra-
„ giis inter ſeſe conſultarunt, ſtatuerunt, & con-
„ cluſerunt partim ex Articulis, quos ad Majeſta-
„ tem ſuam transmiſerunt, partim ab Oratoribus
„ ſuis per Litteras, partim vero a Magnifico
„ Chriſtophoro de Batthyán Magiſtro Pincerna-
„ rum Majeſtatis Suæ, nuncio Dominorum Magna-
„ tum, partim etiam ab Egregio Georgio Rakov-
„ sky Vice-Comite Thuroczien. nuncio Nobi-
„ lium, & aliorum Statuum Regni copioſe, &
„ benigno admodum animo intellexit.

„ Et quia inter cætera, quod eſt omnium
„ maximum, & præcipuum pro communi bono,
„ & ad mutuam concordiam in Regno, charita-
„ temque proximorum conciliandam, & ſtabili-
„ endam unanimiter decreverunt, & conſtitue-
„ runt, nempe (Art. 1. ſeqq.) ut Caſtra, Caſtel-
„ la, Civitates, Oppida, Villæ, Prædia, & alia
„ univerſa Bona, & Jura poſſeſſionaria ab obitu
„ Sereniſſimi quondam Domini Ludovici Regis
„ Hungariæ, in hoc usque tempus violenter in-
„ tercepta, & occupata iis dimittantur libera, ad
„ quos ea jure ſpectant, idque ſub certis condi-
„ tionibus, certaque Lege, prout in Articulis
„ Regnicolarum ea de re in ſcripto redactis latius
„ continetur, non poteſt ſane Majeſtas Sua iſtius-
„ modi Conſtitutiones, & Decreta eorum, de
„ reſtitutione Bonorum non ſummopere laudare,

„ reco-

„ recommendare, probare utpote quæ videat, ea
„ ipſa ſtatuta cum omni honeſtate, & æquitate
„ conjuncta eſſe, hacque unica via, & ratione
„ publicæ tranquillitati Domino Deo authore
„ omnium optime conſuli poſſe. Quamobrem
„ Majeſtas Sua Regia non abhorret, in iis, quæ
„ Majeſtatem Suam circa Articulum iſtum reſti-
„ tutionis concernunt, pro parte ſua, quos eam
„ contentare debere, tenerique cognoſcetur, con-
„ tentos reddere; quemadmodum etiam ſuper hoc
„ cum Sereniſſima Principe Domina Maria Re-
„ gina Hungariæ, & Vidua Majeſtas Sua, ad in-
„ ſtantiam dictorum Regnicolarum diligenter egit,
„ eamque, ut ipſa Regina ad promovendam ſcilicet
„ unionem, & concordiam illam Regnicolarum
„ juxta eorum Conſtitutiones initam, & pro com-
„ muni bono, & tranquillitate tam dicti Regni,
„ quam totius Reipublicæ Chriſtianæ, quum ex
„ iſtius modi concordia ſecuturam una cum Ma-
„ jeſtate Regia firmiter ſperat, & confidit, gra-
„ tioſe conſenſerit, (Art. 10.) ſe velle Arces
„ Lypche, Veglis, & Dobravyna (ad quarum
„ tamen ceſſionem ſe de jure nullo modo tene-
„ ri . . ferit) reſtituere, dummodo illi viciſſim
„ prius, & ante omnia, non obſtantibus quibus-
„ cunque impignorationibus, inſcriptionibus, &
„ prætenſis Juribus, quæ omnia juxta factæ con-
„ cordiæ, conſtitutionumque generalium contenta
„ nullum hic locum habere debeant, Cameræ
„ Salium Marmaroſiens. cum omnibus pertinen-

 „ tiis,

„ tiis, Arcibus, Pagis, Villis, Cameris, & pro-
„ ventibus similiter etiam Arces Munkacz, &
„ Dyosdyvr, nec non alia ad eam jure in Regno
„ Hungariæ pertinentia, quæque illi disturbiorum
„ tempore ademptæ fuere, de facto restituantur,
„ & possidenda tradantur, consignenturque, sed
„ interim tamen Majestas Sua de Inscriptionibus
„ rite, legitimeque factis, & emanatis per Ma-
„ jestatem Suam exquisitam, ac veram informa-
„ tionem sibi fieri cupit, & petit, propterea ut
„ ne illi, qui legitimas, atque justas Inscriptio-
„ nes a Majestate Sua habent, jam defacto Bonis
„ suis possessionariis cedere cogantur.

„ Cæterum, quod ad reliquos etiam Articu-
„ los attinet, Majestas Sua similiter illos omnes
„ clementer probat, ratificat, & confirmat, ex-
„ cepto tamen Articulo (45) illo de tricesimis
„ noviter erectis &c. nam cum Majestas Sua
„ inferiores Budenses, & alias Tricesimas non
„ habeat, indignum, & grave sane esset Majestati
„ Suæ, novas dimittere, ut veteres non habeat,
„ sed cum primum Majestatem Suam Budam
„ victis Turcis recuperare Deo dante contigerit,
„ Regnumque pacatum, & in pristinum statum
„ redactum fuerit, tunc contenta est Majestas Sua
„ Regia, ut de novis Tricesimis Regnicolarum
„ constitutio locum debitum habeat.

„ Porro, ex quo inter Dominos Prælatos,
„ & Barones ex una, & nobiles Regnicolas par-
„ tibus

„ tibus ex altera super hoc differentia quædam
„ exorta fuit (36.) quod illi Contributionem tam
„ unius floreni, quam etiam Sexagesimæ Colo-
„ norum, nec non Nobilium unius sessionis, ac
„ Decimas proventuum privatarum personarum
„ Ecclesiasticarum ad manus Dominorum Thesau-
„ rariorum, qui ex Dominis duo, ex Nobilibus
„ vero tres ad id eligentur, exolvi debent, No-
„ biles autem contendant istam Contributionem
„ unius floreni, & Sexagesimæ de eorum Bonis,
„ & Capitulorum Præpositorum, & aliorum omni-
„ um Possessionatorum hominum, qui ab olim in
„ medium Comitatus contribuere obligati fue-
„ runt, nec non Nobilium unius sessionis, ac
„ privatarum personarum Ecclesiasticarum ad ma-
„ nus Fratrum suorum, qui in singulis Comitati-
„ bus duo fide, & integritate idonei ad id eli-
„ gentur, exolvi debent, & ea Gentes singulo-
„ rum Comitatuum juxta quantitatem Summæ
„ hujusmodi Contributionis sine defectu conduce-
„ rentur, ac tam contra externum hostem, quam
„ etiam pro pace, & tranquillitate interna con-
„ firmanda sine defectu interteneantur juxta De-
„ creta Regni, & antiquas Libertates suas, ac
„ certis aliis de causis, & rationibus efficacibus,
„ quas Majestati Suæ exponendas curarunt; con-
„ tra vero Dominorum Prælatorum, & Baronum
„ nomine ostensum fuerit Nobilium Regnicola-
„ rum sententiam, & conclusionem non videri
„ probabilem aut admittendam: ob certas causas,

„ &

„ & rationes ſimiliter Majeſtati Suæ expoſitas,
„ & recitatas; Majeſtas itaque Sua utriusque Status
„ rationibus diligenter intellectis, & perpenſis ex
„ quo inter ſe ſuper hoc concordare, & conve-
„ nire non potuerunt, decrevit, & conſenſit, ut
„ juxta concluſiones utriusque Ordinis conſtitutio
„ in ſuo ſtatu maneat, roburque, & firmitatem
„ habeat, nempe ut Domini Magnates ſuis utan-
„ tur Theſaurariis, ita tamen rem diligenter cu-
„ rent, ut pecunia Contributionis, in eum uſum
„ & defenſionem Regni, in quem ordinata eſt,
„ erogetur, & ne ſub colore aliquo diſſipatio,
„ vel defectus in rebus Majeſtatis Suæ, & Regni
„ præfati fiat, & ob id placet, & probatur Ma-
„ jeſtati Suæ Articulus ille (51) videlicet, quod
„ in Contributionem illam unius floreni, & Se-
„ xageſimæ nullus Dominorum, & aliorum vio-
„ lentorum manus ſuas more conſveto, privata
„ nimirum authoritate intromittere præſummat;
„ contrarium vero facientes per Dominos Capi-
„ taneos tanquam rebelles puniantur, ſimiliter
„ & Nobiles omnem impendant operam, ut juxta
„ eorum conſtitutionem ſinguli Comitatus quam
„ primum Gentes paratas beneque inſtructas ha-
„ beant, ut ne in rebus quoque illorum ulla fiat
„ negligentia, ſed ut conſtitutio eorundem ſuum
„ habeat effectum remoto omni defectu, & ut
„ experiatur Majeſtas Sua, qui ſe paratos exhi-
„ bebunt, & qui non negligent, decrevit Maje-
„ ſtas Sua Luſtratores habere, qui utriusque Or-

„ dinis

„ dinis Gentes recenſeant, & conſcribant, &
„ nihilominus ne diſſipatio aliqua in Contributio-
„ ne fiat, ut ſupra dictum eſt, ſtatuit Sua Maje-
„ ſtas ab utroque Ordine iſtius Regni ſui de
„ ejusmodi Contributione ſtrictam, & exquiſitam
„ exigere rationem.

„ Et quoniam Majeſtas Sua accepit per Do-
„ minos Magnates eorum Theſaurariis tria millia
„ florenorum pro Salario deſignata eſſe, quibus
„ forſitan mille Equites uno integro menſe teneri
„ poſſent, Nobilitas vero ſuis Collectoribus, in
„ ſingulis Comitatibus duobus Nobilibus probatæ
„ fidei electis, firmoque Juramento adſtrictis nul-
„ lum Salarium ſtatuerit, Majeſtati Regiæ conſul-
„ tum videtur, dictosque Magnates admonet, &
„ hortatur, ut ipſorum Theſaurarii pro amore
„ conſervationeque Patriæ nullum in hoc priva-
„ tum commodum quærere, ſed gratis inſervire,
„ operamque ſuam collocare velint, contenti ſci-
„ licet ſumtibus, & impenſis, quos in exigendæ
„ Contributionis laboribus facere opus fuerit.
„ Et cum Majeſtas Sua intendat ea omnia, quæ
„ circa Contributionem, & alia in dicto generali
„ Conventu concluſa ſunt, manutenere, & in eos,
„ qui rebus iſtis tam neceſſariis difficultatem, vel
„ impedimenta aliqua invehere ſtudeant, graviter
„ ſicuti merentur advertere; Ideo Capitaneis ſuis
„ ſeria mandata, commiſſionemque dandam cen-
„ ſuit, ut illi juxta præſtitum in Conventu præ-
„ dicto Juramentum citra omnem favorem, &

„ re-

„ respectum contra eos procedant, qui dictum „ Subsidium vel retinebunt pro se ipsis, vel sub „ eorum officio existentes ad exolutionem cogere „ noluerint, quibus etiam Capitaneis suis Maje„ stas Sua Regia in puniendo negligentes, publi„ cisque statutis in tanta necessitate obedire re„ cusantes assistere decrevit; nam nisi Contributio „ maturetur, instituendarum copiarum modus, qui „ esse queat, non videt eadem Majestas Sua.

(Art. 30., & 39.) „ Postremo quia Civita„ tes Liberæ Majestatis Regiæ, in Regno Hun„ gariæ exponendum motu suo curarunt, proprio „ in hoc ad eam nuncio misso, & licet unanimi „ voto deliberatum, & conclusum erat, ut ipsæ „ Civitates respectu præteritorum damnorum, & „ periculorum diversorum, in quibus per hæc „ disturbiorum tempora omnes quidem positi „ erant, de omnibus suis rebus mobilibus Sexa„ gesimam partem in Cameram Majestatis Suæ „ pro navali Exercitu intertenendo contribuant, „ de colonis vero ipsorum, simili modo Sexage„ simam partem in medium Comitatus, & No„ bilium darent, tamen per errorem contigisse, „ quod in Articulos Majestati Suæ missos non „ eo modo, sicuti conclusum erat, conscriptum „ fuerit de domibus videlicet, & vineis ipsorum „ etiam Sexagesimam partem dandam, & con„ tribuendam esse, ex quo Domini Prælati, & „ Barones simul, & Regnicolæ non parvam per„ turbationem cæpissent, suplicantes ob id dictæ

„ Libe-

„ Liberæ Civitates Majeſtati Regiæ, ut ipſa eas
„ juxta tenorem Dominorum Prælatorum, & Ba-
„ ronum, cæterorumque omnium Regnicolarum
„ concluſionem clementer conſervare dignaretur;
„ Quare ſi res ita ſe habet, prout ipſæ Liberæ
„ Civitates Majeſtati Regiæ exponi fecerunt,
„ Majeſtas Sua perbenigne concedit, & aſſentit
„ dictæ Regnicolarum concluſioni, ut domus vi-
„ delicet, & vineæ Liberarum Civitatum quoad
„ Sexageſimam partem ſint exceptæ, ſicque erro-
„ rem, qui intervenit, emendare gratioſe ſtatuit.

„ Ad Articulum ratione Magnifici Ludovici
„ Pewkry, pro cujus elibertatione Regnicolæ ſe-
„ dulo apud Majeſtatem Regiam inſtiterunt, & la-
„ borarunt, Majeſtas Sua gratioſe reſpondet,
„ quod quam primum Regnum unitum fuerit, &
„ illi, qui adhuc ſunt infideles ad Suæ Majeſtatis
„ fidelitatem, & obedientiam redibunt, habita ra-
„ tione ſupplicationis, ſtatim dictum Ludovicum
„ Pewkry clementer miſſum faciet.

„ Ad Articulum ex parte Univerſitatis Nobi-
„ lium Comitatus de Sáros, „ ne deinceps per
„ Officiales Majeſtatis Regiæ inſolitis gravamini-
„ bus moleſtentur " Majeſtas Sua commiſſionem
„ ſuam ad prædictos Officiales dedit.

„ Ad Articulum Præpoſitum de Jazow con-
„ cernentem Regia Majeſtas ad ſupplicationem
„ Regnicolarum a ſolutione Summæ ratione exer-
„ cituationis Budenſis præteritæ illi impoſitæ ipſum

„ exem-

„ exemptum reddit ita tamen, ut in futura expe-
„ ditione instar aliorum Incolarum Regni Gentes
„ suas habeat.

„ Quantum pertinet ad Petri Palestan, alias
„ Judicis Budens. negotia, Majestas Regia illum
„ commendatum habebit, & fortunis suis gratiose
„ providere, cum dabitur occasio, curabit.

„ His Majestas Regia ad constitutionem, &
„ supplicationem Regnicolarum gratiose respon-
„ dere voluit; Datum Lyncii ultima die mensis
„ Aprilis Anno Domini 1542.

Anno 1543. adest Responsio ad Articulos Novizolienses per modum Resolutionis, in qua Ferdinandus ipse in sua propria persona loquitur; ad Annum 1545. adest itidem Responsum Regiæ Majestatis ad Articulos Tyrnavienses, in quo tamen quasi Cancellaria in persona Ferdinandi Regis loqui videtur. Articuli Posonienses Anni 1546. confirmantur formali, & consveto Diplomate, cui inserti sunt, sed Articulis Tyrnaviensibus Anni 1547. iterum seorsim Responsum subjicitur, in quo Ferdinandus ipse in propria persona scribit. Reliqui Articuli deinceps omnes formali Diplomate, cui inserti sunt, confirmantur. Constitutiones Novizolienses Anni 1542. hoc quod protuli Responso illustrantur, & cum modificationibus confirmantur, in quo iterum Cancellaria solum in persona Regis loquitur. Esse autem hoc Responsum ultimum confirmatorium, non in-

intermediam Resolutionem, patet tum ex contextu, tum ex dato diei ultimæ Aprilis, adeoque post Articulos per Regnicolas die 7. Martii ultimo conclusos, & Comitia soluta.

Jam ante hunc generalem, alium aliquem plurium Partium Regni Hung. superiorum Comitatuum Conventum post initium statim hujus anni celebratum, in eoque decreta quædam, & conclusa esse, patet e sequenti Responso Regiæ Majestatis ad eorundem postulata per nuncios eidem missa, quod ex copia coæva Archivi Civitatis Bartphensis mecum communicata hoc loco non de nihilo referendum esse duxi, cum ad Historiam Comitiorum Novizoliensium, quæ in Historia Legislationis Hungaricæ memorabilia sunt, lucis aliquid adferat.

„ Sacra Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. „ Regia Majestas Dominus noster Clementissimus intel- „ lexit ex his, quæ nuncii Universitatum Nobilium „ Comitatus Borsodiensis, Gömöriensis, Neogradien- „ sis, Hevesshiensis, Ujvariensis, Sárosiensis, Scepusien. „ Zempliniensis, Zoliensis, Bihariensis, Zolnokiensis, „ Zattmar. Sabolcs, Berek, & Ugocha ad Majestatem „ Suam destinati, eidem tum oretenus, tum etiam „ in scripto humiliter exposuerunt, atque a Majestate „ Sua petierunt, & omnia ab eis gratioso, clementi, „ perbenignoque animo suscipit, celebratumque inter „ eos Conventum, ac in eo decreta, & conclusa pro- „ ut Majestati Suæ significata sunt, non nisi in bonam „ partem interpretaretur; nec dubitat, quin ex sincera „ erga Majestatem Suam fide, & vero, rectoque in „ Patriam Religionemque nostram Christianam amore „ profecta sint.

„ Quod

„ Quod vero, & ipsi, & alii Majestatis Suæ Fi-
„ deles, & Subditi tam varias tamque graves molesta-
„ tiones, oppressiones, infestationes, & gravamina
„ Majestati Suæ ad longum ostensa passi sint, & ad-
„ huc patiantur, Majestas Sua de eo pro suo clemen-
„ ti, & benigno erga Fideles suos animo illis vehe-
„ menter condolet, nihilque optatius eidem unquam
„ fuit, quam illos a tot miseriis, & calamitatibus
„ eliberare; sed quamvis Majestas Sua ab eousque tem-
„ pore, quo Serenissimus quondam Ludovicus Rex
„ Hungariæ felicis recordationis interiit, nihil eorum
„ agere omni studio prætermisit, quæ ad reducendum
„ hoc Regnum Nobile, & Inclytum ad concordiam,
„ unitatemque, ac in Juribus, Libertatibus, & Privi-
„ legiis suis manutenendum, & conservandum pertine-
„ re visa sunt; attamen Majestas Sua, quantumvis
„ multos labores, & vigilias per plures jam annos ob
„ hoc subierit, id quod ardentissimis votis semper
„ cumprimis optavit, efficere non potuit. Quid au-
„ tem in causa fuerit, ex quo unus quisque satis su-
„ perque novit, non videtur opus ad longum hic re-
„ censere. Palamque est, & manifestissimum Majesta-
„ tem Suam gravissimas, & intolerabiles fere impen-
„ sas, quæ non solum Cameram, & Ærarium Majesta-
„ tis Suæ exhauserunt, sed etiam vires, & facultates
„ omnium Provinciarum suarum hæreditariarum, &
„ Subditorum suorum attenuarunt, atque debilitarunt,
„ fecisse, ut stabilita in Regno Hungariæ concordia
„ unicuique, & sublatis omnibus intestinis bellis, di-
„ scordiis, & contentionibus pacem, & tranquillita-
„ tem Regno restitueret, Subditosque ea ratione a tot
„ calamitatibus, miseriis, & oppressionibus per istius-
„ modi intestina bella exortis eriperet, cujus quidem
„ animi, & mentis sese, & nunc Majestas Sua polli-
„ cetur, & affirmat, nec quoquo modo Fideles suos
„ præfatorum Comitatuum deseret, sed potius illis
„ omni paterno solatio, & auxilio quovis tempore
„ præsto

„ præsto esse, cogitat tanto magis, cum & ipsos ad
„ opponendum sese hostibus pro sua ipsorum salute,
„ & conservatione id quod Majestati Suæ magnopere
„ probatur, bene animatos, promtosque esse videat.

„ Quare Majestas Sua & propter præmissas, &
„ alias etiam causas Regno Hungariæ generalem Con-
„ ventum in Novo-Solio veluti loco commodiori ad
„ diem Dominicum ante Festum Beati Valentini pro-
„ xime indicendum putavit, ad quem Majestas Sua ali-
„ os Oratores, & Commissarios suos missura est, qui
„ ea omnia, quæ pro eliberando isto afflicto Regno
„ tam ab externis, quam internis hostibus necessaria,
„ utilia, atque proficua Majestati Suæ videntur, ejus
„ nomine ad longum proponant, ut per Status, &
„ Ordines Regni simul cum Majestatis Suæ Commissa-
„ riis de mediis, viis, & rationibus agatur, tractetur,
„ & consultetur, quibus tot calamitatibus, oppressioni-
„ busque finis imponatur, & Regnum istud Deo opti-
„ mo, maximo auxiliante tandem recuperetur, & li-
„ beretur.

„ Requirit itaque, & hortatur perquam clemen-
„ ter Majestas Regia Universitates Nobilium præfato-
„ rum Comitatuum, velint interim patientiam habe-
„ re, donec ista pertractentur, atque etiam ipsi per
„ aliquos viros idoneos, & sufficientes in præfato Con-
„ ventu comparere, & ea in medium adducere, pro-
„ ponere, & tractare, consultareque unacum reliquis
„ Fidelibus Majestatis Suæ, quæ ad Regni conserva-
„ tionem, rationemque pertinere existimaverant; sicuti
„ confidit illos Majestas Sua omnino facturos esse.

„ Præterea Majestas Sua vult injungere illis, de
„ quorum gravaminibus, quæ in Nobiles, & Colonos
„ exerceant, conquesti sunt, per serias Litteras, &
„ apud eos curare, ut ab istius modi insolitis exactio-

„ nibus, & oppressionibus, atque gravaminibus cessent,
„ & se abstineant; dabitque etiam Majestas Sua super
„ hoc mandata ad Locumtenentem suum in Regno
„ Hungariæ, ut in eo provideat. Insuper Universita-
„ tes Nobilium præfatorum Comitatuum in Majestate
„ Sua omnia confidere debent, quod eos in Privile-
„ giis, Libertatibus, & Juribus eorum tuebitur, con-
„ servabit, & manutenebit, & contra illos gravamina
„ fieri non permittet, & denique ea omnia, quæ Ju-
„ ris, & æquitatis fuerint, aget, & statuet: Quantum
„ vero ad Capitaneum, quem petivit, attinet, Maje-
„ stas Sua requirit ab eis, ut nominent Majestati Suæ
„ duos, vel tres, quos ipsi putant esse probos, & suf-
„ ficientes, atque idoneos ad hoc munus gerendum;
„ & Majestas Sua tunc desuper cogitabit, & in præ-
„ fato Conventu Resolutionem, & Decretum suum
„ aperiet:

„ Cæterum Majestas Sua Regia, Nobiles præfato-
„ rum Comitatuum clementer & hoc scire vult,
„ Fratrem Georgium, Petrum Petrowyth, & Stanislaum
„ habuisse hic apud Majestatem Suam certos nuncios,
„ per quos Majestati Suæ fidem, & obedientiam ob-
„ tulerunt, & Majestatem Suam cum illis super hoc
„ jam esse in tractationibus, atque etiam inclinatam
„ recipere illos in bonam gratiam, & clementiam su-
„ am, si modo resipiscere, ac æquis, & honestis con-
„ ditionibus contenti esse voluerint.

„ Demum Majestas Sua eis quoque significat,
„ & Majestas Sua in hoc Conventu cum Statibus, &
„ Ordinibus Regni Bohemiæ, illique incorporatorum
„ Principatuum, ut est Moravia, Silesia, Lusatia, ac
„ reliquarum omnium Provinciarum, & Patriarum sua-
„ rum Hæreditatum tam superioris, quam inferioris
„ Austriæ celebrato, & jam absoluto validum sane,
„ illudque durabile Subsidium, contra Fidei Christianæ

„ per-

„ perpetuum hostem Turcam, atque pro recuperatio-
„ ne Regni Hungariæ obtinuit.

„ Nunc vero ad Principes, & Status, & Ordines
„ Sacri Romani Imperii, & Diætam Imperialem Spi-
„ ræ indictam Majestas Sua proficiscetur, ut & illos
„ non tantum ad mittenda jam antea promissa in prima
„ Diæta Ratisbonensi tam per Cæsaream Majestatem,
„ quam per eos Subsidia, sed illa etiam majoribus, fir-
„ mioribusque copiis augeantur, & præstanda quam
„ primum permoveat, sperans se id inter paucas septi-
„ manas facile confecturam; ut autem interim, donec
„ firma, & valida expeditio instruatur, confinia tueri
„ possint, curavit Majestas Sua, quod jam nunc a
„ Statibus Regni Bohemiæ, & aliarum Provinciarum
„ ultra eas Gentes, quas Majestas Sua in Hungaria
„ suis impensis alit, octo mille Equites levis armaturæ,
„ & mille Martalozy, sive Plageati conscribantur, qui
„ in confiniis, ubi necessitas fuerit, sint.

„ Quare præmissis omnibus attentis Majestas Sua
„ Regia præfatos Universitatum dictorum Comitatuum,
„ quorum oblationem, & promtitudinem ad opponen-
„ dum sese hostibus clementi animo suscipit, & pro-
„ bat, denuo perbenigne hortatur, ut in isto laudabi-
„ li, & Christiano desiderio, atque proposito persi-
„ stant, Majestas Sua illis ad id omnem paternam opem
„ pollicitam, prout latius, diffusiusque in dicto Con-
„ ventu per Oratores, & Commissarios Majestatis Suæ
„ intelligent, & hæc sunt, quæ Majestas Sua ad illo-
„ rum Supplicationes clementer respondenda duxit.
„ Datum in Arce Regia Pragæ die 15. Mensis Janua.
„ Anno 1542.

Post Conventum Novizoliensem consultatio ali-
qua habebatur penes Aulam, ut observavi ex Litte-
ris, quibus Ferdinandus R. Consiliarios Hungaros,

& inter eos etiam Comitem Alexium Thurzo Judicem Curiæ Regiæ convocavit, *ad tractanda, agenda, & consultanda plurima maximi momenti negotia pro Dominica SSS. Trinitatis seu die 4. Junii Anno 1542.*

Hoc eodem Anno 1542. Posonii pro Festo OO. SS. Diætam celebratam esse in Vestigiis pluribus deduxi. Reperi autem in Exemplari MS. Codicis Archivi Civitatis Bartphensis ad Articulum 2. Constitutionum hujus anni Posoniensium post verba illa: *requisiti executionem faciant* sequens additamentum.

„ Et quia M. D. Andreas de Báthor Capitaneus „ Regni, restitutionibus Bonorum hujusmodi in „ omnibus Regni partibus commode vacare ne„ quaquam poterit, eo, quod defensioni quoque „ Regni ex officio sibi etiam alioquin per Regiam „ Majestatem injuncto contra Turcas invigilare „ debebit; ideo Regia Majestas de consilio Sta„ tuum, & OO. Regni dignetur exnunc eligere, „ & adjungere illi collegam quempiam idoneum, „ qui coram Statibus, & OO. Regni in hac præ„ senti Diæta ad ea omnia, quæ in Articulis con„ stitutionis Novizoliensis continentur, juxta mo„ dum, & formam in eisdem Articulis expressam, „ probe, & fideliter exequenda solenniter juret. „ Recenti enim hac constitutione iidem Status, „ & OO. Regni maturo consilio decernunt, con„ stitutionem ipsam Novizoliensem executioni de„ mandandam: in eos autem omnes, qui publico „ illi Decreto Novizoliensi temere rebellare ausi „ sunt, vigore ejusdem Decreti Novizoliensis „ animadvertatur.

Anno

Anno 1544. an ex Comitiis anno ſuperiori Feſto B. Eliſabeth cæptis, vel ex alio Conventu hoc anno celebrato Status, & Ordines Spiram ad Comitia Imperii, & Carolum V. Imperatorem Oratores ſuos expediverint? Habeo Reſcriptum Caroli V. Rom. Imperatoris ad ea, quæ Oratores Hungariæ nomine Statuum Regni Statibus Imperii propoſuerunt. Datum Spiræ die 7. May Anno 1544. ex copia coæva Archivi Civitatis Bartphenſis deſumtum.

Certius eſt hoc anno Conventum particularem ad ſextum diem Menſis Julii, in Oppido Sajó-Szent-Péter celebratum eſſe, cujus Articulos in copia Archivi Civitatis Bartphenſis detectos hic refero:

„ Articuli in Conventu ad ſextum diem Menſis Julii in Oppido Sajó-Szent-Péter per Dominos, & Nobiles illic congregatos tractati, & concluſi.

„ Primo agunt Regiæ Majeſtati Domino noſtro Clementiſſimo gratias immortales, contenduntque vita, & ſangvine eorum promereri tam piam, & paternam ſuam benevolentiam, qua huic afflicto Regno, & nobis omnibus tum apud Cæſaream Majeſtatem Dominum noſtrum Clementiſſimum, tum vero Principes Romani Imperii auxilium, & defenſionem, & ad annum futurum offenſionem dignata eſt procurare, in cujus etiam fidem ſolidam miſſis ad nos dictæ Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis

„ Domini, & Fratris sui Charissimi Litteris in „ spem certam, & consolationem animos omni- „ um nostrum propemodum hostili timore per- „ culsos clementer erexit. Non dubitantes id „ re ipsa & Cæsarem, & Majestatem suam, alios- „ que Principes Christianos præstaturos, quod „ benigne in Litteris, & Legatione ad nos mis- „ sis Majestates Suæ denunciare nobis, & aliis „ Fratribus nostris curarunt.

„ Cum autem nos, & totius terræ istius tra- „ ctus in extremo jam periculo laborans conser- „ vari, & tueri adversus Turcarum excursiones „ non nisi præsenti auxilio poterit; Majestati Regiæ „ per immortalem Deum humillime supplicamus, „ dignetur Dominum Capitaneum ad partes istas „ tuendas in proxime præterito Conventu Novi- „ zoliensi designatum absque mora venire jubere, „ qui defensioni terræ hujus incumbat, commo- „ doque in loco resideat, & tandem nobiscum „ una, si res postulabit, pro publica nostra de- „ fensione insurgere, & obviam hosti venire „ possit.

„ Idem præterea Dominus Capitaneus vigo- „ re Articulorum Novizoliensium Bona Nobi- „ lium, & Ecclesiarum Dei a potentioribus vio- „ lenter occupata his, quorum Bona sunt, resti- „ tuenda curet; infinitæ enim sunt lacrimæ, & „ querelæ pauperum se Bonis omnibus indebite „ spoliatos, & exclusos esse conquerentium.

„ Item;

„ Item: Quia Agria partibus iſtis ſuperiori-
„ bus ſit quaſi propugnaculum, & antemurale,
„ ea enim capta (quod Deus avertat) nil ſal-
„ vum, & incolume in partibus iſtis maneret,
„ ut ergo ne intercidat facultas illam de ſuis le-
„ gitimis proventibus conſervandi, eſt concordi-
„ bus animis concluſum, ut nulla obſtante aſſi-
„ gnatione, aut inſcriptione omnes illius proven-
„ tus decimales quocunque nomine cenſeantur,
„ ab omnibus, quicunque hactenus utcunque eas
„ Decimas perceperunt, reſtituant, neque manus
„ ſuas immittant; ſed per homines Regiæ Maje-
„ ſtatis Domini noſtri Clementiſſimi, puta Egre-
„ gios Mathiam Brodaryst, & Joannem Zewleſſy
„ Aulæ Regiæ Majeſtatis familiares illæ omnes
„ percipiantur, & ad uſum, conſervationemque
„ dictæ Arcis Agrienſis acceptæ ſemper a Caſtel-
„ lanis ſuper omnibus, quæ illis daturi ſunt,
„ quietantiæ dentur.

„ Quod vero Decimæ illæ cujuscunque ge-
„ neris exiſtant, ad rem tam neceſſariam ab omni-
„ bus reſtituantur, Magnifici Domini Franciſcus
„ Bebek, Emericus, & Sigismundus Balaſſa præ-
„ ſentibus verbis ſe remiſſuros eſſe coram Cætu
„ cunctorum Nobilium promiſerunt, offerentes ſe
„ contra alios omnes inſurgere, & vi accipere
„ quicunque absque ſolitæ arendæ ſolutionem
„ aliquam ex Decimis illis pro ſe percipere con-
„ tenderent; ad hoc ipſum præſtandum reſponſum
„ eſt, ab hominibus etiam Regiæ Majeſtatis, Do-

„ mini Fratris Georgii Episcopi Waradiensis ad
„ Thesaurariorum, & Domini Casparis Dragffy;
„ item Magnifici Domini Casparis Scheredy, ac
„ Michaelis Bidy, & Dominorum de Homonna,
„ nec non Francisci Dobó, Casparis Horváth de
„ Wingart, & aliis, qui huic Conventui inter-
„ fuere.

„ Debent autem dicti Collectores Decima-
„ rum in Arcem Agriensem se conferre, illicque
„ omnes immunitiones, & apparatus, quibus Arx
„ ipsa est instructa, & quibus adhuc egeat, coram
„ inspicere, & videre, tandem, si quibus opus
„ erit, illi melius providendum hoc ex pre-
„ tio seu arenda Decimarum dicti Domini Col-
„ lectores ordinent, servantes super omnium Bo-
„ norum, & expeditam rationem, Reverendus
„ etiam Dominus Albertus Præpositus Nuncius
„ per Majestatem Regiam ad Conventum istum
„ missus in medium nostri vocatus, dum hæc
„ præscripta hoc nostro per nos communi voto
„ ordinata esse pro communi bono, & dictæ
„ Arcis conservatione eidem dicta essent, respon-
„ dit se bene sperare, quamvis nullam superinde
„ habeat commissionem, Majestatem Regiam hæc,
„ atque illa, quæ ad commodum Regni fient,
„ autoritatique, & dignitati Majestatis Suæ non
„ adversantur, eandem Majestatem Regiam ratam
„ habituram, cui etiam non minima cura foret
„ conservandi Arcem Agriensem.

„ Item:

„ Item: conclusum est, ut universi Nobiles „ horum Comitatuum Colonos eorum, similiter „ etiam Nobiles unius sessionis perlustrent, ut „ certus illorum numerus sciri possit, jubeatque „ illos, ut pixidibus, & lanceis, ac aliis armorum „ generibus meliori quo poterunt modo ita parati „ esse possint, ut ingruente necessitate mox per „ singula capita insurgere, & hostibus excursio„ nem, vel oppugnationem Arcium, & Castello„ rum facere volentibus una cum Domino Capi„ taneo pro terræ hujus defensione parati esse, „ & contra hostem ire possint. Quemadmodum „ similiter in Articulis etiam Ordinationum No„ vozoliensium continetur.

„ Quia autem Servitores Magnifici Domini „ Stephani Lossonczy de Castello Banya multas „ plerumque injurias, & damna cum vicinis No„ bilibus, & Ignobilibus, tum vero Negotiatori„ bus inferunt, unde proventibus Regiæ Majesta„ tis non parvum detrimentum accessit: Idem „ denique Dominus Lossonczy fidelis subditi ser„ vitoris Egregii Ladislai Parlagii Bona, & Pos„ sessiones statim post Conventum Cassoviensem, „ cui interfuit, indebite occupavit; necdum illa „ in hunc diem remisit, neque sui a continua „ despoliatione, & occisione abstinent; Idcirco „ dignetur Majestas Sua modum aliquem inve„ nire, ut deinceps sciat se Dominus Lossonczy, „ & ad eum pertinentes ab hujusmodi maleficiis „ continere, Bonaque intercepta mox remittere.

„ Digne-

„ Dignetur Majeſtas Sua certum aliquem „ diem, & locum deſignare, nominareque, & „ jubere, deinde in univerſum omnibus Stati- „ bus hujus Regni ultra, & citra Tibiſcum exi- „ ſtentibus, Tranſylvanienſibus etiam, quo in unum „ conveniant, tractatum tam de Regni conſerva- „ tione, quam etiam impendentibus his pericu- „ lis, quæ in dies in nos, & Regnum illud „ venire timemus.

„ Quod Decimæ Domini Strigonienſis Lo- „ cumtenentis Regiæ Majeſtatis hactenus per alios „ interceptæ Dominia ſua ab omnibus remittan- „ tur, quod ſi temeritate ducti facere aliqui re- „ cuſarent, decernere dignetur Majeſtas Sua, quo- „ modo contra tales animadvertatur.

In hac Diæta Tranſylvanienſi Nuncii Comitatus de Ungh conqueſti ſunt de exundationibus Fluvii Latoreza; ideo conceſſum eſt Præpoſito de Leleſz, ut ad Pontium, & Aggerum conſtructionem Telonium erigere, & exigere poſſit.

Hoc eodem Anno 1545. Proceres Iſabellæ, ejusque filio adhærentes Debretzini Comitia celebrarunt, quorum Articulos ex copia coæva Archivi Civitatis Bartphenſis deſumtos hic profero, ex quorum Art. 2. una patet, etiam Anno ſuperiori 1544. æque Debretzini Congregationem celebratam fuiſſe.

„ Arti-

„ Articuli Dominorum Baronum, & Nobilium in „ Comitiis Debretzinensibus ad Dominicam proximam post Festum Corporis Christi A. 1545.

1. „ Inprimis constitutum est, ut census „ Imperatori Turcarum reddatur.

2. „ Item: Comitatus, qui anno superiori „ Congregationi Debretzinensi interfuerunt, & „ censum Cæsari reddere polliciti sunt, nondum „ tamen restituerunt, ad Festum Beati Joannis „ Baptistæ administrare teneantur, & qui reddere „ recusaverint, per omnia opportuna remedia „ administrare cogantur.

3. „ Item: Ad censum, & ordinationem „ munerum Cæsaris, & Passarum contributio unius floreni ad Festum Joannis Baptistæ administrari debeat.

4. „ Item: Pro conservatione Gentium „ contra potentiores, & impetitores Bonorum, „ & ad diversas Regni necessitates Contributio „ alterius unius floreni ad Festum Nativitatis Domini solvatur: si vero necessitas postulaverit, „ etiam ante tempus præfixum exigi debeat.

5. „ Item: Certi, & soliti proventus regii, cum postulati fuerint, more solito, ut antea, etiam deinceps Majestati Regiæ restituantur.

6. „ Item: Jobbagyiones, sive Incolæ res „ sex florenorum non habentes non dicentur.

7. „ Item: Curia nobilitaris non dicetur.

8. „ Item:

8. „ Item: Incolæ novas domos ædificantes infra ſpatium unius anni integri non dicentur.

9. „ Item: In Curia nobilitari habitantes non dicentur, qui vero extra ſeſſionem Nobilitarem reſidentias habent, res in valore florenorum ſex habentes, dicentur.

10. „ Item: Pro decem Jobbagyionibus ſecundum conſvetudinem antiquam relaxentur.

11. „ Item: Servitores, Mercenarii, Libertini, Allodiatores non dicentur.

12. „ Item: In Curia nobilitari, ubi Nobiles reſidentiam non faciunt, unus pro hoſpite relaxetur, cæteri ſex florenorum res habentes dicentur.

13. „ Item: Libertini, qui Dominis neque Nonas ſolvunt, neque aliquam ſolutionem faciunt, ad Juramentum Judicum relaxentur.

14. „ Item: Mercatores, Negotiatores, Inſtitores, & quicunque mercionalibus rebus hoc in Regno quæſtum faciunt, ac domibus carent, de rebus centum florenos valentibus unum florenum ſolvere teneantur.

15. „ Item: Si conſervatio Gentium inſufficiens fuerit, conſtitutum eſt, ut Coloni quoque tam Dominorum, quam Nobilium modo infraſcripto inſtrui debeant.

16. „ Item:

16. „ Item: Nobiles unius sessionis res
„ in valore centum florenorum habentes, Equitem
„ unum lorica, galea, hasta, clypeo bene ar-
„ matum tenere debeant.

17. „ Item: Nobiles res in valore floreno-
„ rum viginti habentes, pixidem cum pulvere,
„ & globulis habeant.

18. „ Item: Nobiles res in valore decem
„ florenorum habentes lanceam, clypeum, & gla-
„ dium habeant.

19. „ Item: Quilibet Dominorum, Ma-
„ gnatum, & Nobilium a singulis viginti Colo-
„ nis unum Equitem armis bene instructum te-
„ neant.

20. „ Item: Coloni tam Dominorum Ma-
„ gnatum, quam Nobilium proprium aratrum ha-
„ bentes pixidem manuariam cum pulvere, &
„ globulis in promtu habeant.

21. „ Item: Coloni Dominorum, & No-
„ bilium dimidium aratrum habentes arcum, cly-
„ peum, & gladium habeant.

22. „ Item: Cum Litteris Reverendissimi
„ Domini Thesaurarii requisiti fuerint, vel Do-
„ mini Capitanei juxta tenorem Litterarum, vel
„ per partes, vel omnes insurgere teneantur.

23. „ Item: Vice-Comites, & Judices
„ Nobilium cujuslibet Comitatus singulis annis
„ intra dies Festos Beati Georgii Martyris, &

„ Pen-

„ Pentecostes, item intra Festum Sancti Andreæ „ Apostoli, & Beati Martini Episcopi Equites, „ & Pedites tam Dominorum, quam Nobilium „ in aliquem locum convocare, & perlustrare de- „ beant, si vero in locis diversis perlustrationem „ facere voluerint, uno tantum die, ac simul id „ fieri debeat.

24. „ Item: Cum necessarium sit pro ra- „ tione temporis paratos esse, constitutum est, „ ut pro *nostris* ad Festum Nativitatis Mariæ in „ singulis Comitatibus per Vice-Comites, & Ju- „ dices Nobilium, Coloni Equites, & Pedites „ Magnatum revideantur. Si quis Colonorum „ propter temporis brevitatem ad tempus proxi- „ mæ perlustrationis pixidem ordinare non possit, „ nihilominus lanceam, gladium, & clypeum ha- „ beat: ad Festum autem Beati Martini Episcopi „ extra omnem excusationem pixidem ordinare „ teneatur.

25. „ Item: De administratione Judicio- „ rum in partibus inferioribus Dominus Capita- „ neus curam habebit.

26. „ Item: Nullus in Bonis suis Luthera- „ nos retineat; & cui Reverendissimus Dominus „ Thesaurarius, vel Dominus Capitaneus conces- „ serit, liberum sit, juxta Regni Decretum ta- „ les Lutheranos ubique persequi, & compre- „ hendere.

27. „ Item:

27. „ Item: Decretum eſt, ut Bona No-
„ bilium tam per Dominos Magnates, quam
„ etiam alios Potentiarios ſuis veris, & legitimis
„ Poſſeſſoribus relaxentur.

28. „ Item: Pro eliberàtione Dominorum
„ Petri Pereny, Valentini Therek, & Stephani
„ Mayláth intercedendum eſt.

29. „ Ad Imperatorem Turcarum idonei
„ Nuncii cum muneribus mittantur.

30. „ Negotiatoribus impoſitum eſt, ut
„ cum mercibus ſuis pixides adducant, nec ma-
„ joris divendant, quam ipſi emerint.

31. „ Monetæ omnes exceptis adulterinis,
„ & corruptis ſine diſcrimine recipiantur; Pro-
„ ventus Regii more alias ſolito reddantur. An-
„ no Domini 1545.

Non poterant hujusmodi Conventus Ferdinando Regi non diſplicere, præſertim cum in iisdem Turcarum Imperatori tributa decernendo favorem hujus, & auxilium Iſabella captaverit, & ita novus in ejus filio æmulus metuendus videretur, ſevere itaque illos inhibuit, & modis quibus potuit impediri curavit, quemadmodum teſtantur.

„ *Ferdinandi I. Regis Litteræ ad Locumtenentem,*
„ *& Conſiliarios, quibus reſpondet, gratam ſibi*
„ *de Conventu Debreczinenſi factam relationem,*

„ *cujus-*

„ *cujusmodi conventicula factiosa se inhibuisse,*
„ *& ab illis quoque impedienda esse declarat.*

„ Ferdinandus Divina favente clementia Romano-
„ rum, Hungariæ, Bohemiæ, & Rex semper Au-
„ gustus. &c.

„ Reverendissime in Christo Pater! Reverendi, „ Magnifici, & Egregii, Fideles nobis semper dilecti: „ Litteras vestras, & hisdem inclusos Articulos in „ Conventu Debreczinensi editos accepimus, & intel- „ leximus vestram in descriptione hujusmodi negotio- „ rum studium, & diligentiam, scitote nobis esse val- „ de gratam, vosque hortamur, ut & de cetero, si „ quid simile, vel etiam diversum exorietur, nobis „ pari fide, & diligentia significetis. Mandavimus „ sub gravissimæ indignationis nostræ pœna universis „ Fidelibus subditis istius Regni nostri Hungariæ, ut „ deinceps hujusmodi factiosa, particulariaque conven- „ ticula, quæ nostro Edicto non celebrarentur, vitare „ debeant, Taxamque duorum florenorum universis „ Colonis impositam, Cæsari Turcarum exigendam „ administrare non audeant. Commisimus deinde aliis „ Litteris nostris, Fideli quoque nostro Magnifico An- „ dreæ Báthori &c. ut & ipse ab hujusmodi conven- „ ticulis sibi caveat, & alios etiam Fideles Subditos „ nostros ab accessu prohibeat, ac nec Taxam ipsam „ duorum Florenorum ex Ditione nostra administrari „ permittat, nec ad aliquod Officium ab alia factione „ oblatum se intromittat. Quos tametsi nostro man- „ dato parituros non dubitamus, nihilominus date „ modis omnibus operam, ne dictam Taxam admini- „ strare, aut nova conventicula absque speciali nostro „ Edicto celebrare possint. Nos quoque confectis hic „ cum Cæsarea Majestate Domino, & Fratre nostro „ Charissimo, cæterisque Principibus Christianis nego- „ tiis, brevi, ut speramus, ad vos revertemur pro-

„ visuri

„ visuri omni studio, & diligentia his, & aliis rebus, „ quæ ad salutem fidelium Subditorum nostrorum, „ totiusque Regni nostri Hungariæ quietem, & con- „ servationem pertinebunt, secus non facturi. Datum „ Wormaciæ Quinta Julii Anno Domini 1545.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicol. Olahus m. p.

Observavimus etiam Litteras Locumtenentis, & Consiliariorum Regiæ Majestatis ad Comitatus singilatim expeditas, quibus eos hortantur, ut cum juxta tenorem Articulorum proximorum Conventuum Gentes ad partes superiores expeditæ sint, ad exequenda ea, quæ in Conventibus ipsis fuerunt constituta, præcipue vero pro tuenda libertate Nobilium, & ab injuria, ac violentia quorumdam vindicanda; si autem apprime necessarium ad diuturniorem Gentium earum conservationem Contributionem aliquam fieri propterea, quod prior Taxa unius floreni ad ista non sufficiat . . . absque mora de medio sui novam Taxam 50. denariorum æqua ratione cum illis Comitatibus superiorum partium contribuere velint. Datum Posonii 16. Aug. Anno 1545.

Observavimus etiam ad Annum 1536., & 1542. de violentiis hujusmodi armata manu cohibendis actum fuisse, unde satis colligitur, quam tristis rerum facies his temporibus, cum & Regnum scissum esset, & Turca eidem immineret, esse debuerit, dum in ipsis reliquiarum ejus visceribus privatorum quorumdam potentia eousque increvit, ut armis edomandi fuerint.

Anno 1547. plures Conventus particulares ante indicta generalia Comitia diversis in partibus celebratos esse, docent acta eorum, quæ mihi feliciter detegere licuit.

Primus Conventus hujusmodi celebratus est mense Januario, in Oppido Hidwégh, uti docent sequentes

„ Articuli, & Conclusiones Dominornm Prælato-
„ rum, Baronum, Procerumque, & Nobilium,
„ Comitatuum citra Danubium existentium, in
„ Conventu eorum generali decima nona die
„ Januarii, in Oppido Hidwégh celebrato editi,
„ & confecti.

„ Imprimis, & ante omnia conspectis evi-
„ dentibus periculis non modo privatis, verum
„ etiam publicis discriminibus consulte persvasum
„ extitit nobis, tum de præteritis, cum etiam
„ præsentibus, & præsertim futuris prospicere
„ rebus, quibus tantisper afflicti, extremoque sub-
„ jecti periculo elegimus Oratores nostros, Egre-
„ gios videlicet Ambrosium Chernel de Chernel-
„ háza, & Bernardum Groff de Salamon-falva, de
„ hac ultima ope communi subvenienda ad Re-
„ giam Majestatem quamprimum mittere, me-
„ dio quorum omnem statum, casus, & expe-
„ ctantes adversitates exposuimus. Penes quas
„ supplicationes nostras (experti Conventus Re-
„ gnorum Archi-Ducatus Austriæ, & Ducatus
„ Styriæ, nec non Bohemiæ cum Provinciis suis
„ eidem adnexis) apud eandem Regiam Majesta-

„ tem

„ tem nunc, & defacto fiendi, eisdem Domi-
„ nis cujuslibet Status eorundem Regnorum, me-
„ dio ipſorum Oratorum noſtrorum in eo, ut de
„ hoc extremo Præſidio nobis dando apud ſuam
„ Majeſtatem ammonentes, exhortantes, & bene
„ ſupplicantes agerent, intelleximus. Unde data
„ hac opera ipſorum, dum Deo dante iidem
„ Nuncii noſtri felices redierint, notitiaque redi-
„ tus eorum Egregio Andreæ Choron de Dewe-
„ cher adhibita fuerit, mox, & in continenti
„ Reſponſa Regiæ Majeſtatis intelligenda, rebus-
„ que noſtris impoſterum providendis, generalem,
„ ſimilemque præſenti Conventum per ipſum An-
„ dream Choron in Oppido Caſtriferrei edicen-
„ dum fieri conſtituimus.

„ Interim tamen, ne ex inopinato, & inepte
„ imminentia pericula, adventusque hoſtis, &
„ aliorum Rebellium, ac Spoliatorum intra viſce-
„ ra Regni hujus exiſtentium immanitas augean-
„ tur, & ne denique otioſi calamitatibus noſtris
„ repellendis videamur, conſtituimus quadringen-
„ tos Equites levis armaturæ propriis noſtris ſum-
„ tibus conducere, & intertenere, quibus qua-
„ tuor Capitaneos in locis opportunis, & neceſ-
„ ſariis tenendos modo infraſcripto delegimus.

„ Item: Egregius Martinus Porkolab in
„ Paaczod, aliter Bak-háza, cum Marco Horvá-
„ thi interdum in Caſtris Chorgoo, aliquando ve-
„ ro Bewczeweche manendos, cuilibet eorum

„ centum Equites adjungentes. Qui quidem duo
„ Capitanei tum excubias, ſeu cuſtodias, cum
„ vero explorationes Quinque Eccleſiis Comitatui
„ Zaladienſi continuo, & inceſſanter, fideliterque
„ tenere debebunt.

„ Item: Petrum Pethew in Dewecher, &
„ Paulum Zarka in Papa ſimiliter cuilibet eorum
„ centum Equites ſervandos conſtituimus tali
„ conditione mediante, quod ipſi ex prædictis
„ ducentis Equitibus quilibet eorum ſeorſum vi-
„ ginti quinque Equites in toto quinquaginta fa-
„ cientes in Oppido Thapoocha, additis illis duo-
„ bus præfatis probis, & probatis, ſpecialioribus-
„ que ſervitoribus ipſorum ſemper habere debe-
„ bunt, qui ſcilicet Capitanei diligenter invigi-
„ lare, & excubias Comitatibus Caſtriferrei, &
„ Soproníenſi tenere debebunt.

„ Item: Prædictis quatuor Capitaneis conſti-
„ tuimus omnis luſtrationis, ſolutionis ordinem,
„ & modum ſervare, dareque debere præfatum
„ Andream Choron, qui quidem juxta exigentiam
„ locorum reſciendos certos rumores adventus,
„ & animi Turcarum, ordinem, & ſeriem certifi-
„ cationis curam erit adhibiturus, idemque An-
„ dreas Choron conſervationi dictorum Equitum
„ unacum Egregio Achatio Channy tam in luſtra-
„ tione, quam etiam ſolutione erit operam da-
„ turus.

„ Quum

„ Quum autem apprime nesessarium fore
„ videatur, aliquot Pedites Pixidarios, in terris
„ pontium ut puta: Bodenhel, Papocz, & Kezew
„ servari debere, constituimus igitur in eisdem
„ locis octo Pedites Pixidarios pro custodia per
„ Spectabilem, & Magnificum Dominum Comi-
„ tem Thomam de Nádasd &c. ex præsenti Con-
„ tributione per nos instituta tenendos.

„ Cum vero conservatio præscriptorum qua-
„ dringentorum Equitum non sine gravibus sum-
„ tibus interteneri, & fieri queat, conclusimus
„ de singulis Portis Colonorum, res, & Bona in
„ valore sex florenorum habentium, unum flore-
„ num in duobus Terminis dicari, & persolvi
„ debere tali modo, ut mox, ac quam primum
„ in singulis Comitatibus Vice-Comites eorum-
„ dem Comitatuum per Judices Nobilium ipso-
„ rum, additis Scribis, hujusmodi Dicam unius
„ floreni connumerari faciant; post quorum de-
„ finitam connumerationem unus quisque Domi-
„ norum, & Nobilium intra spacium quindecim
„ dierum totalem prædictam Dicam medii floreni
„ ad manus Vice-Comitum illius Comitatus dare,
„ & administrare debeant, atque teneantur. Con-
„ trarium vero facientes, more alias solito, per
„ Birsagiorum onera puniantur, & ad id compel-
„ lantur Domini æque ac Nobiles.

„ Item: Quoniam prædictarum Gentium,
„ Equitumque solutio more solito fieri debeat,

 „ ob

„ ob hoc institutum est, ad singulum Equitem „ pro menstruali solutione singulos tres florenos, „ Capitaneis autem singulis, pro conservatione „ mensæ, ad quemlibet mensem quinquaginta flo- „ renos ad eorum personas, ac pro tenendis Ex- „ ploratoribus eisdem Andreæ Choron, & Acha- „ tio Chaany in locis necessariis, & ipsis cogni- „ tis singulo Capitaneo ad unum mensem simili- „ ter quinquaginta florenos dare conclusimus.

„ Quoniam autem hujusmodi solutio, & „ Gentium conservatio moram pati nequeat, con- „ clusum est, quod singuli Domini, & Nobiles „ possessionati intra quintum decimum diem diei „ præsentis Congregationis nostræ juxta proxi- „ mam connumerationem Dicæ Regiæ Majestatis „ præteritæ quartam partem pecuniæ de Bonis „ eorum provenientis mox manibus Vice-Comi- „ tum talium Dominorum, & Nobilium dare „ debeant. Quæ quidem hujusmodi pecuniæ da- „ ta illis videlicet singulis, qui eandem persolve- „ rint, ex præsenti Subsidio post reditum Dicato- „ rum facto computu rectifacere, & computari „ tenebitur, & tandem cum defectu dictæ pecu- „ niæ pro quarta parte solutæ Contributio ipsa „ solvi teneatur, & administrari.

„ In ista vero Contributione nullus Domi- „ norum, aut Nobilium partem aliquam pro se „ habere, nec recipere valeat, sed eam in solum „ usum conservationis prædictarum Gentium con-

„ ver-

„ vertant, & neque Vice-Comites, præter duo-
„ decim florenos, Judicesque Nobilium, nec non
„ Notarii Comitatuum ultra solam dimidiam par-
„ tem Salarii sui alias consveti habeant; nec au-
„ tem Libertini, præterquam combusti, & In-
„ quilini, aut certe illi Coloni, qui profugæ es-
„ sent, & nondum spatium unius anni in præ-
„ senti eorum residentia complevissent, fieri
„ possint.

„ Item: Iidem Andreas Choron, & Acha-
„ tius Chany post finitam connumerationem
„ ipsius Subsidii, a Dicatoribus plenam atque
„ omnimodam rationem exigendi habeant pote-
„ statis facultatem.

„ Item: Vice-Comites habitis singulis, &
„ exactis pecuniis prædictæ Contributionis, eas-
„ dem ad manus dictorum Andreæ Choron, &
„ Achatii Chany reddere teneantur; Vice-Co-
„ mes autem Comitatus Soproniensis Contri-
„ butionem Comitatus sui manibus Egregii Fran-
„ cisci Polyany integre assignet.

„ Item: Nobiles unius sessionis res in va-
„ lore sex florenorum habentes, per singula Ca-
„ pita qui ut puta per se, ac separatim, & divi-
„ sim habitent, prout Coloni singuli florenum
„ unum in duobus terminis, uno videlicet nunc,
„ & in instanti dicare, & persolvere tenebuntur,
„ qui Juramenta ipsorum coram Judicibus No-
„ bilium ipsorum præstent, Coloni autem coram

 „ Judi-

„ Judicibus Possessionum Juramenta eorum de-
„ ponant.

„ Item: Dimensio Portus Fluvii Rabæ a
„ Castro Kapw usque Castrum Kermend per Co-
„ lonos, & Nobiles unius sessionis in Comitati-
„ bus Castriferrei, Sopronienfis, & Szaladiensis
„ ex utraque parte ejusdem Fluvii Rabæ commo-
„ rantes, per præfatum Dominum Comitem Tho-
„ mam de Nádasd, & sub pœna Birsagii medii
„ floreni super eos, qui hujusmodi dimensionem
„ facere negligerent, totiens quotiens id facere
„ recusaverint, tamdiu, donec loca ipsis decisa,
„ & ostensa reformaverint extorquen. fieri con-
„ clusimus. Ultra vero dictum Castrum Kermend,
„ usque ad Sanctum Gotthardum, Domini Co-
„ mes a Salmis &c. ac de Batthyán, una cum
„ Domina alias relicta quondam Domini Thurso-
„ nis dimensionis curam habebunt.

Alter Conventus celebratus est mense Augusto, in Oppido Körmend; ubi sunt

„ Articuli Dominorum Prælatorum, Baronum,
„ Procerum, Nobilium Universorum Comitatuum
„ citra Danubium existentium in Conventu eo-
„ rum generali in Oppido Körmend vigesima
„ secunda die Augusti editi 1547.

„ Quoniam aperte constare, tum per inte-
„ stinos, tumque Christiani nominis hostes, &
„ persecutores passim dictimque augeri discrimina
„ videantur, quæ jam diuturne nobis communi-
„ ter perpetrare dinoscuntur, ad quorum propel-
„ len-

„ lendorum, & evitandorum interim, donec
„ Sacra Regia Majeſtas Dominus noſter Clemen-
„ tiſſimus uberiori ſua ope, ac clementia ſubve-
„ nerit, providendum eſſe concluſimus, unde tam
„ pro conſervatione Gentium noſtrarum in locis
„ finitimis neceſſariarum, quam etiam Caſtris fini-
„ timis ope ſubeunda unius floreni, & denariorum
„ viginti de omnibus, & ſingulis tam Domino-
„ rum, quam Nobilium res in valore ſex floreno-
„ rum, a Nobilibus autem unius ſeſſionis quot-
„ cunque in una Curia Nobilitaria diviſim mora-
„ rentur, de ſingulis res in valore florenorum de-
„ cem habitantibus unius dummodo floreni Sub-
„ ſidium perſolvere conſtituimus. Cujus quidem
„ Subſidii Colonorum viginti denariorum lucrum
„ Cameræ Regiæ Majeſtatis more ab olim obſer-
„ vato; octoginta autem ſimul cum pecuniis No-
„ bilium unius ſeſſionis ad conſervationem Gen-
„ tium, & inſuper denarii viginti in auxilium
„ Caſtrorum finitimorum ut puta: Zyghet, Kapos,
„ Wiwar, Withan, Gheztes, & aliorum expo-
„ nere ſtatuimus; ſed quoniam lucrum Cameræ
„ per Dicatorem Regiæ Majeſtatis connumerari
„ dinoſcatur, ob hoc inſtitutum eſt, quod ille
„ florenus unus ad publicum commodum deſigna-
„ tus ultra dictos denarios viginti Cameræ juxta
„ connumerationem Portæ, lucri præfati Cameræ
„ per Regium Dicatorem factam, per hominem
„ infraſcriptum, per noſque ad exactionem hujus-
„ modi communis Subſidii deputatum in duobus

„ ter-

„ terminis uno quinto decimo die post finitam
„ connumerationem ejusdem Subsidii mox, & in
„ medietate sequentes denarios septvaginta, quo-
„ rum viginti ad dictam Cameram Regiæ Maje-
„ statis, quadraginta vero una cum dimidietate
„ unius floreni, a Nobilibus unius sessionis pro-
„ veniendi ad conservationem Gentium, & item
„ subventionem Castrorum finitimorum decem
„ denarios. Item: medius florenus Colonorum,
„ una cum altero similiter medio floreno, Nobi-
„ lium unius sessionis ad Festum Epiphaniarum
„ Domini proxime venturum sub pœna infrascri-
„ pta tam per Dominos quam Nobiles exigi, &
„ administrari debeant, de qua quidem hujusmodi
„ pecunia similiter decem denarii in opem Ca-
„ strorum finitimorum, reliqui vero ad conser-
„ vationem Gentium convertantur. Si qui autem
„ Dominorum, vel Nobilium hujusmodi Subsidi-
„ um in prædictis terminis solvere, & admini-
„ strare constitutum recusaverint, extunc Exactor
„ Subsidii pro conservatione Gentium, & ope
„ Castrorum finitimorum commissi tales negli-
„ gentes Comiti illius Comitatus, in quibus resi-
„ derent, mox significare debeat, Comesque ipse
„ statim Bona eorundem recusantium occupare,
„ & tamdiu ad rationem Comitatus retinere,
„ donec duplum Dicæ ex ipsis percipere possit,
„ & valeat; ubi vero idem Comes hujusmodi
„ Subsidium recusan., solvere propria facultate
„ insufficiens esset, extunc ille Spectabilem, &

„ Magni-

„ Magnificum Dominum Nicolaum a Salmis, &
„ Generalem Capitaneum dictæ Regiæ Majeſtatis
„ Litteris ſuis mediantibus requirere debeat. Qui
„ quandoquidem Generalis Dominus, cum Genti-
„ bus ſuis, & Equitibus Comitatuum eidem ad-
„ junctis Bona illorum negligentium ſimiliter ad
„ rationem Comitatus ejusdem, in quo haberen-
„ tur, occupare, & tamdiu tenere velit, donec
„ duplum Dicæ ipſius de eisdem Bonis cum ple-
„ num habere poſſit. Reſtantiæ autem unius flo-
„ reni proxime præteriti Subſidii ad conſervatio-
„ nem Gentium in locis finitimis hactenus reten.
„ quiſcunque Dominorum, aut Nobilium infra
„ quintum decimum diem a die præſenti Conven-
„ tus ad manus Vice-Comitum Comitatuum,
„ modo antehac præfixo adminiſtrare neglexerit,
„ extunc eosdem ſimili modo per occupationem
„ Bonorum ipſorum Comitibus, & Domino Ge-
„ nerali punire liceat; demto eo, quod Magnifi-
„ cus Dominus Ladislaus Bánfy Subſidium præ-
„ ſcriptum proxime præteritum de Bonis ſuis pro
„ media parte ad Michaëlis Archangeli, pro al-
„ tera vero dimidietate ad Lucæ Evangeliſtæ
„ Beatorum Feſta proxime ventura adminiſtrare
„ coram, & perſonaliter ſe obtulit. Magnificus
„ autem Dominus Petrus Erdewdy ex pertinen-
„ tiis Caſtri Lewka directam dimidietatem unius
„ floreni juxta connumerationem Dicarum factam,
„ prædictum Subſidium proxime præteritum ad
„ eundem decimum quintum diem reddere tene-

„ bitur,

„ bitur, itidem etiam Dominus Generalis se fa„ cturum est pollicitus; interest præterea, quod „ volens hujusmodi Subsidii nostri proxime, ut „ præmissum est, præteriti veram intelligere ra„ tionem, pro eo conclusum est, ut penes Dica„ tores Regiæ Majestatis præsentis Dicæ unius „ floreni, & denariorum viginti ex Nobilibus „ in Castriferrei Egregiis Georgius Mechery, „ in Zaladiensi Franciscus Hassady, in Soproni„ ensi Petrus Kotoknay, in Vesprimiensi Comita„ tibus Stephanus Zámbo addi, & proficisci te„ neantur. Qui quidem præfati Nobiles in sin„ gulis Possessionibus, & Oppidis, imo etiam a „ Nobilibus unius sessionis rationem connumera„ tionis, & administrationis dicti Subsidii veraci„ ter, & juxta fidem ipsorum lustrare, & rescire, „ ac etiam scribere, & insuper Nobiles unius „ sessionis res, ut præmittitur in valore floreno„ rum viginti habentes connumerare debeant, ac „ teneantur. Item pecuniæ denariorum viginti „ in auxilium Castrorum finitimorum dari con„ clusæ ad præfati Domini Generalis, octvaginta „ vero denariorum una cum pecuniis Nobilium „ unius sessionis pro conservatione Gentium in„ stituantur ad Egregii Domini Andreæ Chorom „ manus de singulis Comitatibus, totaliter, & „ integre dari, & administrari teneantur. Idem „ autem Chorom in locis Sedis Judiciariæ præ„ scriptorum Comitatuum, videlicet Castriferrei „ Kapornak, Dewecher, & Wyker, Oppidis ha-

„ bito

„ bito condecenti ſalario ſuo exigi per homines
„ ſuos debebit. Luſtratoribus etiam condignæ ex-
„ penſæ pro eorum labore dentur. In Comitatu au-
„ tem Jaurinenſi ad connumerationem, & exi-
„ gendum præſens Subſidium novum deputatus
„ eſt Egregius Gaspar de Pok, qui nilominus
„ pecuniam viginti denariorum pro ope Caſtro-
„ rum finitimorum deſignatorum ſimiliter ad ma-
„ nus D. Generalis, octvaginta autem denario-
„ rum ad præfati Andreæ Chorom manus dare
„ debebit; ratione denique vero oblationem lu-
„ cri Cameræ denar. viginti ſupplicatum eſt Re-
„ giæ Majeſtati, ut Sua Majeſtas hanc exiguam
„ ſummam pecuniæ in medium præſcriptorum
„ Comitatuum ad intertentionem Gentium, &
„ opem Caſtrorum finitimorum gratioſe annuere,
„ & concedere dignaretur. Cum præterea pro
„ parte induciarum Regiæ Majeſtatis cum Cæſare
„ Thurcorum noviter ineundo varii, & pene for-
„ midoloſi, & infelices rumores circumferantur.

„ Præterea inſtituimus e medio noſtri ad
„ Sacram Cæſaream Catholicam, & Regiam Ma-
„ jeſtatem Dominos Gratioſos, Clemen. Orato-
„ res noſtros, videlicet Egregium Paulum Iſtván-
„ fy de Kiſs-Azzonfalva, & Gregorium Sybryk
„ de Zarvaskend mittere, quibus ſexingentos flo-
„ renos Hungaricales de pecuniis reſtan. præſen-
„ tis Subſidii proxime præteriti pro expenſis da-
„ re inſtituimus.

„ Sup-

„ Supplicatum eſt denique per Egregios Ma-
„ giſtrum Ambroſium Chernel, & Bernardum
„ Groff, pro parte expenſarum ſuarum, quas in
„ legatione noſtra erga Regiam Majeſtatem anno
„ præſenti Pragæ factar. quibus additi ſunt cen-
„ tum floreni dati Capitaneis etiam Gentium no-
„ ſtrarum hactenus conſervatarum de ſtipendiis eo-
„ rum præteritis plenarie contentan. per Andream
„ Chorom de reſtantia prioris Subſidii conclu-
„ ſimus.

„ Quoniam hoſtis communis ſemper adven-
„ tare, & imminere formidetur, in reſiſtendo ne
„ ſegnes rebus noſtris providendis omnimodo eſſe
„ videamur, conſtituimus, ut dum eundem incur-
„ ſiones facere, & venire acceperimus, extunc
„ juxta conſtitutiones Poſonienſes ſinguli Domini,
„ & Nobiles poſſeſſionati tam Pedites, quam
„ etiam Equites de Bonis ipſorum mox levare,
„ & penes Comitem Comitatus illius, in quo
„ reſident, inſurgere debeant; qui quidem Co-
„ mes conjunctis Gentibus ſuis erga Capitaneum
„ per D. Generalem in perſona ſua commiſſum
„ proficiſcere teneatur, ita ut Sopronien. & Veſz-
„ primien. ad Papam, Caſtriferrei vero ad Eghe-
„ var, & Zaladien. ad Kapornak confluere.

„ Nobiles autem unius ſeſſionis de ſingulis
„ integris Curiis eorum unum Peditem bonum
„ tempore hujusmodi neceſſitatis dare debeant.

„ Con-

„ Constituimus præterea, ut unus quisque
„ Comitum in eorum Comitatibus, ita ut Sopro-
„ niensis in Possessione Vyker in Festo Beati Mar-
„ tini Confessoris proxime venturo, Castriferrei ve-
„ ro in Festo Beatæ Elisabeth viduæ in Oppido
„ similiter Castriferrei, Zaladiensis similiter in Fe-
„ sto B. Catharinæ Virginis in Oppido Kapornak,
„ Vesprimiensis autem Comitatus tertio die ante
„ Festum Barbaræ Virginis in Oppido Papa Gentes
„ Comitatus ipsorum tam de Bonis Dominorum
„ quam Nobilium Domino Generali lustrare te-
„ neantur.

„ Interim nihilominus si hostem ipsum venire
„ intendere contigerit, extunc dictus Dominus Ge-
„ neralis de Capitaneo ejusdem Comitatus provi-
„ dere curabit.

„ Item: ad conservationem Exploratorum
„ idem modus, qui hactenus fuit, observetur.

Demum Ferdinandus Comitia generalia Tyrnaviam pro Festo B. Catharinæ Virginis sequentibus Litteris Regalibus ex originali Archivi Civitatis Sopronienfis desumtis indixit:

„ Prudentibus, & Circumspectis Judici, & Juratis
„ Civibus Civitatis nostræ Soproniensis Fidelibus
„ nobis dilectis.

„ Ferdinandus divina favente Clementia Romano-
„ rum, Hungariæ, Bohemiæ, & Rex semper Au-
„ gustus Infans Hispaniarum &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti.
„ Non ignoratis Arces, & Fortalitia istius Regni nostri
„ Hun-

„ Hungariæ, in confinibus Turcarum exiſtentia variis
„ rebus ad ſui proviſionem, & defenſionem neceſſariis
„ propter hoſtem vicinum, & potentem indigere.
„ Quiquidem hoſtis etiamſi pacem, & inducias ad tem-
„ pus ſe ſervaturum eſſe dicat, nos quoque tamen
„ ſemper paratos eſſe oportet, quo minus imparati, &
„ caſtra quoque ipſa finitima improviſa videantur.
„ Quum autem id publicam fidelium noſtrorum Statu-
„ um, & Ordinum ejusdem Regni noſtri Hungariæ de-
„ liberationem requirat, nec poſſit privatis conſiliis,
„ & tractatibus bene tranſigi. Viſum eſt, ut quo ma-
„ turius fieri poterit, ejus rei curam habeamus. Con-
„ ſtituimus igitur ad Feſtum Beatæ Catharinæ Virginis
„ proxime venturum in Civitate noſtra Tyrnavienſi
„ Diætam vobis, & aliis fidelibus Statibus, & Ordini-
„ bus præfati Regni noſtri Hungariæ edicendam, ac
„ Commiſſarios, & Oratores noſtros ad eundem diem
„ cum inſtructione noſtra illuc mittendos, Fidelitati ita-
„ que veſtræ committimus, & mandamus, quatenus ad
„ præſcriptum Feſtum Beatæ Catharinæ Virginis certos
„ de medio veſtri cum plena facultate agendi, tractan-
„ di, concludendique mittere debeatis, qui noſtra vo-
„ luntate illic intellecta, caſtrorumque finitimorum ne-
„ ceſſitatibus perſpectis una cum aliis Fidelibus noſtris
„ ea agere, & tractare debeant, quæ ad conſervatio-
„ nem eorundem caſtrorum, & fortalitiorum, ſalutem-
„ que, & defenſionem dicti Regni noſtri, & veſtram
„ quietem pertinere videbuntur. Intelligimus præterea
„ vos reſtantias dicarum præteritarum, & etiam lucri
„ Cameræ noſtræ de medio colonorum veſtrorum, ſi
„ quos habetis, juxta publicam Regnicolarum noſtro-
„ rum ordinationem nondum ad plenum exolviſſe, &
„ adminiſtraſſe, quod nobis non parum diſplicet, po-
„ tuiſſet enim hactenus reſtantiis illis, & Regni iſtius
„ noſtri, reique publicæ commodis, ac Cameræ noſtræ
„ contingentibus neceſſitatibus provideri. Fidelitati ita-
„ que veſtræ mandamus firmiſſime, quatenus acceptis

„ præ-

„ præsentibus intra spatium quatuordecim dierum a „ die præsentium exhibitionis imediate sequentium com„ putando præscriptas restantias Dicarum præteritarum, „ ad manus fidelis nostri Venerabilis Blasii literati de „ Waradino Petri Præpositi de Jasow perceptoris ea„ rundem Dicarum sive Contributionis, restantias vero „ lucri Cameræ ad manus fidelium Consiliar... um Ca„ meræ istius nostræ Hungaricæ integre, & sine defectu „ administrare debeatis, & teneamini. Nam alioqui „ dedimus commissionem fideli nostro Spectabili, & „ Magnifico Comiti Nicolao a Salmis Generali, aliis„ que nostris in Regno isto nostro Capitaneis, ut si „ dictas restantias Dicarum, & lucri Cameræ nostræ „ intra præscriptum tempus de Bonis vestris admini„ strare nolletis, vos juxta pœnam in Articulis Poso„ niensibus constitutam alias etiam quæque onera atque „ gravamina, omnibus viis, & modis ad exolvendum „ compellant. Secus igitur non facturi. Datum Pragæ „ Vigesima octava mensis Septembris. Anno Domini „ Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo Septimo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus E Zagrabiensis m. p.

Exstat Ferdinandi I. R. Instructio fidelibus Oratoribus nostris Spectabilibus, & Magnificis Nicolao Comiti a Salm, & in Neuburgh Cubiculariorum Regalium Magistro ac Capitaneo generali in Hungaria, nec non Thomæ de Nádasd Perpetuo Comiti Terræ Fogaras Judici Curiæ Regiæ ad Conventum Tyrnaviensem pro Festo B. Catharinæ V. proxime venturo, per fideles Status, & OO. Regni Hungariæ nostro jussu celebrandum missis per nos data Augustæ d. 5. Nov. An. 1547.

Et ejusdem Ferdinandi I. Litteræ, quibus eisdem Comiti Nicolao a Salmis Cubiculariorum Regalium Magiſtro, Comiti Poſonienſi, & Capitaneo Generali, ac Thomæ de Nádasd Judici Curiæ Regiæ demandat, ut cum ad Conventum Tyrnavienſem Oratores delecti ſint, eo ſe conferant, & juxta accluſam Inſtructionem munere ſuo perfungantur. Datum Aug. Vindel. die 5. Nov. A. D. 1547.

„ Sciatis vos (Scribit) ad proximum Conventum fi-
„ delium noſtrorum Statuum, & OO. iſtius Regni
„ noſtri Hungariæ pro Feſto B. Catharinæ V. pro-
„ xime venturo noſtro Juſſu celebrandum Orato-
„ res noſtros vos delegiſſe. Quamobrem Com-
„ miſſionem, & Inſtructionem noſtram in Con-
„ ventu ipſo Statibus, & OO. ipſis noſtro nomi-
„ ne referendam cum præſentibus ad vos miſimus,
„ quatenus accepta Inſtructione noſtra Tyrnaviam
„ ſimul proficiſci, atque omni ſtudio, & diligen-
„ tia perficere debeatis, ut iidem Status, & OO.
„ noſtræ voluntati, & Inſtructioni ſeſe modis
„ omnibus accommodare, & de ea nobis bonum
„ reſponſum, ut decet bonos, & fideles ſubditos
„ facere debeant.

Anno 1548 generalem Conventum Poſonium ad Feſtum B. Lucæ Evang. Ferdinandus Rex ſequentibus Litteris Regalibus ex authentico Civitatis Sopronienſis Exemplari deſumtis indixit:

„ Prudentibus, & Circumſpectis Judici, & Juratis,
„ cæteriſque Civibus Civitatis noſtræ Sopronienſis
„ &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Fer-

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum,
„ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex semper Augustus.
„ &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dile„ cti. Intelligere potuistis, nos confectis, divina beni„ gnitate ex animi nostri Sententia, negotiis in reliquis „ Regnis, &Provinciis, in quibus pro commodo inprimis „ istius Regni nostri Hungariæ, vestrumque omnium „ hoc toto tempore abesse nos oportuit. Jam ab ali„ quot diebus huc feliciter rediisse? Quum autem „ omnis nostra cogitatio ad vestram salutem, conserva„ tionem, & tranquillitatem nunc penitus intenta sit, „ statutumque habeamus certum modum atque ordinem „ constituere, cum ad munienda confinia, tum vero „ exercitum continuo alendum, quo & violentiæ op„ pressionesque miserorum jam tandem tolli, & ea, „ quæ in proximis Conventibus constituta sunt, Judi„ ciorumque executio ad effectum perduci queant: „ Propterea statuimus ad Festum Beati Lucæ Evangeli„ stæ, proxime futurum generalem Conventum Posonii „ celebrare, ipsique Conventui personaliter præesse. „ Quare committimus, & mandamus vobis firmiter, „ ut sub pœna decreti ad præfatum diem, & locum, „ certos speciales homines e medio vestri eligere, & „ cum pleno mandato, plenaque authoritate mittere „ debeatis, & teneamini, ut communi Fidelium no„ strorum consilio, & auxilio ad præmissa mature pro„ spicere, & omnia, quæ ad vestram conservationem „ spectarint, concludere possimus. Et quoniam Judi„ ciorum celebrationem plane necessariam esse judica„ mus, statuimus, ut Judicia generalia, quæ pro Fe„ sto Beati Lucæ celebrari debebant, ad Festum omni„ um Sanctorum proxime subsequens inchoentur, & „ tempore præscripto continuentur, atque ideo omnes, „ quorum interest, ad ea paratos esse edicimus. Secus „ non facturi. Datum Viennæ ultima die Mensis Au-

„ gusti Anno Domini Millesimo Quingentesimo Qua-
„ dragesimo Octavo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus E. Zagrabiensis m. p.

Regales prorogatoriæ, quibus Ferdinandus Rex Diætam generalem ad Festum B. Andreæ Anni 1549. indictam, propter ardua Reip. Christianæ negotia ad Festum Epiphaniarum Domini Anni 1550 differt, ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis desumtæ sequentes sunt.

„ Prudentibus, & Circumspectis, Judici, & Juratis
„ Civibus Civitatis nostræ Sopronienfis. Fidelibus
„ nobis dilectis.

„ Ferdinandus Divina favente Clementia, Romano-
„ rum Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, semper Augu-
„ stus, Infans Hispaniarum. Archi-Dux Austriæ &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dile-
„ cti! Quamvis superioribus diebus indixeramus vobis
„ & aliis Fidelibus nostris generalem Diætam, ad Fe-
„ stum Beati Andreæ Apostoli proxime venturum Po-
„ sonii celebrandam, constitueramusque ad eum diem
„ nos eo personaliter omnino venturos. Quia tamen
„ interea temporis intercessere certa, & arduissima Rei-
„ publicæ Christianæ, & nostra negotia, propter quæ
„ cogimur hic aliquot diebus longius quam constitue-
„ ramus remorari. Quare Diætam præmissam ad diem
„ Beati Andreæ per nos indictam, ad Festum Epipha-
„ niarum Domini proxime venturum differendam, &
„ prorogandam duximus. Mandamus igitur Fidelitati
„ vestræ harum serie firmiter, ut acceptis præsentibus,
„ ad hunc ipsum diem Epiphaniarum Domini proxime
„ venturum certos de medio vestri, cum plena, &
„ omnimoda facultate, & potestate Posonium mittere

„ de-

„ debeatis, ut eo ipso die, & tempore cum his, &
„ aliis Fidelibus nostris de omnibus rebus, quas antea
„ vobis præscripseramus, & de quibus etiam alioquin
„ generaliter pro Regni, & confiniorum defensione
„ atque pace paranda agendum erit, personaliter agere
„ tractare, & concludere possimus. Aliud facere non
„ præsumatis. Datum Pragæ decima Mensis Novem-
„ bris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Qua-
„ dragesimo Nono.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus E. Agriensis m. p.

Anno 1551. Comitia generalia mense Novembri celebrata vel saltem celebranda fuisse colligo ex quibusdam Litteris Episcopi Agriensis, quibus Capitulum Varadiense, Universitatem Saxonum septem, & duarum sedium Saxonicalium, Joannem Thewrek, Stephanum Lossonczy, Andream Báthory, &c. invitat, *ut cum ad munus Episcopale evectus sit, & decreverit Primitias suas sacrificii Altaris Domini sub Diæta proxime futura Posonii 22. die Novembris celebrare*, velint iisdem interesse, & personis suis condecorare. Datum Viennæ die 19. Septemb. 1551.

Litteræ istæ missæ quidem fuisse non videntur, cum tamen scriptæ sint, manifeste patet, mense Septembri Comitia vel jam publicata fuisse, vel certo penes Aulam publicanda decreta. Quia tamen editis hoc eodem anno d. 10. Mensis Decembris Regalibus Comitia in sequentem annum ad Festum Cathedræ B. Petri indicta sint, & de

prorogatione nihil commemoratur; incredibile autem videatur, ut d. 22. Novembris Diæta adhuc ſtante alia iterum ſtatim d. 10. Dec. indiceretur, veſtigium hoc nimis ambiguum eſt. Diſcimus una ex illis Litteris Univerſitatem Saxoſeptem, & duarum ſedium etiam hoc tempore ad Comitia Hungarica comparere ſolitam fuiſſe; Nam Agrienſis certe ſecus ſperare non poterat, eandem præciſe pro illius Primitiis Nuncios miſſuram fuiſſe, ſi pro Comitiis alioquin mittendi non fuiſſent. Ceterum diſſimulare non poſſum difficultatem, quam in hiſtoria Comitiorum vel horam nobis jam viciniorum temporum expertus ſum, ſiquidem vel ipſa veſtigia quorumdam tam rara ſint.

Anno 1552. ad Feſtum Cathedræ B. Petri A. ſequentibus Litteris Regalibus ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis Comitia indicta erant.

„ Prudentibus, & Circumſpectis, Judici, Magiſtro „ Civium, ac Juratis, Civibus Civitatis noſtræ „ Sopronienſis &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano„ rum Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex ſemper Au„ guſtus. &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti, Fideles nobis di„ lecti! Poſteaquam Divina benignitate id quod jam „ dudum ſummis votis expetebamus, ſummoque ſem„ per ſtudio efficere contendimus Regnum noſtrum „ Hungariæ inteſtinis diſcordiis, diverſisque factionibus „ diu exagitatum. Proximis tandem diebus unire, pa-

„ cifi-

„ cificare, & propter eas, quæ a Turca ſub his diſ-
„ cordiis occupatæ ſunt, partes in noſtram redigere
„ poteſtatem licuit. Operæ pretium eſſe duximus pro
„ his omnibus tractandis decernendisque, quæ ad con-
„ ſervandam agendamque unionem, pacem, & defen-
„ ſionem ipſius Regni pertinere viſa fuerint, Genera-
„ lem Conventum fidelibus noſtris omnibus Ordinibus,
„ & Statibus ejusdem Regni ſine diuturniori mora in-
„ dicere, nosque perſonaliter ipſi Conventui præeſſe,
„ ut communibus votis, communique deliberatione,
„ quæcunque ad publicam pacem, quietem, & defen-
„ ſionem videantur ſpectare, decerni poſſint tempeſtive.
„ Quare Fidelitatibus veſtris committimus, & manda-
„ mus, ut ad Feſtum Cathedræ Beati Petri Apoſtoli
„ proxime futurum Poſonium, quo ſimiliter ad eun-
„ dem diem, reliqui quoque fideles Ordines Regni
„ noſtri ſunt accerſiti, ſpeciales homines veſtros cum
„ pleno mandato atque authoritate ad omnia negotia
„ in prædicto Conventu per nos proponenda ac tra-
„ ctanda, ad prædictum diem mittere debeatis, &
„ teneamini. Secus nullo modo facturi. Datum Vien-
„ næ decimo die Decembris. Anno Domini Milleſimo
„ Quingenteſimo Quinquageſimo Primo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus
E. Agrienſis m. p.

Reperi inter Analecta Dipl. Caroli Fejérváry T. III. N. 60. quæ etiam inter Székélyiana Epiſcopi Tranſylvaniæ habentur, & quarum Originale ipſe aliquando legiſſe memini Ferdinandi I. R. Litteras expeditorias, quibus Dominicum Dobó de Ruzka ſuper reſtitutione S. Coronæ, & aliorum Clenodiorum Regni ſub ipſis adhuc Comitiis pridie, quam decretum confirmaret, quietum,

 red-

reddit, & absolutum, quas vel ideo hic profero, quod in illis eadem Clenodia, quæ hac ætate superant, enumerentur, ſed de Originali Andreæ II. Bullæ aureæ, quam cum iisdem Clenodiis in eadem Arce olim conſervatam fuiſſe conſtat, nihil jam commemoretur.

„ Nos Ferdinandus memoriæ commendamus, &c. „ Quod Fidelis noſter Egregius Dominicus Dobó „ de Ruſzka una cum Fidelibus noſtris Magnifi„ cis Andrea Báthory de Somlyó, ac Laurentio „ de Bebek Comite Comitatus Honthenſis juxta „ commiſſionem Fidelium noſtrorum Spectabili„ um, & Magnificorum Joannis Baptiſtæ Caſtal„ do, ac Comitis Thomæ de Nádasd Judicis „ Curiæ noſtræ, nec non Andreæ de Báthor Ta„ vernicorum noſtrorum Magiſtri Regni noſtri „ Hungariæ ſupremorum Capitaneorum arcam ſeu „ ladulam, in qua Sacra Regni noſtri Hungariæ „ Corona, una cum Sceptro, & Pomo Aureo „ Cruce deſuper adnexa, Pallium inſuper, Calcea„ menta, Stola, Cingulum, & Cryſtallum quoddam „ ruptum, item quoddam alterum Cryſtallum vel „ Hiacinthus ligatus in auro, Monile ſive Pecto„ rale lapidibus variis ornatum, & quædam par„ ticula de ſerico auro, & gemmis contenta, in„ cluſa erant, ad manus fidelium noſtrorum „ Spectabilis, ac Magnificorum Marchionis Sfor„ tiæ Pallavicini Conſiliarii noſtri bellici, ac Ca„ ſparis Seredy Capitanei noſtri Caſſovienſis, quos „ ad Tokai usque pro recipienda in manus eorum „ Corona, & rebus prædictis ſuperioribus diebus „ expediveramus integre, & fideliter tradidit, & „ aſſignavit, ſuper qua reſtitutione, & aſſignatio„ ne Coronæ cum rebus prædictis eundem Domi„ nicum Dobó quietum, & expeditum reddidimus,

ha-

„ harum nostrarum vigore, & testimonio Litterarum mediante. Datum Posonii die vigesima quinta Martii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Secundo.

Ad hæc Comitia, eorumque constitutiones provocat Ferdinandus in Litteris, quibus omnibus Regnicolis mandat, ut Comiti Thomæ de Nádasd tanquam generali Regni Capitaneo subsint. Datum Viennæ d. 6. Septemb. A. D. 1552.

„ Ut juxta tenorem publicæ constitutionis Gentes vestras tenere debeatis. "

Eodem Anno 1552. pro Festo B. Thomæ Episcopi sive d. 29. Decembris septem aut novem Comitatus Partium superiorum convenerunt in Oppido Göncz, & protracto in Mensem Januarium Anni sequentis 1553. Conventu condiderunt sequentes Articulos de Contributione Belli Regiæ Majestati etiam submissos, & mecum ex copia coæva Archiui Civitatis Bartphensis communicatos.

„ Articuli in Conventu septem Comitatuum in Oppido Göncz celebrato conclusi.

„ Quoniam Reipublicæ interest omnibus communibus magnis de causis, & ad rem publicam pertinentibus convocatis Decreta publice exstare; necessario nobis hoc præsertim tam periculoso tempore faciendum putavimus, ut quæ constitissent, singulis de rebus ad nostram cognitionem delatis scripto publico in omnium notitiam poneremus.

„ Quapropter universa Nobilitas selectorum septem Comitatuum Aba-Ujvariensis, Zempliniensis, Sá-

„ ros

„ ros, Szepes, Gömör, Borſod, Thorna hos in-
„ fraſcriptos Articulos ſtudio tuendi fines noſtros,
„ & communem incolumitatem contra Turcarum
„ graſſationes in Oppido Göncz vocato pro Feſto
„ B. Thomæ Epiſcopi Anno Domini Milleſimo
„ Quingenteſimo Quinquageſimo Tertio decre-
„ vimus, atque concluſimus.

„ Primo: Statutum eſt, ut Agriæ alantur
„ Equites ducenti, quorum Dux erit Magnificus
„ Dominus Georgius Bebek, cui in ſingulos Equi-
„ tes tres flor. & numi viginti hungarici, & ad
„ menſam ipſi ducenti floreni in unum menſem
„ numerentur, qui obtulit hanc voluntatem quaſi
„ ad tempus ſtipendium ſuppeditare non potuerit,
„ ſe de propriis pecuniis Stipendia numeraturum
„ militibus. Comitatus quoque receperunt, &
„ ſe obligarunt quidquid eo nomine inſumſerit ſe
„ ejus Magnificentiæ repoſituros. Ac primus dies
„ Pauli Eremitæ proxime venturus. Eo die pro-
„ ximo menſe habebit hæc luſtratio in Oppido
„ Szikſó, pro duobus autem menſibus reliquis
„ Agriæ fiet luſtratio & ſolutio. Luſtratores
„ autem Egregii Domini Georgius de Olchiar,
„ Stephanus de Nagy-Michaly, Petrus, de Giczh
„ V. Comites Comitatuum Aba-Ujvarienſis Zem-
„ plinienſis, & Borſodienſis.

2. „ Deinde ſolutio in hos ducentos Equi-
„ tes hoc ordine adminiſtretur: Comitatus Zem-
„ plinienſis ſolvet Stipendia Equitibus quinqua-
„ ginta. Abaujvarienſis Equitibus quadraginta,
„ Borſodienſis Equitibus 35. Comitatus Hungh.

„ ſol-

„ ſolvet Equitibus 40 Berek rata pars pro ſede-
„ cim Equitibus tradatur in manus Egregii Do-
„ mini Georgii Zombor V. Comitis Comitatus
„ Gömörienſis qui conferret ad ſatisfactionem
„ centum Equitum in Filek alendorum, ut etiam
„ omnis pecunia, & ſolutio præſcriptorum ducen-
„ torum Equitum in manus jam fatorum Luſtrato-
„ rum una cum florenis ducentis, quos ad men-
„ ſam dabunt Magnifico Domino Georgio Bebek
„ jam dicti Comitatus.

„ Dabitur porro tantum ejus Magnificentiæ
„ in victum propterea, quia ſumma critas anno-
„ næ, & victus inopia eſt Agriæ.

3. „ Ceterum Comitatus Sáros, Szepes,
„ & Thorna ad Equites quatuor, & Octuaginta
„ pecunias dabunt, & in manus tradent Egregii
„ Domini Georgii Zombor, qui curam poſtea
„ habebit, & luſtrationis, & ſolutionis, ratio
„ erit, ut additis ſedecim Equitibus, & Comita-
„ tus Berek collatione ſint Equites centum, qui
„ in Arce Filek ſimiliter tribus habeantur, ſtipen-
„ dia autem his partibus ſolventur.

4. „ Item Szepes ſolvet Equitibus triginta
„ duobus, Sáros ſolvet Equitibus quadraginta,
„ Thorna duodecim Equitibus ſolvet. Dabunt
„ autem duci horum centum Equitum ad menſam
„ quinquaginta flor. hung. ex quo in Filek non
„ eſt tanta caritas victus, quanta Agriæ.

5.

5. „ V. Comites autem inter se rationem „ inibunt, quantum quisque eorum in summa „ horum quinquaginta flor. conferre debeat.

6. „ Præterea supplicavimus Dominis Magna- „ tibus, ut Patriæ suæ caritate, & saluti suæ cu- „ ra, qua quisque affici debet, pietate quoque „ erga Fratres, & erga Deum singuli pro eorum „ facultatibus in duabus Arcibus Agriæ, & Filek „ Equites alant, ac limitatione infrascripta, quæ „ est minime onerosa.

7. „ Quod Magnificus Dominus Gabriel de „ Peren sexaginta Equites saltem Agriæ alere di- „ gnabitur, si plures nolit, Magnificus Dominus „ Georgius Seredy etiam alere velit Equites quin- „ quaginta Agriæ.

8. „ Magnificus Dominus Francis. Bebek in „ Arce sua Filek alere Equites quinquaginta ve- „ lit, si plures alere gravetur, Magnificus Domi- „ nus Sigismundus Balassa in Arce sua Divin ha- „ beat Equites quinquaginta.

9. „ Magnificus Dominus Georgius de Bá- „ thor alet quinquaginta Equites Agriæ de Bonis „ Roszgoniensibus.

10. „ Domini Magnifici de Homona alent „ cum Domino Francisco Kendy quinquaginta „ Equites in Filek.

11. „ Magnifici Domini Franciscus, & Mi- „ chael de Perén alent viginti quinque Equites

„ in

„ in Filek, Magnificus Dominus Seredy alet quin„ quaginta Equites Agriæ, Magnificus Dominus „ Joannes Turſo alet ſedecim Equites in Filek, „ Magnifica Domina Joanna Lucretia de Likerka, „ relicta condam Magnifici Caſparis Horváth alet „ Equites decem in Filek, Magnificus Dominus „ BetrusPotniczky alet Equites quinquagintaAgriæ, „ Egregii Domini Franciſcus, & Dominicus Do„ bó dabunt Equites viginti quinque Agriam. „ Egregius Dominus Michael Büdy dabit viginti „ Equites Agriam.

12. „ Magnificus Dominus Euſtachius de Fe„ led in ſua Arce Turcis finitima Synaskow alet „ Equites quadraginta, & habeant omnes præ„ ſcripti intelligentiam mutuam cum militibus „ Agriæ, & qui erunt in Filek.

13. „ Magnificus Dominus Chriſtoph. Orſzág „ de ſuis ac Magnifici condam Domini Loſſon„ czy Bonis in Arcibus Samoskew, & Sirok „ Turcis finitimis centum Equites alere velit.

14. „ Magnificus Dominus Lasky de ſuis „ Bonis contribuet cum ceteris Nobilibus Comita„ tus Szepes.

15. „ Reverendus Dominus Parochus de „ Berekſzáz, ex quo in hoc Regno non conte„ mnendo proventu fruitur, debeat ad Filek dare „ Equites duodecim.

16. „ Religioſi Domini Eremitæ de ſingulis „ eorum Monaſteriis tum a ſe, tum a Jobbagyio-

„ nibus

„ nibus ipſorum faciant ſolutionem inter Comita-
„ tus juxta limitationem V. Comitum.

17. „ Inſuper ne tot cædes, homicidia, alia-
„ que facinora in Comitatibus, prout his tempori-
„ bus præteritis contigerant, patrentur, ſtatutum
„ eſt, ut in ſingulis Comitatibus Judicia celebren-
„ tur, & Executioni demandentur.

18. „ Elegimus præterea Egregium Domi-
„ num Georgium de Olchuar, ut eat ad Comi-
„ tatus Ungh, & Beregh, qui in Conventu ſunt
„ deſiderati, ut eos admoneat de imminentibus pe-
„ riculis Patriæ, eosque roget, ut his præſcriptis
„ conſtitutionibus aſſentiant, & pareant, ne ſe
„ gerant alienos erga Fratres ſuos in communibus
„ calamitatibus.

19. Poſtremo perſcripſimus Sacræ Regiæ Majeſtati omnes conſtitutiones haſce in Litteris noſtris, & ſupplicavimus ejus Majeſtati, ut ejus quoque Majeſtas Arces, quæ in confiniis ſunt Turcarum, Agriam, & Filek præſidiis firmet, quibus ſimus tuti a Turcarum incurſionibus, & mature nobis ſuccurrat Sua Majeſtas.

Ad iſtos Articulos ſibi exhibitos Ferdinandus Rex d. 17. Januarii 1553. ſequentia ex copia itidem coæva ejusdem Archivi Bartphenſis mecum communicata reſpondit.

„ *Reſponſio Sacræ Romanorum Hungariæ, Bohe-*
„ *miæ &c. Regiæ Majeſtatis ad Articulos, Litte-*
„ *ras, & cæteras ſupplicationes Fidelium ſuorum*

„ *Uni-*

„ *Universitatum Nobilium Novem Comitatuum,*
„ *partium Regni sui Hungariæ superiorum, vide-*
„ *licet Aba-Ujvariensis, Borsodiensis, Gömöriensis,*
„ *Thornensis, Sáros, Zempliniensis, Scepusiensis,*
„ *Ung. & Bereg in Conventu eorum ad Festum Di-*
„ *vi Thomæ Episcopi 1552. in Oppido Güncz*
„ *habito ad Suam Majestatem missas, in Civi-*
„ *tate Suæ Majestatis Grëz die 17. Jan. 1553.*
„ *data.*

„ Cum Sacra Regia Majestas Dominus Clementissi-
„ mus per manus fidelis sui Egregii Georgii
„ Verner præfecti arcis Suæ Majestatis Saaros,
„ & Consiliarii Cameræ suæ Hung. Articulos,
„ Litteras, ceteraque scripta his diebus accepisset,
„ quæ Fideles Suæ Majestatis Universitates Nobi-
„ lium supradictorum novem Comitatuum, abso-
„ luto eorum Conventu in Güntz nuper cele-
„ brato, eidem Vernero ad Majestatem Suam de-
„ derunt; tametsi non nihil merito Majestas Sua
„ mirari, & graviter ferre posse videbatur, quod
„ præter publicas constitutiones, ac veterem con-
„ suetudinem, præterque autoritatem Suæ Maje-
„ statis se inconsulto particulares Conventus hu-
„ jusmodi fuerint celebrati. Quia tamen ea,
„ quæ in eodem Conventu proposita, tractata,
„ ac demum conclusa exstiterunt, nonnisi ex au-
„ toritate, dignatateque Suæ Majestatis, uti fide-
„ les subditos sane decebat, eque Regni commodo
„ peracta esse Majestas Sua ex scriptis ad se mis-
„ sis comperit, benigne, ac clementer factum
„ hoc ipsis suis Fidelibus pro hoc tempore con-
„ donandum duxit, ita tamen ut posthac neque
„ ipsi, neque alii usquam Fideles Suæ Majestatis,
„ ex quibuscunque locis, præter scitum, & con-
„ sensum Majestatis Suæ, vel Locumtenentis, aut
„ supremorum Capitaneorum, particularem Con-
ventum sibi ipsis indicere vel unquam audeant ce-
„ lebrare.

Ad ea autem ipſorum Comitatuum ſcripta, concluſionesque in ipſorum Conventu factas Sacra Majeſtas Sua ſic benigne reſpondet.

„ Primum ubi longa ſerie verborum Litteris ipſorum exponunt, vicinorum hoſtium conatus, adducuntque, & copias magno jam numero ad Zolnok conveniſſe, & Zéchen operibus ac præſidiis in dies magis firmari, ac proinde undique partibus illis ſuperioribus graviſſima impendere pericula, & hinc ſeſe adductos dicunt, ut ſibi ipſis ſuæque incolumitati Conventu ipſo conſulendum putarint, tandem ſuppliciter orant ſacram Regiam Majeſtatem, proſpiciat, atque in tempore præſto adſit, ad eorum defenſionem ac propugnationem Sacra Regia Majeſtas reſpondet, ſatis etiam ipſis, & ceteris Fidelibus ſuis Regni Hungariæ, adeoque etiam cunctis Populis ac Gentibus palam conſtare, Sacræ Majeſtatis Suæ conatus, curas, cogitationes, jam inde ab initio Imperii ſui huc ſolummodo fuiſſe directas, ut Regnum Hungariæ ab Hoſtibus vicinis tueretur, & in priſtinum ſtatum Divina ope reſtitueret, & ob hanc cauſam incredibiles, & ſumtus, & labores a Sua Majeſtate ſine ulla intermiſſione, hoc toto tempore fuiſſe ſuſceptos, & cum ipſa per ſe uti ſemper in animo habuit, perſonaliter expeditionibus in Hungaria ſuſceptis præſens eſſe non potuerit, propter alias graviſſimas atque urgentes totius Chriſtianæ Reipublicæ curas, quæ ipſam vel invitam in alia loca neceſſario ſubinde avocarunt, ac cum quibus ſalus pariter, ac defenſio Regni Hungariæ fuit ſemper conjuncta; nihil tamen vel miſſorum exercituum expeditione; aliunde ad id ſumtibus ingenti labore acquiſitis, vel alia ratione quacunque ad id opportuna videbatur pro ſalute, de-

„ ſen-

„ fensione, omnibusque fidelium suorum commodis,
„ a se ullo tempore fuisse prætermissum. Hoc quoque
„ proximo anno, cum Sacra Majestas Sua omnino
„ constitutum habuisset, in Hungariam, quocunque
„ posset majori exercitu se conferre, ac cum Fidelibus
„ suis ejusdem Regni, qui sese ad id paratos obtu-
„ lerint, conjungere, satis omnibus hominibus consta-
„ re potest, ab hujusmodi ejus sanctissimo instituto
„ desistere, & alio se mature, inopinateque recipere
„ fuisse coactam, gravissimis bellorum turbinibus, qui
„ in Germania contra ejus Sacram Cæsaream, & Ca-
„ tholicam Majestatem Fratrem suum derepente ex-
„ stiterant, & nisi authoritate, labore, studio sui Regni
„ incendium hujusmodi mature fuisset restinctum, in
„ perniciem, extremumque excidium Hungariæ demum
„ devolutum esset, quia videlicet subsidia illa Imperii,
„ quæ ad Hungariam decreta erant, fuissent impedita,
„ neque quidquam spei imposterum relictum esset, in
„ dies illis tumultibus lacrimantium, & nihilominus
„ postquam Divina benignitate pacari res illæ Ger-
„ maniæ a Sua Majestate potuerant, nulla mora inter-
„ posita exercitum in Regnum cum Illustrissimo Duce
„ Mauritio Electore non vulgarem a se continuo fuisse
„ dimissum, ut hostis conatus retardarentur, neque
„ prætermissura fuisset, ipsa quoque personaliter sub-
„ seque, nisi & hostes frustra Agria oppugnata abiis-
„ sent, & instans jam hyems diuturniorem jam ex-
„ peditionem hoc anno pati posse visa esset; finitima
„ vero loca, quantum pro temporis conditione licuit,
„ Majestas sua providere non neglexit, & nunc quo-
„ tidie ad id majori sollicitudine ipsorum cæterorum-
„ que Fidelium auxilio est prospectura, sicuti his
„ etiam diebus ob hanc causam Commissarios tum
„ Agriam, tum ad alia finitima loca delegit, ut per
„ eos informata Majestas Sua communitionibus hujus-
„ modi faciendis manum admoveri curaret.

„ Cum Sacra Majestas Sua eodem animi sui studio, ardoreque prope immenso ad procurandam salutem, omniaque suorum Fidelium commoda longeque arcendi hostes, & Divina benignitate amissa etiam Regni loca reoccupandi intensa nihil dies, ac noctes aliud animo suo volvat, nihil moliatur, quam ut hoc institutum suum aggrediendum expeditionem ea ratione viribus, facultate, qua rerum tantarum moles gerenda, administrandaque esse videretur, primo quoque tempore perficiat, neque in ea re ullis monitis, aut precibus cujusque indigeat, nunc omnes curas, et cogitationes suas huc conjecit, seque ita comparare studet, ut valido, numerosoque exercitu primo quoque tempore contracto Divina ope hostibus resistere, & suos Fideles tam in superioribus, quam reliquis Regni sui partibus tueri possit, ac defendere. Qua de re Sacra Majestas Sua propediem & ipsos novem Comitatus, & ceteros Fideles suos in omnibus partibus celerius factura est certiores, quo & ipsi tempestive se instruere, & penes Suam Majestatem secundum publicam superiorum annorum conclusionem viritim possint in communi causa ad expeditionem præsto esse.

„ Probatur autem magnopere Sacræ Suæ Majestati, quod Fideles sui ex novem Comitatibus tum pro fidelitate Suæ Majestatis, tum pro Christianæ Fidei confessione pro aris ac focis paratos se esse affirment, penes Suam Majestatem aut vincere, aut mori, quodque præter censum, quem ad Festum Beati Lucæ collectum, persolutumque esse opportebat, trecentos quoque Equites in tres menses proximos, ducentos item Agriæ, centum vero in Fülek propriis sumtibus alere constituerint, agnoscitque Sacra ejus Majestas tum fidem, ac constantiam, magnitudinemque animorum, rebus etiam pene extremis, & pietatem erga Patriam singularem ad propriam eorum

„ de-

„ defensionem, proque hujusmodi eorum meritis mu-
„ nificentiam vicissim, & benignitatem suam in po-
„ sterum temporis eisdem Fidelibus suis offert.

„ Quod etiam Dominos, & Barones in iisdem „ Comitatibus Bona habentes pari cum ipsis ratione „ ad alendum certum Gentium numerum hortandos „ duxerint, ac pro cujusque loco, ac gradu, quan- „ tum quisque alere debeat, decreverunt, id quoque „ Sacræ Majestati Suæ non potest non vehementer „ probari, ac proinde Majestas Sua fideles suos Ba- „ rones hujusmodi in istis novem Comitatibus degen- „ tes Litteris suis clementer hortata est, quamprimum „ eisque commisit, ut secundum decretum, limitatio- „ nemque ipsorum Nobilium exemplo inprimis eorun- „ dem adducti, Gentes & ipsi alant, hoc temporis „ spatio in locis sibi designatis, Dicamque secundi ter- „ mini secundum eandem Conventus constitutionem „ sine alia nova connumeratione, quæ in longum „ magno cum totius Regni detrimento processura es- „ set, ipsi pariter cum Nobilibus reddant de eorum „ Bonis, quod ipsos ex iisdem causis, quæ superius sunt „ commemoratæ, facturos Majestas Sua confidit.

„ Hortatur autem clementer Majestas Sua ipsos „ & Nobiles, & eisdem committit, quemadmodum „ privatis etiam Litteris fecit, ut quod inter se de „ Dicæ secundi termini subita administratione, deque „ Gentibus alendis constituerunt, re perficiant, uti Sua „ Majestas facturos non dubitat, restantias quoque pri- „ oris Dicæ, quæ inter eos sunt, itidem absque mo- „ ra administrare curent. Nam cum multo etiam ante Di- „ cam ejusmodi administratam fuisse, plurimum interfuis- „ set, & eam negligere non parum detrimenti pluribus in „ rebus, ad Rempublicam locaque finitima communi- „ enda, ac conservanda hactenus attulerit, tanto ma- „ jora incommoda, jacturasque expectare debent, „ quanto diutius ejus pecuniæ administrationem distu- „ lerint, nam eo facto cæteris quoque Regni Comita-

„ tibus exemplum præ bubent, itidem sine mora ipsius
„ Dicæ administrandæ, quæ res in his periculis, gra-
„ vibusque, & urgentibus necessitatibus apprime uti-
„ lis futura est.

„ Cæterum quod ad petendum a Polonica Nobi-
„ litate auxilium attinet; probatur Sacræ Regiæ Maje-
„ stati, quod se inconsulta, neque Litteris, neque
„ Nunciis quidquam in ea re sibi agendum duxerint;
„ Nam cum negotium hujusmodi agendi pro auxilio
„ apud exteros ad Majestatem Suam pertineat, nihil
„ in ea re Majestas Sua est prætermissura, quod e re,
„ & dignitate sua fore intellexerit, quemadmodum ha-
„ ctenus quoque minime prætermisit.

„ Similiter etiam de Contributione tredecim Op-
„ pidorum Scepusiensium in medium Regnicolarum
„ conferenda, quidquid ad eam rem conficiendam vi-
„ sum fuerit, esse necessarium, Majestas Sua non est
„ neglectura.

„ Quod vero iidem Fideles Suæ Majestatis pro
„ Comitatibus Gömöriensi, Borsodiensi, Uivariensi,
„ Sáros, ac Scepusiensi, nec non Civitatibus Liberis,
„ ac Dominis Homonensibus in eo supplicant, ut Ma-
„ jestas Regia pecuniam per Stephanum Dobó militi-
„ bus eorum, qui in Arce Agriensi fuerunt, in stipen-
„ dium mutuo datam, ex hac secunda Dica illis rela-
„ xare dignetur, propter eas, quas adducunt rationes
„ Sacra Majestas Sua arbitratur, id quod superius
„ pluribus exposuit, satis ipsis Fidelibus suis constare,
„ quot quantisque necessitatibus ex hac Dica in com-
„ munem utilitatem prospici oporteat, adeoque Maje-
„ stas Sua, ut facit, cogitur ex aliis etiam Regnis,
„ ac Provinciis incredibilem vim pecuniæ vel ad hos
„ solum usus tuendi loca Regni finitima, Gentesque
„ pluribus in locis alendas huc conferendam corradere,
„ quia Dica, cæterique Hungarici reditus ad hæc non

„ suffi-

„ sufficiunt, proinde hortatur Majestas Sua clementer
„ ipsos Fideles suos, ut, quam pecuniam alioquin
„ missuri fuissent, dicti Comitatus cum Civitatibus li-
„ beris, ac Dominis Homonensibus illorum militibus,
„ nisi obsidio intervenisset de ea, quæ pro eorum
„ salute in conservationem Agriæ exposita est, haud
„ gravati, Stephano Dobó contentum reddere curent,
„ ut is facilius necessitatibus Agriensium valeat pro-
„ spicere, offert enim benigne Majestas Sua per re-
„ rum, ac temporum occasiones munificentia, ac li-
„ beralitate sua, se promtitudinem hanc eorum repo-
„ situram.

„ Similiter etiam de Dica Bonorum Domini Bebek
„ Sacra Majestas Sua respondet, quæ Dica cum undi-
„ que jam pridem in usus Regni necessarios sit a Ma-
„ jestate Sua assignata, cumque Dominus Bebek Bo-
„ na fere sua omnia in remotioribus ab hoste locis
„ habeat, quia plerique, qui illam liberaliter persol-
„ vunt, quique interim de suo & Gentes, & Arces
„ etiam alunt, confidit Majestas Sua eum tali tempore
„ non Dicam solum persoluturum, & Arcem suam Fü-
„ lek rite conservari curaturum, sed tanquam ex præ-
„ cipuis Regni membris Patriæque, & Suæ Majestatis
„ cupidissimum multo etiam majora pro communi
„ commodo, & salute publica præstiturum esse Majestas
„ quoque Sua gratiosam se, & clementem ei exhibe-
„ bit omni tempore ut fecit hactenus.

„ Ubi vero in primo supplicationum Catalogi Ar-
„ ticulo supplicant novem Comitatus, ut Majestas
„ Regia Commissarios cum Magistris Protonotariis
„ Cassoviam mittat, qui violentias, & id genus alia
„ mala, quæ per hæc tempora in illis partibus pa-
„ trata sunt, cognoscant, & dijudicent, super ea re
„ Majestas Sua deliberatura, & quantum per tempo-
„ ris rationem, rerumque statum videbitur fieri pos-
„ se, supplicationi huic suorum Fidelium benigne
„ respondebit.

„ Ad secundum Articulum Majestas Sua Manda-
„ tum suum ad Gabrielem Perény, & Georgium Bá-
„ thory illico expediri jussit, ne imposterum Telonia
„ a Nobilibus vel liberis Civitatibus propter eorum
„ prærogativas exigant; alioquin Majestas Sua curabit
„ Telonia ejusmodi insolita distrahi, ne Fideles sui
„ propter eorum libertates a quocunque graventur.

„ Mandavit etiam illico Majestas Sua Fidelibus
„ Consiliariis Cameræ suæ Hungaricæ, ut prohibeant
„ ubique Tricesimatoribus, ne de rebus, quæ ad usum
„ eorum proprium Nobiles per Regnum circumferunt,
„ vel in Regnum inducunt, juxta publicas constitu-
„ tiones Tricesimam exigant; valde autem ægre fert
„ Majestas Sua, libertates, aut privilegia suorum Fi-
„ delium, a quibusvis, & præsertim a suis officiali-
„ bus violari. Caveant tamen iidem Nobiles, & alii
„ Fideles Suæ Majestatis, ne qua fraus in hujusmodi
„ convectionibus rerum committatur, neque hoc præ-
„ textu mercaturam exerceant, alioquin si tales repe-
„ rientur, merito poterunt castigari.

„ Ubi vero pro Domina Relicta quondam Gabri-
„ elis Homonay, & liberis quondam Emerici Homo-
„ nay Supplicant, Majestas Sua visa supplicatione eo-
„ rum clementem rationem supplicationis suorum Fi-
„ delium est habitura.

„ De moneta veteri ubique accipienda Sacra Ma-
„ jestas, uti ante aliquoties, ita nunc quoque manda-
„ tum in omnes Regni partes datura est, quo in ea
„ re quoque publicæ constitutiones effectum habeant.

„ Mandavit etiam illico Majestas Sua Magnifico
„ Georgio Seredy, ut servitorem Stanislai Barczy di-
„ mittat liberum, si res ita se habet, uti novem Co-
„ mitatus exposuerunt.

„ Firmiter etiam Francisco Dobó per aliud Man-
„ datum suum jussit, ut servitores, ac Subditos suos,

„ a

„ a quibus Nobiles capti, & ſpoliati eſſe dicuntur,
„ dimittat.

„ In ultimo Articulo, in quo de Nobilibus in
„ Nagy-Mihál fit mentio, cum Sacræ Majeſtati Suæ
„ in mentem venire non poſſet, cujusmodi ſit nego-
„ tium illud eorum Nobilium, an ſit Decimarum, vel
„ alterius rei, propterea ubi Majeſtas Sua ea de re
„ fuerit clarius edocta, clementer ac pro Juſtitia Fi-
„ delibus ſuis ea in re quoque reſpondebit.

Ferdinandus m. p. Nicolaus Olahus
Epiſcop. Agrienſis.

In quadam Relatione die 21 Janua. 1553. ad Suam Majeſtatem facta invenio ſequentem clauſulam, ex qua confirmatur, Conventum hunc, non obſtante Articulorum præfatione Anno 1552. exeunte celebratum eſſe, & ſimul plures hujusmodi Congregationes circa idem tempus coactas fuiſſe cumprimis in negotio Contributionis, cum ibi habeatur.

„ Reliqui vero Comitatus jam pridem in Güncz
„ conventi promiſerunt ipſam Contributionem jux-
„ ta Mandatum Majeſtatis Veſtræ Sacratiſſimæ
„ perſolvere.

Non perſpicio cauſam diverſitatis in numero Comitatuum in eodem Conventu præſentium, cum in exordio Articulorum VII. in iſto Inſtrumento VIII. & in reſponſione Ferdinandi IX. Comitatus nominatim recenſeantur. Nempe Ungh, & Beregh deſiderabantur, ut ſupra Art. 18.

Anno 1553. pro Festo Cathedræ B. Petri Comitia sequentibus Litteris Regalibus, quas ex stylo Cancellariæ Joannis Listhii Cod. Biblioth. Cæs. Vindob. Jur. Civ. Nro. 156. fol. 57. desumsi, Posonium indicta erant, sed in his omnia eadem sunt, uti supra ad A. 1552. præter ultimam clausulam, ut adeo Dato parum fidendum sit.

„ Ferdinandus &c. Egregii, ac Nobiles, Fideles „ nobis dilecti!

„ Postquam Divina benignitate id, quod jam summis votis expetebamus, summoque semper studio „ efficere contendimus, Regnum istud nostrum Hungariæ intestinis discordiis, diversisque factionibus diu „ exagitatum, proximis jam tandem diebus unire, „ pacificare, & præter eas, quæ a Turca sub his dis„ cordiis occupatæ sunt, partes in nostram redigere „ potestatem licuit, operæ pretium esse duximus, pro „ his omnibus tractandis, decernendisque, quæ ad „ conservandam, augendamque unionem, pacem, & „ defensionem ipsius Regni pertinere visa fuerint, gene„ ralem Conventum fidelibus nostris omnibus Ordi„ nibus, & Statibus ejusdem Regni sine diuturniori „ mora indicere, nosque personaliter ipsi Conventui „ præesse, ut communibus votis, communique deli„ beratione quæcunque ad publicam pacem, quietem, „ ac defensionem videantur spectare, decerni possint „ tempestive. Quare Fidelitatibus vestris committi„ mus, & mandamus, ut ad Festum Cathedræ B. Pe„ tri Apostoli proximæ futurum Posonium, quo si„ militer ad eandem diem reliqui fideles Ordines Re„ gni nostri per nos sunt accersiti, speciales homines „ vestros, ac tot ac tales personas e medio vestri, quæ „ ad prædictarum rerum, ac si opus fore videbitur, „ Electionis etiam Palatini in Regno tractatus idoneæ,

„ ac

„ ac sufficientes sint, cum pleno mandato, authorita-
„ teque ad nos mittere debeatis. Noluimus enim vi-
„ ritim vos juxta veterem consuetudinem omnes evo-
„ cari, gravioribusque expensis, & laboribus hoc belli
„ tempore gravari, secus non facturi. Viennæ mense
„ Decembre A. M. D. LII.

Comitia hæc prorogata fuisse ad Dominicam Quasimodo, & Sopronium indicta colligo primum ex quadam minuta, in qua *Missio Litterarum Regalium pro Dominica Quasimodo præsentatarum in Grætz d.* 13. *Febr. A.* 1553. habetur, deinde ex ipso Decreto, quod jam Vest. Comit. pag. 685. deduxi.

Vidi etiam coævam minutam, in qua habetur Responsio Regiæ Majestatis ad Articulos deliberationis DD. Statuum, quantum Tricesimas attinet; Sopronii mense Aprili A. 1553. Quæ cum particularis Resolutio sit, docet manifeste, jam hac ætate usitatum fuisse, ut antequam deliberationes Statuum, & Ordinum in Articulos Regi pro approbatione offerendos redigerentur, eas prius Majestati Regiæ fuisse propositas, dein ita in stylum redactas, uti ex Resolutionibus patebat, eas Regi probatum iri, qui mos, ut longe antea obtinebat, ita hodiedum observatur; atque hinc patet, cur *Tractatus Diætales ultro citroque* appellentur.

Eodem Anno 1553. vigore Articuli XXIV. Ferdinandus Rex editis aliis Regalibus præfixit Conventum, ad quem evocavit Comitatus Sáros,

Aba-

Aba-Ujvarien. Zemplinien. Ungh. Ugotsa. Marmarosien. Bereg. Kraszna. Zolnok. mediocr. Borsodien. Thorna. Ghewmer. Hewesien. Zathmar. Zabolch. Biharien. Bekes. Zarand. Lypto. Arva. Thwrocz. Castriferrei. Zaladien. Sopronien. Mosonien. Jaurien. Vesprimien. Comaromien. Nitrien. Barsien. Honthen. Newgradien. Solien. Trinchinien. Posonien. (ad Zolnok exter. & Strigonien. nullæ) ut Electis eorum dent autoritatem, ut intersint correctioni decretorum, quibus etiam die 7. Martii transmissæ sunt Regales Evocatoriæ, uti hæc in quadam coæva minuta consignata deprehendi. An ad alias etiam Jurisdictiones, & quas speciatim Regales missæ fuerint, & quot singuli ad mentem Art. 15. electos nuncios miserint, quis ve progressus, & exitus illius Conventus fuerit, pauca hactenus eruere potui, daturus plura de his, ac similibus in subsidiis ad historiam Legislationis Hungaricæ.

Anno 1554. Transylvanos Comitia celebrasse testantur, quorum copiam coævam in manibus habui, Articuli trium Nationum Regni Transylvaniæ in Comitiis Vásárhelyiensibus d. 25. Januar. celebratis conclusi, & editi.

Anno 1555. Comitia Posonium ad Festum B. Joan. Bapt. sequentibus Litteris Regalibus ex Originali Archivi Civitatis Soproniensis exemplari desumtis indicta erant.

„ Prudentibus, ac Circumspectis Magistro Civium „ Judici, ac Juratis Civibus Civitatis nostræ So- „ proniensis, &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Com-

„ Commissio propria Domini Regis.

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano-
„ rum, Hungariæ, Bohemiæ, Rex semper Augu-
„ stus. &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Multis argumentis, adeoque re ipsa vobis omnibus
„ haud incognitum esse credimus, quanto semper
„ studio jam inde ab initio regiminis nostri Hungarici,
„ erga Regnum istud nostrum Hungariæ affecti fueri-
„ mus, quantisque sollicitudinibus, curis, sumtibus,
„ & expensis, tranquillam vestram, & ceterorum Fi-
„ delium subditorum nostrorum permansionem cura-
„ verimus. Quæ quidem erga vos, & Regnum istud
„ nostrum Hungariæ sollicita, propensaque cura, &
„ affectus nos adegerunt, ut ad hanc Imperialem Diæ-
„ tam veniremus, & nunc quoque ea, quæ vestri
„ sunt commodi curaremus. Qua quidem in Diæta Im-
„ periali quia omnia optimo cum fine pro vestrum
„ omnium communi bono conclusum iri speramus,
„ visum nobis est, ut dum hic ea, quæ ad vestram
„ utilitatem spectant, curamus, isthic quoque in Regno
„ isto nostro Hungariæ ea, quæ defensionis vestræ sunt,
„ non negligerentur. Quod cum sine generali Diæta
„ commode fieri non possit, statuimus generalem
„ Conventum vobis, & reliquis Fidelibus nostris omni-
„ bus Ordinibus, & Statibus ejusdem Regni nostri
„ Hungariæ, & Partium ei subjectarum indicere, nos-
„ que Deo volente ipsi Conventui personaliter præesse,
„ ut communibus votis, communique deliberatione,
„ quæcunque ad publicam pacem, quietem, & defen-
„ sionem vestram spectare videntur, decerni possint
„ tempestive. Quare Fidelitatibus vestris committimus,
„ & mandamus, ut ad Festum Beati Joannis Baptistæ
„ proxime venturum, Posonium, quo similiter ad eun-
„ dem diem, reliqui fideles Ordines, & Status Regni
„ per nos sunt accersiti, speciales homines, & electos

„ ve-

„ vestros, qui ad prædictarum rerum Tractatus, nobi-
„ scum finiendos, & concludendos sufficientes sint,
„ pleno cum mandato, & autoritate ad nos, & di-
„ ctam Diætam, mittere ac expedire debeatis. Secus
„ non facturi. Datum Augustæ Vindelicorum octava
„ die mensis Maii Anno Domini Millesimo Quingente-
„ simo Quinquagesimo Quinto.

(L. S.)

Anno 1556. Sigismundus Balassa Ferdinando Regi significavit, semet Nobiles Comitatus Borsodiensis ad Diætam pro d. 12. Januar. indictam invitasse, Comitatus Gömöriensis Nobiles omnes Francisci, & Georgii Bebek servitores esse, adeoque citari non posse. In quodam coævo exemplari Articulorum hujus anni, alia quidem manu ab illa, qua ipsi Articuli scripti sunt, coæva tamen etiam sequentia adnotata reperi.

„ In Diæta ista Franciscus Bebek cum Filio suo
„ Georgio, & suis complicibus propter mala indici-
„ bilia, & apertam erectionem contra Majestatem Re-
„ giam, ac propter confœderationem cum Turca ma-
„ nifestam Regiæ Majestatis, & Regni injuriam publi-
„ ce, & jure condemnatus; proscriptus est.

Nescio, quomodo Balassa pro 12. Januarii indicta esse Comitia scribat, cum Festum Circumcisionis, seu 1. Januarii præfixa fuerit.

Præter generalia Comitia Conventus, & Congressus Regnicolarum sæpius jam illa ætate convocatis ad Aug. Aulam Consiliariis consultationes sive con-

conferentias celebratas fuisse quemadmodum etiamnum usuvenit, pluribus Exemplis ostendi. Ita Ferdinandus scribit:

„ Cum de aliis diversis Regni negotiis, tum ve-
„ ro præcipue, quomodo confinia hac hyeme provi-
„ denda, & ab insultibus hostium præservanda, & de-
„ fendenda sint, pleno Consilio consultare velimus.

Advocavit in Curiam omnes Consiliarios ad 5. diem mensis Novembris A. 1556.

Anno 1559. Comitia Posonium pro Festo Epiphaniarum Domini sequentibus Regalibus Litteris ex Authentico Archivi Civitatis Soproniensis Exemplari desumtis indicta erant:

„ Prudentibus, & Circumspectis Judici, & Juratis,
„ ceterisque Civibus Civitatis nostræ Soproniensis
„ &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum
„ Electus Imperator semper Augustus, ac Germa-
„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Inter alias nostras curas, quæ nobis in diversis Rei-
„ publicæ Christianæ negotiis, jugiter incumbunt,
„ præcipua nobis semper, & potior fuit, de Fidelium
„ subditorum nostrorum Regni istius nostri Hungariæ
„ incolarum publico, & communi bono, eorumque
„ tranquillo, & pacifico statu. Pro qua quidem no-
„ stra jugi, & continua sollicitudine, quum ad præ-
„ sens pleraque nobis occurrerint negotia, ad commu-
„ nem vestram, & totius Regni hujus nostri salutem
„ pertinentia, quæ publicos in vestra, ceterorumque
„ Fidelium nostrorum Regnicolarum præsentia tracta-
„ tus, consilia, & provisiones requirant, pro illis con-
„ sultandis, ac bono modo, & decenti ordine con-

„ clu-

„ cludendis generalem iisdem Regnicolis nostris Con-
„ ventum necessario indicendum, promulgandumque
„ duximus. Fidelitati igitur vestræ harum serie commit-
„ timus, & mandamus, ut ad Festum Epiphaniarum
„ Domini proxime affuturum certos nuncios de me-
„ dio vestri electos cum plena potestate, informatione,
„ & authoritate ad dictum generalem Conventum Po-
„ sonium sub pœna in Decreto expressa expediri de-
„ beatis. Et quia in futurum vestrum, ceterorumque
„ Fidelium nostrorum defensioni, contra omnes adver-
„ sos hostium conatus, auxiliis etiam reliquorum sub-
„ ditorum nostrorum mature provideamus, necessario
„ nos hinc in Bohemiam, inde vero ad Imperium,
„ unde brevi confectis negotiis Deo dante redituri
„ sumus, proficisci oportet, vobis clementer ad scitum
„ dari volumus, nos prædictæ generali Diætæ ordinan-
„ dorum pro defensione vestra ejusmodi auxilio Regio
„ causa personaliter interesse non posse: Serenissimum
„ tamen Principem Dominum Maximilianum, Regem
„ Bohemiæ, & filium nostrum charissimum loco nostri
„ personaliter cum plena informatione, & authoritate,
„ quam a nobis habet illi interfuturum. Quapropter
„ vos, & vestrum singulos clementer hortamur, vo-
„ bisque committimus quoque, ut ejus Serenitate
„ præsente vos cæterique Fideles subditi nostri quæ-
„ cunque vobis pro futura vestra defensione, & quie-
„ ta permansione tractanda occurrerint, maturo Consi-
„ lio tractare, & consultare, atque omnia, & singula;
„ ita prout ad totius Reipublicæ commodum, & utilita-
„ tem convenientius fore videbuntur, concludere de-
„ beatis secus non facturi. Datum Vigesima Prima
„ Novembris Anno Domini Milesimo Quingentesimo
„ Quinquagesimo Octavo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus
Stringoniensis E. m. p.
Joan. Listhius m. p.

Eo-

Eodem Anno 1559. Maximilianus Archidux ſcripſit Comitatibus Regni Hungariæ Majeſtatem Cæſareo Regiam ad interpoſitionem ſuam tandem ſtatuta Regni ultimæ Diætæ 1559. pro Feſto Epiphaniarum Domini celebratæ ratihabuiſſe, ac una etiam jubet, ut Dicam eadem occaſione pro conſervatione confiniorum Diætaliter reſolutam Dicatoribus, per eandem Suam Majeſtatem eatenus expeditis ſolvi faciant dd. 25. May. 1559.

Anno 1561. Comitia pro Feſto Epiphaniarum Domini prius indicta Veſt. Comit. pag. 699. ſequentibus Prorogatoriis ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis in aliud commodius, ſed indeterminatum tempus dilata erant.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Judici, & Juratis „ Civibus Civitatis noſtræ Sopronienſis, &c. Fi- „ delibus nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum „ Electus Imperator ſemper Auguſtus, ac Germa- „ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti! „ Licet pro ea, qua ſemper erga Regnum hoc no- „ ſtrum Hungariæ, ejusque defenſionem ab initio fui- „ mus cura adducti proximis quoque diebus gravibus, „ & arduis cauſis, ac rationibus ad publicum ejusdem „ Regni noſtri bonum, ſingulorumque defenſionem, „ quietem, & permanſionem veſtram ſpectantibus ge- „ neralem vobis, cæterisque univerſis ejusdem Regni „ noſtri Statibus atque Ordinibus Conventum pro Fe- „ ſto Epiphaniarum Domini jam proxime venturo „ Poſonium indixerimus, eidemque nos perſonaliter „ præfuturos ſignificaverimus. Quia tamen in præſen-

„ tia-

„ tiarum ex sese nobis præter omnem expectationem „ nostram obtulerunt aliæ occasiones, & commoditates, de vestra non solum defensione, verum etiam „ Deo bene fortunante liberatione cum summo Pontifice, Regibus item, & Potentatibus Christianitatis „ (id quod vos quoque aliqua in parte hactenus intelligere potuisse arbitramur) tractandæ, ut si prout „ decreveramus, prædictum Conventum celebrare, eique „ personaliter nos interesse oporteret, id cum summo, „ non solum dicti Regni nostri Hungariæ, & vestro, „ verum etiam totius Christianitatis dispendio, atque „ damno esset futurum, tantis de procuranda, parandaque vobis solida quiete, & liberatione, tam idoneis, „ longeque majoribus, & commodioribus, quam in „ Diæta ipsa tractari possent, occasionibus nunc sane „ divinitus, ut credere licet oblatis faciendum necessario duximus, ut intermisso hac vice generali Conventu per nos indicto, ea, quæ ad majorem totius Regni utilitatem spectare, & si nunc negligantur, summis postea etiam votis, atque laboribus haud consequi posse videntur, agere, & tractare non intermittamus. Idcirco ob causas prædeclaratas celebrationem „ Conventus prædicti in aliud commodius tempus differentes, Fidelitatem vestram, & vestrum singulos „ clementer hortamur, ut hanc mutatam de dicto „ Conventu Sententiam nostram patienter feratis, quam „ primum autem de eo celebrando aliquid, quod haud „ diu differemus, statuerimus, diem, & locum ejus „ celebrandi per Litteras nostras vobis statim ad scitum „ dabimus; Interim domi manentes ea, quæ ad vestram „ contra adversarios & hostes defensionem spectant, „ cum aliis fidelibus subditis nostris præcipue aliquo „ ea de re mandato nostro admoniti diligenter curetis, „ quæ quidem vobis ita significare voluimus, ut iis, „ quæ post indictum proxime Conventum intervenerunt, „ & sine summo totius Regni, ac Christianitatis dispendio, damnoque negligere non possumus, vos ac-

„ com-

„ commodare ſciatis, ſecus non facturi. Datum Vien-
„ næ die Vigeſima Tertia Decembris Anno Domini
„ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſſimo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus Strigonienſis E. m. p.
Joan. Liſthius. m. p.

Re ipſa Ferdinandus hoc eodem anno alia Comitia pro die 1. Auguſti Poſonium ſequentibus Litteris Regalibus ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis indixit.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Judici, & Juratis
„ Civibus Civitatis noſtræ Sopronienſis Fidelibus
„ nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Electus Ro-
„ manorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti. Meminiſſe vos
„ haud dubie credimus, indictum per nos fuiſſe ſupe-
„ rioribus temporibus univerſis Fidelibus Regni no-
„ ſtri Hungariæ ſubditis, pro Feſto Epiphaniarum Do-
„ mini proxime præterito generalem Conventum, cum
„ tamen intervenientibus medio tempore arduis qui-
„ busdam negotiis ad ſalutem bonumque publicum
„ dicti Regni noſtri ſpectantibus, de quibus nos cum
„ ſummo Pontifice, Regibus item, & Principibus, aliis-
„ que Potentatibus Chriſtianitatis, tunc temporis agere,
„ & tractare oportebat, in aliud commodius tempus
„ fuiſſe dilatum, ne ſcilicet ea, quæ tunc pro bono
„ Regni plusquam Diæta ipſa conducere videbantur,
„ poſthaberemus, ſummeque, & diu expectatam oc-
„ caſionem e manibus elabi pateremur. Quum itaque
„ finitis iis negotiis aliæ ſtatim diverſæ curæ, & ne-
„ gotia nos excepiſſent, ab indicendo generali Con-
„ ventu nos hucusque ſuperſedere neceſſario oportuit,
„ iis tamen nunc aliquantum laxatis, nullam in cele-

„ branda Diæta longiorem moram seu dilationem,
„ prout id nos facturos jam antea nostris ad vos hac
„ de re datis Litteris significaveramus, facere volui-
„ mus. Et propterea generalem Conventum univer-
„ sis Regni nostri Hungariæ, & partium ei subjecta-
„ rum fidelibus subditis nostris ad primum diem men-
„ sis Augusti proxime venturum in Civitatem nostram
„ Posoniensem indicendum, promulgandumque decre-
„ vimus, ut eo in Conventu de rebus, & negotiis ad
„ defensionem, & bonum Regni publicum pertinenti-
„ bus per nos cum fidelibus Regnicolis nostris una
„ agi, tractarique possit. Fidelitati igitur vestræ harum
„ serie committimus, & mandamus, ut ad diem, &
„ locum præscriptum certos e medio vestri Nuncios
„ cum plena informatione, & autoritate ad tractanda,
„ agenda, & concludenda publica Regni negotia præ-
„ dicta expedire, omnemque operam dare debeatis, ut
„ tales Nuncii vestri citra aliquam moram in ipso istius
„ Conventus generalis præfixo die certo semota omni
„ excusatione compareant, secus sub pœna decreti
„ non facturi. Datum Viennæ decima septima die
„ mensis Junii, Anno Domini Millesimo Quingentesi-
„ mo Sexagesimo Primo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus Strigoniensis E. m. p.
Joan. Listhius m. p.

Sed mox iterum eadem in aliud indetermi-natum tempus sequentibus prorogatoriis ex authen-tico Archivi ejusdem Civitatis Soproniensis exem-plari desumtis distulit:

„ Prudentibus, ac Circumspectis Magistro Civium,
„ Judici, & Juratis Civibus, Civitatis nostræ So-
„ proniensis &c. Fidelibus nobis dilectis!
„ Ferdinandus Divina favente Clementia Romano-
„ rum electus Imperator semper Augustus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti Fideles nobis dile-
„ cti! Quamvis proxime elapſis diebus commiſeramus
„ vobis, ut ad generalem Conventum, quem ad Ci-
„ vitatem noſtram Poſonienſem pro prima die Men-
„ ſis Auguſti proxime ventura univerſis Regni noſtri
„ Hungariæ Statibus, & Ordinibus, ac vobis quo-
„ que indixeramus, certos de medio veſtri internun-
„ cios expedire deberetis; quum tamen in præſentia-
„ rum acciderint nobis præter omnem noſtram expe-
„ ctationem certa quædam, & ardua non ſolum no-
„ ſtra, ſed etiam Reipublicæ Chriſtianæ negotia, alia-
„ que nonnulla impedimenta, quæ nos ejusmodi Diæ-
„ tæ per nos jam indictæ, & promulgatæ celebratio-
„ nem in aliud commodius tempus prorogare, & dif-
„ ferre neceſſario cogant, videamusque alioquin etiam
„ fidelibus noſtris ſubditis grave futurum, ſi eo ipſo
„ tempore, quo meſſis nunc inſtans potiſſimum cui-
„ que peragenda eſt, a domibus ſuis longius abeſſe
„ cogantur, Fidelitati veſtræ harum ſerie ſignificare
„ voluimus, celebrationem dicti generalis Conventus
„ ad primum diem jam proxime affuturi menſis Au-
„ guſti indictam ob cauſas prædictas pro nunc per nos
„ dilatam, & in aliud commodius tempus prorogatam
„ eſſe, mandantes vobis propterea, ut ab expeditione
„ prædictorum internunciorum veſtrorum pro hac vice
„ ſuperſedere, & a nobis alium Diætæ generalis ter-
„ minum, cujus celebrationem ob ardua, & multa
„ negotia, quæ in illa nobis cum Regnicolis noſtris
„ tractanda, & agenda forent, in longum non differe-
„ mus, expectare debeatis, ſecus non facturi. Datum
„ Viennæ decima Julii, Anno Domini Milleſimo Quin-
„ genteſimo Sexageſimo Primo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus
Strigonienſis E. m. p.
Joan. Liſthius m. p.

Deinceps hoc Anno 1561. & 1562. nulla Comitia vel indicta vel celebrata fuisse patet ex eo, quod Ferdinandus non nisi

Anno 1563. sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis exemplari desumtis Posonium pro Festo S. Stephani seu 20. Augusti indixerit.

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium
„ Judici, & Juratis, cæterisque Civibus Civitatis
„ nostræ Sopronienfis &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia electus Ro-
„ manorum Imperator semper Augustus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dile-
„ cti! Meminisse vos haud dubie credimus, indictum
„ fuisse per nos superioribus temporibus fidelibus
„ Regni nostri Hungariæ subditis pro Festo Epiphania-
„ rum Domini Anni Millesimi Quingentesimi Sexage-
„ simi Primi proxime præteriti generalem Conventum,
„ eum tamen intervenientibus medio tempore arduis
„ quibusdam negotiis ad salutem, bonumque ejusdem
„ Regni nostri publicum spectantibus, de quibus nos
„ cum summo Pontifice, Regibus item, & Principibus,
„ aliisque Potentatibus Christianitatis, tunc temporis
„ agere oportebat, in aliud commodius tempus fuisse
„ dilatum, ne scilicet ea, quæ tunc pro bono Regni
„ plusquam Diæta facere videbantur, posthaberemus,
„ summeque,& diu expectatam occasionem e manibus ela-
„ bi pateremur. Quibus quidem impedimentis accessit
„ postea sævitia pestis diuturnæ, quæ non solum Regnum
„ hoc nostrum Hungariæ, verum etiam alia nonnulla
„ Regna, & Provincias nostras longe lateque perva-
„ gata est; Constare insuper vobis arbitramur, quod

„ an-

„ anno proxime elapso Serenissimum Principem Do-
„ minum Maximilianum Romanorum, & Bohemiæ
„ Regem Filium nostrum Charissimum in Regno no-
„ stro Bohemiæ coronari, & inde in Sacrum Roma-
„ num Imperium profecti eundem unanimi omnium
„ Principum Electorum voto, præsentibus aliis quo-
„ que quam plurimis ejusdem Imperii ecclesiasticis
„ pariter, & sæcularibus Principibus in Romanorum
„ quoque Regem solenniter declarari, & coronari fe-
„ cerimus, & hoc quidem Deo optimo maximo pro-
„ pitio pro nostra erga Regnum istud nostrum solli-
„ citudine, & paterno affectu mature, & feliciter, ut
„ scilicet conjunctis Imperii, & Regni Bohemiæ viri-
„ bus vestræ, ceterorumque fidelium subditorum nostro-
„ rum quieti, atque saluti consuleretur. Tandem vero
„ cum huc venissemus, generalis Concilii Tridentini
„ negotiis aliquamdiu remorati sumus, ut illud tan-
„ quam summus Ecclesiæ Dei advocatus imprimis ad
„ Divinæ Suæ Majestatis gloriam, deinde totius Chri-
„ stianitatis unitatem pro virili nostra promoveremus.
„ His itaque omnibus finitis, nullam in celebranda
„ generali Diæta ipsa longiorem moram seu dilatio-
„ nem facere voluimus, & propterea Generalem Con-
„ ventum universis Regni nostri Hungariæ, & Partium
„ ei subjectarum fidelibus subditis nostris pro Festo
„ Sancti Stephani Regis, & Confessoris proxime ven-
„ turo, quod est vigesima dies proximi Mensis Au-
„ gusti, ad Civitatem nostram Posoniensem indicere, pro-
„ mulgareque decrevimus. Quo quidem in Conventu
„ cum aliis de rebus, & negotiis publicis ad defen-
„ sionem, & Bonum Regni pertinentibus more consue-
„ to agi, & tractari volumus, tum vero quia Status,
„ & Ordines Regni ipsius nostri Hungariæ in pleris-
„ que Diætis nos supplicarunt, ut quotiescunque nos
„ ab eodem Regno nostro longius abesse contingeret,
„ serenissimus Princeps Dominus Maximilianus Roma-
„ norum, & Bohemiæ Rex Filius noster charissimus

„ inter ipſos manendo Regni curam poſt nos gereret,
„ conſiderato, quod poſtquam Dei optimi maximi be-
„ nignitate ad hoc Cæſareæ dignitatis Culmen, & Fa-
„ ſtigium evecti ſumus, non ſolius Regni noſtri Hun-
„ gariæ, ſed totius Chriſtianitatis regendæ, & guber-
„ nandæ cura nobis incumbat. Et propterea ab eo-
„ dem Regno noſtro ſæpius, & aliquando diutius pro
„ Regni quoque iſtius noſtri bono nos abeſſe oporteat,
„ eundem ſereniſſimum Principem Dominum Maximi-
„ lianum Romanorum, & Bohemiæ Regem Filium no-
„ ſtrum primogenitum chariſſimum pro ſingulari, &
„ paterno in illius Serenitatem amore noſtro, veſtraque,
„ & omnium Fidelium noſtrorum utilitate in legiti-
„ mum poſt nos Hungariæ Regem recipiendum, pro-
„ nunciandum, declarandum, recognoſcendum, & acce-
„ dente omnium conſenſu, ſcitu, & approbatione Or-
„ dinum, & Statuum Regni juxta veterem morem,
„ & conſuetudinem in primogenitis divorum quon-
„ dam Hungariæ Regum prædeceſſorum noſtrorum ob-
„ ſervatum, debita ſolemnitate coronandum decrevi-
„ mus. Nihil dubitantes, quod, quemadmodum ha-
„ ctenus idem Filius noſter in procurandis, & pro-
„ movendis his, quæ ad utilitatem, ſalutem, & incolu-
„ mitatem Regni iſtius noſtri, veſtramque, & omnium
„ Fidelium noſtrorum ſpectant, nusquam defuit, ita
„ impoſterum quoque hoc ſtimulo excitatus, quibus-
„ libet ejusdem Regni noſtri commodis majori adhuc
„ animi ardore, alacritate, & vigilantia nobiſcum una
„ incumbat. Fidelitati igitur veſtræ harum ſerie fir-
„ miter committimus, & mandamus, ut ad diem, &
„ locum prænominatum ſpeciales, & ſolemnes veſtros
„ legatos, & nuncios de medio veſtri electos cum
„ plena informatione, & autoritate ad tractanda agen-
„ da, & concludenda negotia prædicta mittere, &
„ expedire debeatis. Et quia ad præfatum diem per-
„ ſonaliter Poſonii certo comparere decrevimus, ac
„ poſtea alia multa, & ardua negotia habituri ſumus,

„ quæ

„ quæ ad vestram, & totius Christianitatis utilitatem
„ pertinent, volumus, & vobis serio committimus, ut
„ ad præfatum Festum Sancti Stephani Regis dictos
„ nuncios, & legatos vestros certo, & indubitate, ne
„ scilicet expectare cogamur, ad prædictum locum
„ mittere, & expedire debeatis, ut hoc facto ipsi quo-
„ que eo maturius ad vos reverti possint. Secus sub
„ pœna generalis Decreti non facturi. Datum in Op-
„ pido nostro Oeniponti sexta die mensis Junii, Anno
„ Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Franciscus Forgách E. Varadien. m. p.

Paucis diebus, antequam has Regales ederet, scripsit Ferdinandus die 2. Junii ad Maximilianum Archi-Ducem jam Romanorum, & Bohemiæ Regem Litteras, quibus Hungarorum querelis respondens diserte declarat, mentem suam neque unquam fuisse, neque etiamnum esse Hungaros a consultatione rerum ad statum Regni Hungariæ pertinentium excludendi, quarum authenticum exemplar inter MSS. Kollariana, teste eorumdem Cathalogo N. 72. inter Neosoliensia habetur. Videntur Hungari sive iterata Comitiorum prorogatione, seu aliis indiciis eam suspicionem hausisse, quasi Ferdinandus usum Comitiorum sensim intermittere, postremo abolere vellet, ad quam dissipandam mox die 6. Junii, quas produxi, edidit Regales Litteras.

Anno 1564. virtute Articuli 30. A. 1563. pro reformatione Decretorum sequentibus Litteris

ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis Poſonium ad 1. diem Menſis Auguſti Ferdinandus convocavit Regnicolas.

„ Prudentibus, & Circumſpectis, Magiſtro Civium
„ Judici, & Juratis, Civibus Civitatis noſtræ So-
„ pronienſis &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Electus Ro-
„ manorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti, Fideles nobis di-
„ lecti! Non dubitamus vos recenti adhuc memoria
„ tenere, quod ad frequentes veſtras, & aliorum Fi-
„ delium noſtrorum ſupplicationes, cum antea perſæ-
„ pe, tum vero poſtremo etiam in proxime præterita
„ Diæta Poſonienſi nobis factas, clementer aſſenſi ſu-
„ mus, ut Leges, & Jura Regni iſtius noſtri Hunga-
„ riæ per idoneas, & juris peritas perſonas in bonum
„ aliquem ordinem redigerentur, & a quibusdam abu-
„ ſibus, quæ in illis animadverterentur, repurgata, ac
„ reformata nobis offerrentur, ut ſic tandem accedente
„ gratioſa noſtra approbatione, & publico Regni con-
„ ſenſu in proxime futura Diæta in publicum Regni
„ iſtius noſtri prædicti, & fidelium noſtrorum commo-
„ dum, & utilitatem promulgarentur. De quo quidem
„ edita eſt etiam in dicta præterita Diæta conſtitutio,
„ qua decretum eſt, ut ad primum diem Menſis Au-
„ guſti proxime futuri ex ſingulis Comitatibus, Capitu-
„ lis, & liberis Civitatibus ſingulo uno idoneo, Juri-
„ umque, & Legum Hungaricarum perito homine, ii
„ apud fidelem Locumtenentem noſtrum Poſonii con-
„ veniant: ibique quæ ad prædictum negotium dili-
„ genter conficiendum pertinebunt, peragant. Cum
„ autem dictus jam, & præſcriptus dies præ foribus ſit,
„ & nos quoque aliquos ex Conſiliariis noſtris, atque
„ Juris peritis quoque viris eo miſſuri ſimus; Fideli-

„ tati

„ tati vestræ harum serie significandum, & firmiter
„ committendum esse duximus, ut aliquem e medio
„ vestrum idoneum, & Jurium Regni peritum, ac
„ prudentem, atque usu rerum peritum hominem de-
„ ligatis, eumque rebus ad præfatum negotium neces-
„ sariis bene, ac sufficienter instructum ad præscri-
„ ptum diem Posonium ad præfatum Locumtenentem
„ nostrum ablegetis, ut quod in Diæta conclusum est,
„ suum in publicum commodum sortiatur effectum.
„ Secus non facturi. Datum Viennæ Vigesima octava
„ die Junii, Anno Domini Millesimo Quingentesimo
„ Sexagesimo Quarto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus m. p.
Strigoniensis Ep.
Andreas Dudith Sbardellat
Episcopus Quinque Ecclesiensis.

Sed plura etiam objecta, aut saltem negotiationem cupri præteritis Diætis restrictam eum in isto Conventu per Regnicolas tractari voluisse, sequentes itidem ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis Exemplari desumtæ Litteræ docent.

„ Prudentibus, & Circumspectis Judici, & Juratis,
„ Civibus Civitatis nostræ Soproniensis &c. Fide-
„ libus nobis dilectis.

„ Ferdinandus Divina favente Clementia Electus Ro-
„ manorum Imperator semper Augustus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dile-
„ cti. Cum nuper Cuprum e fodinis nostris Novizo-
„ liensibus erutum in loca finitima Turcis subjecta di-
„ strahendum educeretur, a militibus Corponensibus
„ vigore publicæ constitutionis in proxima præterita
„ Diæta

„ Diæta nostra Posoniensi editæ, ademtum fuit; Ea
„ res ab iis, quorum interest, ad nos delata, & a
„ negotiatoribus, qui ad culturam fodinarum illarum
„ pecuniam suam subministrant, demonstratum nobis
„ est, nisi ei rei mature occurramus, fore ut ipsi pen-
„ sionem ex pacto nobis debitam posthac solvere non
„ possint, propterea quod ita cum illis nomine nostro
„ transactum fuerit, ut quæcunque in loca vellent cu-
„ prum educere, & vendere possent, nunc vero quo-
„ niam, quod illis ex pacto concessum fuit, id rur-
„ sum denegatur, se quoque præmissis stare, & pecu-
„ niam, de qua jam inter nos convenerat, pendere
„ amplius nullo modo velle, neque posse. Quod qui-
„ dem si fieret, in magnum & Regni istius, & Fisci
„ nostri periculum, ac damnum procul dubio eveni-
„ ret; Nam si hi, a quibus nunc ad culturam fodinarum
„ illarum pecunia erogatur, a pactis conventis discef-
„ serint, non habemus nunc, neque posthac haberi
„ ulli homines poterunt, qui nobiscum in ullum tracta-
„ tum descendere, aut qui pecuniam suam nobis ad
„ ipsarum fodinarum culturam mutuo dare velint, si
„ distractio cupri eis commoda denegetur. Nos vero
„ cum infinitis ut probe nostis in omnibus Regni par-
„ tibus, expensis, ac sumtibus, tum ad varia onera
„ Regni sufferenda, tum vero ad præsidia omnium
„ fere finitimarum Arcium Regni assidue alenda maxi-
„ me gravemur. In quos non istius solum Regni,
„ verum etiam aliorum Dominiorum, & provinciarum
„ nostrarum proventus pro vestra, & aliorum Fidelium
„ nostrorum salute insumere cogimur, nullam hoc tem-
„ pore expeditam rationem habemus, qua rebus ad
„ cultum fodinarum necessariis prospicere possimus.
„ Ita fiet procul dubio, sicut jam diximus, ut magnum,
„ & irrecuperabile damnum tum nos ipsi, tum Re-
„ gnum istud nostrum ex prædictæ culturæ intermissione,
„ ac desolatione accipiamus. Quare ut ei rei tempe-
„ stive occurratur, & omne malum, quod hinc eve-

„ nire

„ nire possit, procul avertatur. Fidelitates vestras „ clementer hortamur, & monemus, ut eum ipsum „ hominem vestrum, quem e medio vestri Posonium „ ad primum diem Augusti pro reformatione decreti „ missuri estis, de hac re informetis, & si jam iter „ ingressus esset, cum hæ nostræ vobis redderentur, „ tum vero per Litteras ei vestram sententiam declaretis, plenumque mandatum detis, & potestatem faciatis, ut ibi cum cæteris Fidelibus nostris, quod ex „ usu, ac commodo tum Regni istius nostri, tum „ etiam nostro, & quod ad permansionem ipsarum fodinarum fore existimaveritis, in medium nomine etiam „ vestro consulatur, & ita de re tota deliberetis, ac „ concludatis, ut clementi huic requisitioni nostræ, „ & admonitioni, & Patriæ vestræ saluti optime per „ vos consultum esse appareat. Secus non facturi. „ Datum Viennæ sexta mensis Julii, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus
E Strigoniensis m. p.
Andreas Dudith Sbardellat
E. Quinque Ecclesiensis m. p.

Maximilianus etiam Comitatus Litteris suis hortatus, ut ablegatis suis pro reformatione decretorum mittendis instructionem dent, quo cupri negotiatio etiam ad partes Turcicas admittatur, inter cætera etiam sequentia memorat:

„ Scripsit ad vos nuper singilatim Sacra quondam „ Cæsarea Majestas Dominus, & Genitor noster „ colendissimus piæ memoriæ, ut Nuncio sive homini vestro, quem ad primum diem jam instantis mensis Augusti Posonium pro reformatione Decreti Regni nostri Hungariæ essetis ex-

„ pedi-

„ Diæta nostra Posoniensi editæ, ademtum fuit; Ea
„ res ab iis, quorum interest, ad nos delata, & a
„ negotiatoribus, qui ad culturam fodinarum illarum
„ pecuniam suam subministrant, demonstratum nobis
„ est, nisi ei rei mature occurramus, fore ut ipsi pen-
„ sionem ex pacto nobis debitam posthac solvere non
„ possint, propterea quod ita cum illis nomine nostro
„ transactum fuerit, ut quæcunque in loca vellent cu-
„ prum educere, & vendere possent, nunc vero quo-
„ niam, quod illis ex pacto concessum fuit, id rur-
„ sum denegatur, se quoque præmissis stare, & pecu-
„ niam, de qua jam inter nos convenerat, pendere
„ amplius nullo modo velle, neque posse. Quod qui-
„ dem si fieret, in magnum & Regni istius, & Fisci
„ nostri periculum, ac damnum procul dubio eveni-
„ ret; Nam si hi, a quibus nunc ad culturam fodinarum
„ illarum pecunia erogatur, a pactis conventis discef-
„ serint, non habemus nunc, neque posthac haberi
„ ulli homines poterunt, qui nobiscum in ullum tracta-
„ tum descendere, aut qui pecuniam suam nobis ad
„ ipsarum fodinarum culturam mutuo dare velint, si
„ distractio cupri eis commoda denegetur. Nos vero
„ cum infinitis ut probe nostis in omnibus Regni par-
„ tibus, expensis, ac sumtibus, tum ad varia onera
„ Regni sufferenda, tum vero ad præsidia omnium
„ fere finitimarum Arcium Regni assidue alenda maxi-
„ me gravemur. In quos non istius solum Regni,
„ verum etiam aliorum Dominiorum, & provinciarum
„ nostrarum proventus pro vestra, & aliorum Fidelium
„ nostrorum salute insumere cogimur, nullam hoc tem-
„ pore expeditam rationem habemus, qua rebus ad
„ cultum fodinarum necessariis prospicere possimus.
„ Ita fiet procul dubio, sicut jam diximus, ut magnum,
„ & irrecuperabile damnum tum nos ipsi, tum Re-
„ gnum istud nostrum ex prædictæ culturæ intermissione,
„ ac desolatione accipiamus. Quare ut ei rei tempe-
„ stive occurratur, & omne malum, quod hinc eve-

„ nire

„ nire posset, procul avertatur. Fidelitates vestras
„ clementer hortamur, & monemus, ut eum ipsum
„ hominem vestrum, quem e medio vestri Posonium
„ ad primum diem Augusti pro reformatione decreti
„ missuri estis, de hac re informetis, & si jam iter
„ ingressus esset, cum hæ nostræ vobis redderentur,
„ tum vero per Litteras ei vestram sententiam decla-
„ retis, plenumque mandatum detis, & potestatem fa-
„ ciatis, ut ibi cum cæteris Fidelibus nostris, quod ex
„ usu, ac commodo tum Regni istius nostri, tum
„ etiam nostro, & quod ad permansionem ipsarum fo-
„ dinarum fore existimaveritis, in medium nomine etiam
„ vestro consulatur, & ita de re tota deliberetis, ac
„ concludatis, ut clementi huic requisitioni nostræ,
„ & admonitioni, & Patriæ vestræ saluti optime per
„ vos consultum esse appareat. Secus non facturi.
„ Datum Viennæ sexta mensis Julii, Anno Domini Mil-
„ lesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Nicolaus Olahus
E Strigoniensis m. p.
Andreas Dudith Sbardellat
E. Quinque Ecclesiensis m. p.

Maximilianus etiam Comitatus Litteris suis hortatus, ut ablegatis suis pro reformatione decretorum mittendis instructionem dent, quo cupri negotiatio etiam ad partes Turcicas admittatur, inter cætera etiam sequentia memorat:

„ Scripsit ad vos nuper singilatim Sacra quondam
„ Cæsarea Majestas Dominus, & Genitor noster
„ colendissimus piæ memoriæ, ut Nuncio sive ho-
„ mini vestro, quem ad primum diem jam in-
„ stantis mensis Augusti Posonium pro reforma-
„ tione Decreti Regni nostri Hungariæ essetis ex-
„ pedi-

„ pedituri. Datum Viennæ ante penultima men-
„ ſis Julii A. 1564.

Petebatur nimirum, ut Cuprum Neoſolienſe ad partes etiam Turcicas non obſtante interdicto ultimæ præteritæ Diætæ evehi poſſit, atque adeo, ut interdictum hoc ſufferatur, *Cum hoc interdictum non educendi cupri ad apertiſſimum, & irreparabile damnum* fodinarum eſſe dicatur. Ad quod poſtulatum extat: Reſponſum DD. Prælatorum Baronum, ac Nunciorum Capitulorum, Comitatuumque, & Civitatum nunc Poſonii exiſtentium ad Propoſitionem DD. Conſiliariorum Cameræ S. C. & R. Majeſtatis nomine Suæ Majeſtatis factam. Datum Poſonii d. 25. Auguſti A. D. 1564. in quo ſequentibus ſemet excuſant:

„ Quia tamen hic perpauci ſumus ita, ut de DD.
„ Prælatis quatuor tantum, de numero vero Ba-
„ ronum nec tot quidem præſentes ſint, Comita-
„ tuum vero minima tantum pars convenerit,
„ & major abſit, non ſumus arbitrati, ut nobis
„ perpaucis tantum audaciæ præſumeremus, ut
„ ea, quæ in Diæta præterita per omnes Status,
„ & OO. Regni ſtatuta, & concluſa ſunt, nos
„ numero valde pauci privatis tractatibus abroga-
„ re, & reſcindere poſſemus. Cum abſentes Sta-
„ tus, & OO. Regni non iniquo Jure nos pro
„ ea re cenſuris aliquibus obnoxios eſſe dicere
„ poſſint: Præterea Nuncii quoque paucorum Co-
„ mitatuum, & Capitulorum, Civitatumque, qui
„ nunc hic ſunt, ſe nullam talem Inſtructionem,
„ cum huc mitterentur, a ſuis accepiſſe affir-
„ mant, ut aliis Nunciis abſentibus ipſi quapiam
„ de re deliberare præſumerent. Itaque quo mi-
„ nus

„ nus hanc rem prout vellemus, efficere possi-
„ mus non voluntas, sed paucitas nostra, & Nun-
„ ciorum ex aliis locis, Comitatibusque absentia
„ impedit. "

SUB MAXIMILIANO REGE.

Anno 1567. ad diem I. Junii Posonium Co. mitia sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis exemplari desumtis indicta erant.

„ Prudentibus, & Circumspectis, Magistro Civium
„ Judici, & Juratis Civibus nostræ Civitatis So-
„ proniensis. &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Maximilianus Secundus Dei gratia Electus Roma-
„ norum Imperator, semper Augustus, ac Germa-
„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dile-
„ cti. In quantis adversitatibus, & periculis versentur
„ modicæ istæ Regni nostri Hungariæ reliquiæ, nemo
„ est fidelium nostrorum subditorum, qui nesciat;
„ quando vix sit quisque, qui calamitatem ipsam hacte-
„ nus non senserit, aut eam præ foribus sibi instare
„ non animadvertat. Ad hæc quidem mala avertenda,
„ & a cervice fidelium nostrorum, quæ pertinent,
„ eorum nihil cum alias omni cura atque sollicitudine
„ omisimus, tum etiamnum non negligimus quicquam,
„ quin hac sola de causa jam a certis mensibus alia
„ Regna atque Provincias nostras peragrando apud
„ Status, & Ordines Sacri quoque Romani Imperii
„ per legatos nostros ea sollicite dies, & noctes cu-
„ ramus, quæ ad eadem ipsa pericula vestra evitanda,
„ & propulsanda facere putamus, Quum autem sum-
„ me necessarium sit, ut his ipsis de rebus, quemad-

„ mo-

„ modum jam cum eorundem Regnorum, & Provin-
„ ciarum ſubditis, ac ipſo etiam Imperio, ita vobiſcum
„ quoque coram agamus, & tractemus, idque ſine
„ longiore mora. Decrevimus finitis his, quod brevi
„ futurum ſperamus, negotiis noſtris Regnum quoque
„ noſtrum Hungariæ inviſere, & generalem in eo Con-
„ ventum ad primum diem proxime venturi menſis
„ Junii perſonaliter in Civitate noſtra Poſonienſi cele-
„ brare, convocatis itaque ad eum diem certis omni-
„ bus fidelibus Regni noſtri Hungariæ Statibus atque
„ Ordinibus, Fidelitati quoque veſtræ, & veſtrum ſin-
„ gulis firmiter committimus, & mandamus, ut ad
„ diem, & locum præſcriptum veſtros cum plena in-
„ ſtructione, & authoritate mittatis internuncios viros
„ ſcilicet idoneos, & ſufficientes de medio veſtri ele-
„ ctos, quibus cum de inſtantium, & ingentium peri-
„ culorum rebus, & aliis quoque negotiis ad commu-
„ nem Regni noſtri Hungariæ ſalutem atque perman-
„ ſionem ſpectantibus, maturo cum conſilio agere, tra-
„ ctare, atque concludere poſſimus, ſecus non facturi.
„ Datum in Arce noſtra Regia Pragenſi die vigeſima
„ menſis Aprilis Anno &c. Sexageſimo Septimo Re-
„ gnorum noſtrorum Romani quinto, Hungarici quar-
„ to, Bohemici vero decimo nono.

Maximilianus (L. S.) Joan. Liſthius m. p.

Anno 1569. jam pro Feſto Epiphaniarum Domini Poſonium Comitia indicta fuiſſe, didici ex quibusdam Litteris Maximiliani II. Regis, quibus Capitulo Zagrabienſi mandat, ut Litteras certificatorias Urſulæ Meknitzer Viduæ Andreæ Henningh aliter Thewſſenpach exhibeat:

„ Quod

„ Quod ipſo decimo quinto die primi diei generalis Congregationis, ſeu Diætæ per Majeſtatem noſtram fidelibus noſtris Prælatis, & Baronibus, cæterisque Statibus, & OO. Regni noſtri Hungariæ prædicti, pro Feſto Epiphaniarum Domini proxime venturo Poſonii indictæ, perſonaliter, & non per procuratorem coram nobis, & dictis DD. Prælatis, & Baronibus, ceterisque Statibus, & OO. ejusdem Regni noſtri Hungariæ in ipſa generali Congregatione, ſeu Diæta conſtitutis, modis omnibus comparere debeat, & teneatur. Certificando inſuper eandem ibidem, quod ſive ipſa termino in præſcripto coram nobis, & dictis DD. Prælatis, & Baronibus, cæterisque Statibus, & OO. Regni noſtri Hungariæ prædicti perſonaliter, & non per procuratorem compareat, ſive non, nos una cum præfatis DD. Prælatis, & Baronibus cæterisque Statibus, & OO. ejusdem Regni noſtri Hungariæ id faciemus in promiſſis, quod ordo Juris, & Decreta Regni noſtri Hungariæ dictaverint.

Dilata itaque Comitia iſta fuerint, cum nonniſi pro die I. Auguſti iterum indicta, celebrata ſint, uti ſequentes Regales Litteræ ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis Exemplari deſumtæ teſtantur.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Judici, ac Juratis Civibus Civitatis noſtræ Sopronienſis, &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Maximilianus Secundus Dei gratia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Pru-

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Intellexisse vos jam antea non dubitamus binis ex
„ Litteris nostris, quarum unis ad initium statim præ-
„ sentis anni Conventum fidelibus Regnicolis nostris
„ Hungaris generalem indixeramus, alteris vero publi-
„ catum distuleramus, quanto desiderio cupiverimus
„ in medium fidelium subditorum nostrorum Hungaro-
„ rum venire, factaque illis præsentiæ nostræ copia de
„ necessariis, iisdemque arduis cum nostris tum Re-
„ gni nostri Hungariæ publicis pariter, & privatis ne-
„ gotiis coram cum illis agere, quibus item difficul-
„ tatibus præpediti ab hoc nostro proposito discedere,
„ & majoris necessitatis, quæ non minus bonum Re-
„ gni hujus nostri, quam totius Reipublicæ Christianæ
„ publicum concernebat, rationem habere debueri-
„ mus. Quo quidem desiderio adhuc pro solito, &
„ peculiari nostro erga hoc afflictum Regnum nostrum
„ Hungariæ affectu, quo illi quoque tempore omnibus
„ modis bene prospectum, atque provisum esse cupi-
„ mus, adhuc summopere tenemur. Et licet difficul-
„ tates, & impedimenta, quæ antea nobis obstabant,
„ nondum remiserint, habita tamen ratione majoris
„ necessitatis stabiliendarum, & confirmandarum rerum
„ nostrarum Hungaricarum intermittere noluimus, quin
„ eorundem, quorum antea negotiorum causa vel nunc
„ tandem generalem universis fidelibus Statibus, &
„ Ordinibus Regni nostri Hungariæ Conventum, cui
„ & personaliter Deo benigniter concedente interesse
„ decrevimus, ad primum diem mensis Augusti proxi-
„ me venturi in Civitatem nostram Posoniensem publi-
„ caremus; Quod quia sic apud nos decretum, &
„ omnibus Regni nostri Statibus publicatum est, Fide-
„ litati quoque vestræ firmiter committimus, & man-
„ damus, ut ad diem prædictum de medio vestri nun-
„ tios quam primum deligatis, ac plena, & sufficienti
„ cum instructione, & facultate in tempore ita expe-
„ diatis, ut ultra præfixum diem nullomodo emaneant,

„ sed

„ sed ad eum certo Posonii apud nos compareant,
„ ut ibi cum ipsis, cæterisque Fidelibus Regnicolis no-
„ stris de rebus, & negotiis prædictis cum publicis,
„ tum quorumcunque Fidelium nostrorum privatis, præ-
„ cipue tamen ad communem omnium salutem, &
„ permansionem, publicamque tranquillitatem perti-
„ nentibus agere, & tractare, ac tandem de omnibus
„ optato fine concludere, & determinare possimus.
„ Secus sub pœna decreti non facturi. Datum Vien-
„ næ prima die mensis Julii Anno Domini Millesimo
„ Quingentesimo Sexagesimo Nono.

Maximilianus m. p. (L. S.) Joan. Listhius E. Veszprimiensis m. p.

In his Comitiis invenio Comitem Franciscum de Nádasd a die 4. Augusti usque diem 17. Octobr. expensas fecisse 419. fl. 58. d. Tamdiu itaque Diæta ista duraverit, prout etiam ex subscriptione diplomatis Articulorum confirmatorii colligitur.

Anno 1572. Comitia prius ad Festum B. Martini Anni 1571. indicta, deinde ad Festum Epiphaniarum Domini Anni 1572. dilata, rursus inde ad Festum Purificationis B. V. M. sequentibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis desumtis prorogata erant:

„ Prudentibus, ac Circumspectis Magistro Civium
„ Judici, & Juratis, cæterisque Civibus Civitatis
„ nostræ Sopronienlis, &c. Fidelibus nobis dilectis!

„ Maximilianus Secundus Dei gratia Electus Roma-
„ norum Imperator, semper Augustus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Quamvis generalem Conventum pro Festo Sancti
„ Martini fidelibus nostris Regnicolis Hungaris antea
„ indictum nuper certis ex causis ad Festum usque
„ Epiphaniarum Domini proxime venturum prolon-
„ gaverimus, optaverimusque ex animo, ut vel tunc
„ saltem in medium fidelium Regnicolarum nostrorum
„ venire potuissemus. Quia tamen ex insperato inter-
„ venere nobis quædam alia ardua cum Sacri Romani
„ Imperii, tum vero Regni nostri Bohemiæ negotia,
„ quæ sine maximo detrimento etiam Regni hujus
„ nostri Hungariæ nec omittere, neque differre possu-
„ mus, sed eo ipso tempore, ad quod Diætam illam
„ distuleramus, agere, & tractare nos oportebit, signi-
„ ficare vobis clementer voluimus, quod cum dictam
„ ob causam, tum vero, quod pestis etiam in parti-
„ bus illis Posonio vicinis, necdum bene ut sperаba-
„ mus, cessarit, & alioquin etiam hyberno tempore,
„ præsertim in ista fere generali annonæ penuria, sat
„ incommoda sit Posonii cum Curiæ, tum vero Re-
„ gnicolis nostris hospitatio eoque magis, si Danubius
„ impediente glacie ponte sterni nequeat, generalem
„ ipsum Conventum nuper vobis, cæterisque Statibus,
„ & Ordinibus Regni nostri Hungariæ universis indi-
„ ctum a Festo Epiphaniarum Domini ad Festum usque
„ Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ anni proxi-
„ me sequentis distulimus. Mandantes propterea Fi-
„ delitati Vestræ, ut ad dictum Festum Purificationis
„ homines vestros sufficientes pro tractandis in Diæta
„ ipsa publicis Regni negotiis ad Civitatem nostram
„ Posoniensem cum plena potestate agendi, & tra-
„ ctandi expedire, & omnibus modis curare debeatis,
„ ut extra illum diem non emaneant. Nos enim cer-
„ to decrevimus Deo benigniter concedente ad illum
„ diem ibi personaliter adesse. Secus sub pœna De-
„ creti non facturi. Datum Viennæ duodecima die

„ Men-

„ Mensis Decembris. Anno Domini Millesimo Quin-
„ gentesimo Septuagesimo Primo.

Maximilianus m. p. (L. S.) Joannes Listhius E. Vesprimiensis m. p.

In Comitiis pro isto termino re ipsa celebratis editum est Decretum hujus Anni I. quod primum omnium, quantum hactenus detegere potui, in typo sub authentico ad concernentes Jurisdictiones ex Cancellaria Hungarica Aulica expeditum est, cum antea in scriptis solummodo Exemplaribus, & postea etiam uti statim hujus anni Decretum II. expedirentur. Habetur autem authenticum utriusque Decreti hujus anni Exemplar in Archivo Civitatis Soproniensis. Primi Art. 3. statuitur:

„ Aliam peculiarem Diætam per Majestatem suam
„ Cæsaream primo quoque tempore, quod Ma-
„ jestas Cæsarea maxime idoneum, & oportunum
„ fore censuerit, promulgandam esse, in qua co-
„ ronationis hujus (Rudolphi II.) celebritas per-
„ fici possit.

Factum id est in dictis Comitiis pro Festo Nativitatis B. V. M. ejusdem anni.

Legi ternas Epistolas Antonii Verantii Archiepiscopi Strigoniensis ad Comitem Franciscum de Nádasd, quarum una d. 1. Julii eidem scribit, ut pro coronatione Rudolphi II. cum centum Equitibus splendidissime compareat. Altera d. 9. Julii, ut cum Sua Majestas pro coronatione Rudolphi Archiducis terminum Festi Nativitatis B.M.V. Posonium

præfixerit, & magnus Regnicolarum, & Exterorum numerus confluxurus ſit, victualium omnis generis copiam ex Bonis ſuis cogere, & mature Poſonium ad divendendum convehi facere velit, & debeat, ne aliquis annonæ defectus, & caritas contingat. Tertiis denique die 5. Aug. jam Poſonio datis, ut ad præfixum pro coronatione Rudolphi II. terminum non obſtantibus falſis in contrarium rumoribus ſplendide compareat. Extat ejusdem Antonii Verantii Oratio gratulatoria ad Rudolphum Hungariæ Regem in Inauguratione Poſonii habita, altera item poſt reditum Viennæ 1573.

Anno 1573. indicta quidem Comitia fuiſſe ambiguis admodum Veſtigiis videri poſſet, nulla vero celebrata, & minus Decretum aliquod editum fuiſſe, & tamen in Enchiridio ſeu indice Nicolai Telegdi recenſentur:

„ Articuli Poſonienſes 1573.

Per quos quid deſignet, tanto minus capio, quod errorem in anno cubare ſuſpicari nequeam, ſiquidem & anni præcedentis 1572. utrumque, & ſequentis 1574. decreta eodem loco diſerte commemoret.

Anno 1574. Comitia Poſonium pro octava die Feſti Purificationis B. V. M. ſeu d. 10. Febr. ſequentibus Regalibus ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis Exemplari deſumtis indicta erant:

„ Pru-

„ Prudentibus, & Circumſpectis Judici, Magiſtro
„ Civium, Juratisque Civibus Civitatis noſtræ So-
„ proniensis &c. Fidelibus nobis dilectis!
„ Maximilianus Secundus Dei gratia Electus Roma-
„ norum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germa-
„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti Fideles nobis dilecti!
„ Quum publica Regni iſtius Hungariæ, partiumque illi
„ ſubjectarum negotia requirant, ut ea, quæ ad ejus-
„ dem ulteriorem defenſionem, ſalutem, & perman-
„ ſionem pertinent, Statibus, & Ordinibus ejusdem
„ quam primum in medium proponamus, & habita
„ cum eis ſuper illis omnibus matura deliberatione ea
„ concludamus, quibus publico Regni ejusdem, fide-
„ liumque ſubditorum bono quam optime, rectiſſimeque
„ conſultum eſſe poſſit: neceſſarium eſſe duximus, ut
„ generalem horum ipſorum negotiorum cauſa Con-
„ ventum pro octava die Feſti Purificationis Beatæ
„ Mariæ Virginis, hoc eſt decima die menſis Februarii
„ anni proxime ſequentis ad Civitatem noſtram Poſo-
„ nienſem indiceremus, eique Deo dante Nos ipſimet
„ præſimus, aut ſi (quod Deus avertat) adverſa ali-
„ qua prohiberemur valetudine, vel aliquid aliud gra-
„ vioris interveniret impedimenti, loco noſtri Sere-
„ niſſimum Principem Dominum Rudolphum Regem
„ Hungariæ, & Filium noſtrum Chariſſimum mittamus.
„ Quapropter Fidelitati Veſtræ committimus, & man-
„ damus, ut ad generalem ejusmodi Conventum cer-
„ tos nuncios veſtros cum plena authoritate agendi,
„ & tractandi ad diem, & locum præſcriptum mittere,
„ talique modo expedire debeatis, ne ultra diem præ-
„ fixum diutius emaneant. Secus ſub pœna generalis
„ Decreti non facturi. Datum in Civitate noſtra Vien-
„ na Auſtriæ decima die menſis Decembris Anno Do-
„ mini Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo Tertio.

Maximilianus m. p. (L. S.) Jaurien &c.

Ad acta horum Comitiorum pertinere videntur testimoniales Locumtenentis Officii Palatinalis Regni Hungariæ, super protestatione Statuum, & OO. Regni Hung. contra certas sententias Vicarii Capituli Ecclesiæ Strigoniensis ad instantiam Fisci prædicti Capituli coram foro Ecclesiastico primo, contra Joannem Balassa de Gyarmath, Mich. & Franc. de Reva, deinde vero Comitem Julium a Salmis, & Newburgh, diversos item Comitatuum Thurocziensis, Lyptoviensis, Nitriensis, Trenchiniensis, ac Posoniensis Nobiles, Ministrosque Calvinianos, ac Cives liberarum Civitatum, Subditosque, & Colonos latas; in Diæta Regni interposita A. 1576. datæ, quas me uspiam legisse notavi; sed si in Diæta Anni 1575. protestatio interposita est, uti tum debebat, non video, cur sequenti primum Anno 1576. testimoniales extradatæ sint.

SUB RUDOLPHO REGE.

Anno 1578. Comitia prius ad d. 16. Octobr. Anni 1577. indicta, deinde ad d. 15. Novemb., ac postea ad d. 1. Decembr. ejusdem anni prorogata, tandem ad d. 1. Februarii 1578. celebrata, sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronensis desumtis indicta erant:

„ Prudentibus, & Circumspectis Judici, & Juratis,
„ cæterisque Civibus Civitatis nostræ Sopronensis,
„ &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Ru-

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano-
„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex, Archidux Au-
„ striæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Ex aliis Litteris nostris ad vos datis intelligere po-
„ tuistis, quas ob causas Diætam generalem Statibus,
„ & Ordinibus Regni nostri Hungariæ indictam, ad
„ primum diem proximum futuri mensis Decembris
„ distulerimus. Et quoniam pestilentia ipsa in Civi-
„ tate nostra Posoniensi, in qua Diæta celebrari debet,
„ nondum remisit, atque aliæ etiam causæ graves, &
„ arduæ sint, quæ celebrationem ipsius Diætæ in alium
„ rursus terminum differri cogant, propterea eam ad
„ primum diem proxime venturi mensis Februarii
„ differendam, & Posonii celebrandam decrevi-
„ mus; Itaque Fidelitati vestræ harum serie fir-
„ miter committimus & mandamus, ut homines
„ vestros cum pleno mandato Posonium ad generalem
„ Diætam expediatis, qui de re publica, & communi
„ permansione nobiscum una deliberare, & conclude-
„ re possint, hortantes vos benigne, ut ejusmodi ne-
„ cessariam dilationem æquo animo feratis. Secus non
„ facturi. Datum Viennæ sexta die Novembris. Anno
„ Millesimo Quingentesimo Septuagalimo Septimo.

Rudolphus m. p. (L. S.) N. Istvánffy m. p.

Habeo horum Comitiorum succinctum Diarium per deputatum Civitatis Eperiesiensis conscriptum a d. 4. Febr. usque diem 5. Aprilis deductum ex Archivo Civitatis Sopronienfis mecum communicatum, quod & in Archivo Civitatis Bartphensis reperi, & in Reliquiis actorum Diætalium vulgabo.

Anno 1580. Comitia Posonium ad secundam Dominicam post Festum Epiphaniarum Domini hoc est 17. diem mensis Januarii sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis Exemplari desumtis indicta erant:

„ Prudentibus, ac Circumspectis Magistro Civium „ Judici, & Juratis, cæterisque universis Civibus „ Civitatis nostræ Soproniensis, &c. Fidelibus no„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano„ rum Imperator, semper Augustus, ac Germa„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Tametsi pro ea, qua erga Regnum istud nostrum „ Hungariæ afficimur cura, & paterna sollicitudine in „ exteris etiam Regnis, & Provinciis nostris, in quibus „ nos aliquandiu necessario versari oportuit, nihil eo„ rum prætermiserimus, quæ ad commune Regni no„ stri prædicti bonum, ulterioremque illius defensio„ nem, salutem, & permansionem spectare visa sunt; „ Quia tamen de ejusmodi negotiis arduis, & necessa„ riis cum iis tractare, quorum maxime interest, valde „ expediens esse judicavimus, id vero neque possit, „ neque consueverit, fieri aliter; quam in generali „ Conventu omnium Fidelium regnicolarum nostrorum: „ ideo generalem universis Statibus, & Ordinibus Re„ gni ejusdem nostri Hungariæ Conventum ad secun„ dam Dominicam post Festum Epiphaniarum Domini, „ hoc est decimum septimum diem mensis Januarii anni „ proxime sequentis Millesimi Quingentesimi Octoge„ simi ad Civitatem Posoniensem clementer indicen„ dum, & promulgandum duximus, ut scilicet ibi com„ munibus votis ea decernantur, quæ tam ad internam „ pacem conservandam, quam externam hostilitatem

„ pro-

„ propellendam ſpectare videbuntur. Quare Fidelitati „ veſtræ firmiter committimus, & mandamus, ut ad „ diem, & locum prædictum ſpeciales veſtros homi- „ nes & nuncios cum pleno mandato mittere debeatis, „ qui prædictæ Generali Diætæ intereſſe, ibique cum „ cæteris Fidelibus Regnicolis noſtris dicta publica „ Regni noſtri negotia tractare, & de illis in medium „ conſulere poſſint. Curetis autem diligenter, ne tales „ veſtri nuncii ultra diem prædictum emaneant, ſed in „ eo ipſo certo compareant. Secus ſub pœna Decreti „ non facturi. Datum in Arce noſtra Regia Pragenſi „ ſexta die menſis Novembris. Anno Domini Milleſi- „ mo Quingenteſimo Septuageſimo Nono.

Rudolphus m. p. (L. S.) El. Colocen. ac Epiſc. Jaurienſis.

Anno 1581. Comitia pro Feſto SS. trium Regum, ſeu Epiphaniæ Domini indicta ſequentibus Prorogatoriis ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis, ad indeterminatum tempus dilata ſunt:

„ Prudentibus, & Circumſpectis, Magiſtro Civium, „ Judici, ac Juratis, cæteriſque univerſis Civibus „ Civitatis noſtræ Sopronienſis &c. Fidelibus no- „ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano- „ rum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti. „ Tametſi nihil nobis hoc tempore fuiſſet gratius, „ quam ad Conventum Regni noſtri Hungariæ gene- „ ralem, quem ad Feſtum Sanctorum trium Regum „ nuper promulgaveramus, tempeſtive proficiſci, &

„ com-

„ communibus votis ea, quæ ad reipublicæ salutem „ pertinent, concludere, quia tamen plures arduæ „ gravesque causæ obstant, tum inprimis adversa nostra „ valetudo nequaquam ferre posset, ut nos idmodi iti„ neri committamus, propterea ad præstitutum diem „ Conventui ipsi interesse non possumus, sed illum vel „ inviti ulterius differre cogimur. Quapropter Fideli„ tatem vestram benigne hortamur, ut ejusmodi ne„ cessariam dilationem æquo animo feratis. Brevi au„ tem ex aliis Litteris nostris intellecturi estis, ad quem „ terminum Comitia ipsa distulerimus, & ad eas Lit„ teras nostras vos sine cunctatione accomodabitis, „ Secus non facturi. Datum in Arce nostra Regia „ Pragensi ultima die mensis Decembris. Anno Mil„ lesimo Quingentesimo Octuagesimo.

Rudolphus m. p. (L. S.) N. Istvánffy.

Stetit tamen verbis suis Rudolphus, & hoc adhuc anno ad Festum S. Martini sive d. 11. Nov. Comitia sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi ejusdem Civitatis Sopronienfis exemplari desumtis indixit.

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium „ Judici, & Juratis, cæterisque Civibus universis „ Civitatis nostræ Sopronienfis, &c. Fidelibus no„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti. „ Aliis Litteris nostris nuper ad vos datis certiores vos „ reddidimus, complures arduas gravesque causas, tum

„ vero

„ vero inprimis adverſam noſtram valetudinem obſtitiſ-
„ ſe, quo minus Conventui generali Regni noſtri
„ Hungariæ antea promulgato intereſſe potuerimus,
„ ſed eum neceſſario ſuſpendere, & in aliud tempus
„ differre coacti fuerimus, quam quidem ſuſpenſionis
„ moram vos æquo animo tuliſſe nobis benigne per-
„ ſuaſum habemus. Quoniam autem ejusdem Regni
„ noſtri Hungariæ præſens conditio poſtulare omnino
„ videtur, ut in celebratione ejusmodi Conventus pri-
„ mo quoque tempore progrediamur, ſperemusque
„ Nos Dei beneficio ita in dies magis ac magis con-
„ valituros, ut propius Regnum ipſum noſtrum ac-
„ cedere, recuperataque valetudine Conventui ipſi per-
„ ſonaliter intereſſe, ac Fidelium noſtrorum commodis,
„ & permanſioni conſulere poſſimus. Propterea pla-
„ cuit nobis, ut ad Feſtum Sancti Martini Epiſcopi,
„ & Confeſſoris proxime venturum, hoc eſt, undeci-
„ mum diem futuri menſis Novembris in Civitatem no-
„ ſtram Poſonienſem univerſis Statibus, & Ordinibus
„ Regni noſtri Hungariæ generalem Diætam publicare-
„ mus, eique Deo volente perſonaliter intereſſemus.
„ Quapropter Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter com-
„ mittimus, & mandamus, ut ad præſcriptum Feſtum
„ Sancti Martini Epiſcopi ſine mora, & excuſatione
„ Poſonium nuncios veſtros, viros prudentes, pacis-
„ que amantes plena authoritate expedire debeatis,
„ qui cum cæteris ea, quæ ad communem ſalutem, &
„ tranquillitatem ſpectare videbuntur, unanimiter age-
„ re, & concludere poſſint. Secus ſub pœna in De-
„ creto expreſſa non facturi. Datum in Arce noſtra
„ Regia Pragenſi ſexta die menſis Septembris. Anno
„ Domini Milleſimo Quingenteſimo Octogeſimo Primo.

Rudolphus m. p. (L. S.) El. Colocenſis
Epiſc. Jaurienſis.

Anno

Anno 1583. celebrata Comitia ſequentibus Litteris Regalibus ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis deſumtis Poſonium ad d. 1. Martii indicta erant:

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium
„ Judici, & Juratis, & cæteris univerſis Civibus
„ Civitatis noſtræ Soproniensis &c. Fidelibus no-
„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano-
„ rum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti Fideles nobis dilecti.
„ Ubi primum peractis in Sacro Romano Imperio ne-
„ gotiis, quorum cauſa eo profecti fueramus, Dei be-
„ nignitate incolumes huc reverſi ſumus; prima, &
„ præcipua nobis cura fuit, ut ea, quæ ad bonum,
„ & ſalutarem iſtius Regni noſtri Hungariæ, & partium
„ ei ſubjectarum ſtatum pertinent, & privata quoque
„ fidelium Regnicolarum noſtrorum negotia concer-
„ nunt, curanda, & tractanda aggrederemur, quo &
„ eorum humili petitioni, & noſtræ etiam clementi
„ oblationi in proxime celebrata Diæta factæ ſatisfieret.
„ Hac itaque cauſa generalem univerſis Statibus, &
„ Ordinibus ejusdem Regni noſtri Hungariæ, & par-
„ tium ei ſubjectarum Conventum ad primum diem
„ futuri menſis Martii Anni Milleſimi Quingenteſimi,
„ Octogeſimi Tertii, ad Civitatem noſtram Poſonien-
„ ſem indicendum, & promulgandum, eique volente
„ Deo certo perſonaliter intereſſe decrevimus. Quare
„ Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter committimus,
„ & mandamus, ut ad præfatam diem, & locum pe-
„ culiares, & ſufficientes nuncios e medio veſtri ſine
„ ulla excuſatione mittere, & expedire debeatis, qui
„ ſint viri prudentes, pacisque, & concordiæ ſtudioſi,

„ qui

„ qui illic cum Dominis Prælatis, & Baronibus, ac
„ Nobilibus, cæterisque Statibus, & Ordinibus dicti
„ Regni nostri Hungariæ, de iis, quæ ad publicam
„ ejusdem Regni nostri utilitatem, pacemque, & tran-
„ quillitatem accommodatissima videbuntur, tractare, &
„ in medium consulere debeant. Curandum autem
„ vobis erit, ut prædicti vestri nuncii ad præfixum
„ terminum ibidem omnino compareant. Secus sub
„ poena in generali Decreto expressa non facturi.
„ Datum in Civitate nostra Vienna Austriæ, Vigesima
„ Octava die Decembris Anno Domini Millesimo Quin-
„ gentesimo Octogesimo Secundo.

Rudolphus m. p. (L.S.) Georg. Archiep. Coloc. Administrator Jaur. m. p.

Reperi in minuta originali, quam mecum Mathias Nitray liberaliter communicavit Dicas, & summarias Portarum in singulis Comitatibus Conscriptiones ab Anno 1549. usque ad Annum 1584. deductas, quæ licet hæterogenea, & ad propositum meum minus facientia esse videantur; cum tamen non modico usui esse possint, & operose, vix tamen adeo exacte aliunde eruenda essent, hic proferenda existimavi.

Status Dicarum

Per aliquot annos a Regnicolis Cæsar. Majestati concessarum, & in quibus Dica non fuerit.

Anno 1548.

Celebrata Diæta, & Dica in sequentem annum rejecta.

Anno 1549. .. .. flor. 2
Anno 1550. .. .. flor. 2

An-

Anno flor.

1551 nihil.

1552. 3

1553. 4

1554. 2

1555. 2

Sed hujus medietas est rejecta in sequentem annum.

1556. 2

1557. 2

1558 nihil.

1559. 2

1560 } 1561 } 1562 } nihil.

1563 nihil, quanquam hoc anno sit celebrata Diæta.

1564. 2

Ex ratione donativi Regii. 1

1565. 2

1566. 2

1567. 2

1568 } & 69 } nihil.

1570. .. .. 2 den. 50

1571. .. .. 2 den. 50

1572. 2

1573. 2

Ex ratione donativi Regii. 1

1574 2

1575. 2

1576. 2

1577. 2

1578. 2

1579. 2

1580 } & 81 } nihil.

Anno	flor.
1582.	2
1583.	2
1584.	2

Extractus Connumerationum Portarum Ab Anno 1549. usque 1582. quot annis singulis, in singulis Comitatibus Cameræ Coronæ Hungaricæ adnexis sint connumeratæ?

Comitatus Posoniensis.

Anno	Portæ
1549.	3401..
1550.	3401..
1551 nulla est facta connumeratio.	
1552.	3624..
1553.	3142$\frac{1}{2}$
1454.	3125$\frac{1}{2}$
1555.	3198$\frac{3}{4}$
1556.	3198$\frac{3}{4}$
1557.	3223$\frac{1}{2}$
1558 nulla.	
1559.	3273$\frac{1}{4}$
1560, 1561, 1562, 1563 nulla.	
1564.	3351$\frac{1}{2}\frac{1}{8}$
1565.	3351$\frac{1}{2}\frac{1}{8}$
1566.	3544..
1567.	3353$\frac{3}{4}\frac{1}{8}$
1568, 1569 nulla.	
1570.	3266$\frac{3}{4}$
1571.	3266$\frac{3}{4}$
1572.	3525$\frac{3}{4}$
1573.	3448$\frac{3}{8}$

Anno	Portæ
1574.	$3139\frac{2}{3}$
1575.	.. ..
1576.	$2991\frac{3}{4}$
1577.	$2991\frac{3}{4}$
1578.	$2740\frac{1}{2}$
1579.	$2740\frac{1}{2}$
1580 } 1581 } nulla est facta connumeratio.	
1582.	2819..
1583.	2819..

Comaromienſis.

1549.	ſub. $265\frac{1}{2}$ non 260..

Nempe Portæ Turcis ſubjectæ, & non ſubjectæ.

1550.	ſimilis.
1551 nulla.	
1552.	ſub, $272\frac{1}{2}$ non 242..1
1553.	ſub. 222.. non 238..
1554.	ſub. 258 . non 260..
1555.	ſub. 289.. non $245\frac{1}{2}$
1556.	ſub. 289 . non $245\frac{1}{2}$
1557.	ſimilis.
1558 nulla.	
1559.	ſub. $294\frac{1}{2}$ non $290\frac{3}{4}$
1560 } 1561 } nulla.	
1562 } 1563 } nulla.	

An-

Anno	Portæ
1564.	ſub. $320\frac{1}{4}$ non $290\frac{2}{3}\frac{3}{4}$
1565.	ſub. $292\frac{2}{3}\frac{3}{4}$ non $320\frac{1}{4}$
1566.	ſub. $332\frac{1}{2}$ non $295\frac{1}{2}$
1567.	ſub. $332\frac{1}{2}$ non $279\frac{1}{2}$
1568 1569	nulla.
1570.	ſub. 332.. | non 291.. |
1571.	ſimilis.
1572.	ſub. 372.. | non $260\frac{1}{2}$
1573.	ſimilis.
1574.	ſub. 332 .. non ſub. $251\frac{1}{4}$
1575.	ſimilis.
1576.	ſub. 239 .. non 293.. |
1577.	ſimilis.
1578.	ſub. 235.. non ſub. $263\frac{1}{4}\frac{2}{3}$
1579.	ſimilis.
1580 1581	nulla,
1582.	ſub. 191.. | non $283\frac{1}{4}\frac{1}{3}$
1583.	ſub. 208.. non $304\frac{1}{4}\frac{1}{2}$

Jaurienſis.

Anno	Portæ
1549.	ſub. 37.. | non 201.. |
1550.	ſimilis.

Anno		Portæ sub.	Portæ non
1551	nulla.		
1552.		37..	201..
1553.		93..	244..
1554.		74 ..	171..
1555.		68..	174..
1556.		73..	174..
1557.		$41\frac{1}{2}$	111..
1558	nulla.		
1559.		32..	$109\frac{1}{2}$
1560, 1561, 1562, 1563	nulla est facta connumeratio.		
1564.		139..	$210\frac{1}{2}$
1565.		139..	$211\frac{1}{2}$
1566.		59..	$145\frac{1}{2}$
1567.		$61\frac{1}{2}$	143..
1568, 1569	nulla.		
1570.		30..	153..
1571.		70..	153..
1572.		64..	146..

An-

Anno Portæ

1573. .. .. similis.

1574. .. .. { sub. $99\frac{1}{2}$ / non 141..

1575. .. .. similis.

1576. .. .. { sub. $94\frac{3}{4}$ / non 123..

1577. .. .. similis

1578. .. .. { sub. 223.. / non $148\frac{3}{4}$

1579. .. .. similis.

Anno 1580 nulla.

1581 nulla.

1582. .. .. { sub. 270.. / non 152..

1583. .. .. { sub. $278\frac{1}{2}$ / n.sub. $147\frac{1}{2}$

Strigoniensis.

sub. port.

1549 ad port. omnino Turcis subjectas.. .. port. 15–..

1550. .. .. similis.

1551 nulla.

1552. .. .. 153..

1553. .. .. 142..

1554. .. .. 141..

1555. .. .. 135..

1556. .. .. 158..

1557. .. .. 187 ..

1558 nulla.

1559. .. .. 227..

1560 }
1561 } nulla.
1562 }
1563 }

1564. .. .. $223\frac{1}{2}$

1565.. .. .. $223\frac{1}{2}$

Anno	ſub. port.
1566.	$149\frac{3}{4}$
1567.	$160\frac{1}{2}$
1568, 1569	nulla.
1570.	180 ..
1571.	180..
1572.	$165\frac{1}{4}$
1573.	$165\frac{1}{4}$
1574.	182..
1575.	182..
1576..	182..
1577..	ſimilis.
1578.	$153\frac{1}{2}$
1579 ..	ſimilis.
1580, 1581	nulla.
1582.	$164\frac{3}{4}$
1583.	$153\frac{3}{4}$

Nitrienſis.

		port.
1549.	ſub	$20\frac{1}{2}$
	non	$4634\frac{1}{2}$
1550..		ſimilis.
1551 nulla.		
1552 non ſub..		$4428\frac{1}{2}$
1553.		4658..
1554...	ſub	164..
	non	4394..
1555...	ſub	226..
	non	4511..
1556..		ſimilis.
1557...	ſub	$170\frac{1}{2}$
	non	$4098\frac{1}{2}$
1558 nulla.		

An-

Anno		Portæ	
1559		sub	$275\frac{1}{2}$
		non	$4371\frac{1}{2}$
1560 1561 1562 1563	nulla.		
1564		sub	$409\frac{1}{2}$
		non	$4183\frac{1}{4}$
1565		similis.	
1566		sub	$400\frac{1}{2}\frac{1}{4}$
		non	$3929\frac{1}{2}$
1567		sub	$374\frac{1}{2}$
		non	$3579\frac{1}{8}$
1568 1569	nulla.		
1570		sub	$441\frac{3}{4}$
		non	$3465\frac{1}{8}$
1571		similis.	
1572		sub	389 [illegible]/4
		non	$3448\frac{3}{4}$
1573		similis.	
1574		sub	$275\frac{1}{4}$
		non	$2904\frac{3}{4}\frac{1}{8}$
1575		similis.	
1576		sub	$247\frac{3}{4}$
		non	$2874\frac{3}{4}$
1577		similis.	
1578		sub	$248\frac{1}{2}$
		non	$2714\frac{3}{4}$
1579		similis.	
1780 1781	nulla.		
1582		sub	$251\frac{3}{4}$
		non	$2680\frac{1}{4}$
1583		sub	$251\frac{3}{4}$
		non	$2680\frac{1}{4}$

Barsiensis.

Anno		Portæ	
1549	.. ..	ſub	$426\frac{1}{2}$
		non	$1156\frac{1}{2}$
1550	.. ..		ſimilis.
1551 nulla.			
1552	.. ..	ſub	$433\frac{1}{2}$
		non	$1156\frac{1}{2}$
1553	.. ..	ſub	.. .. ..
		non	.. ....
1554	.. ..	ſub	483..
		non	927 ..
1555	.. ..	ſub	510..
		non	941..
1556	.. ..		ſimilis.
1557	.. ..	ſub	521..
		non	940..
1558 nulla.			
1559	.. ..	ſub	628..
		non	813..
1560, 1561, 1562, 1563 nulla.			
1564	.. ..	ſub	$617\frac{3}{4}$
		non	$647\frac{3}{4}\frac{1}{2}$
1565	.. ..		ſimilis.
1566	.. ..	ſub	$650\frac{1}{2}$
		non	$657\frac{1}{2}$
1567	.. ..	ſub	572..
		non	553..
1568, 1569 nulla.			
1570	.. ..	ſub	544..
		non	537..
1571	.. ..		ſimilis.

An-

Anno		Portæ
1572	sub.	$592\frac{1}{4}$
	non	444
1573		similis.
1574	sub.	$578\frac{3}{4}$
	non	$437\frac{3}{4}$
1575		similis.
1576	sub.	$618\frac{3}{4}$
	non	$396\frac{3}{4}$
1577		similis.
1578	sub.	$621\frac{1}{2}$
	non	$394\frac{1}{2}$
1579		similis.
1580, 1581	nulla.	
1582	sub.	$559\frac{3}{4}$
	non	$409\frac{1}{2}$
1583	sub.	$559\frac{3}{4}$
	non	$409\frac{1}{2}$

Honthensis.

Anno		
1549	sub.	$1186\frac{1}{2}$
	non	$947\frac{1}{2}$
1550		similis.
1551 nulla.		
1552	sub.	$1186\frac{1}{2}$
	non	$947\frac{1}{2}$
1553	sub.	$1546\frac{1}{2}$
	non	274
1554	sub.	1469
	non	$269\frac{1}{2}$
1555	sub.	1094
	non	34
1556		similis.
1557	sub.	1288
	non	21
1558 nulla.		

Anno	Portæ
1559	sub. 1053 / non 6
1560, 1561, 1562, 1563	nulla.
1564	sub. 1412 / non 21$\frac{1}{2}$
1565	sub. 1164$\frac{1}{2}$ / non 16$\frac{1}{2}$
1566	similis.
1567.	
1568, 1569	nulla.
1570 omnino sub.	848$\frac{1}{2}$
1571	similis.
1572	sub. 762$\frac{1}{2}$ / non 2$\frac{1}{2}$
1573	similis.
1574	sub 1075$\frac{1}{4}$
1575	similis.
1576	sub 1075$\frac{1}{4}$
1577	similis.
1578	sub 950
1579	similis.
1580, 1581	nulla.
1582	972
1583	972$\frac{3}{4}$

Newgradiensis.

Anno	Portæ
1549	sub. 549 / non 1223
1550	similis.
1551 nulla.	

An-

Anno		Portæ
1552		sub. 602
		non 1224½
1553 1454 1555 1556 1557	non extant connumerationes horum annorum in registratura.	
1558	nulla.	
1559	omnino sub.	425
1560 1561 1562 1563	nulla.	
1564	sub.	705½
1565	sub.	1074
1566	sub.	1100½
1567	sub.	877½
1568 1569	nulla.	
1570	sub.	848½
1571		similis.
1572	sub.	830
1573		similis.
1574	sub.	1242½
1575		similis.
1576 1577	sub.	1242½
1578 1579	sub	961½
1580 1581	nulla.	
1582		996
1583		996

Anno	Portæ
	Twroezienſis.
1549	584
1550	ſimilis.
1551 nulla.	
1552	584
1553	592
1554	ſimilis.
1555	589
1556	589
1557	$568\frac{1}{2}$
1558 nulla.	
1559	$573\frac{3}{4}$
1560, 1561, 1562, 1563 nulla.	
1564	$552\frac{1}{2}$
1565	$552\frac{1}{2}$
1566	561
1567	553
1568, 1569 nulla.	
1570	$554\frac{1}{2}$
1571	ſimilis.
1572	$524\frac{1}{2}$
1573	ſimilis.
1574, 1575	$493\frac{3}{4}$
1576, 1577	Non ſub. port. $408\frac{1}{4}$
1578, 1579	$402\frac{3}{4}$
1580, 1581 nulla.	

An-

Anno	Portæ
1582	$403\frac{11}{28}$
1583	$403\frac{11}{28}$
1584.	

Arwensis.

1549	186..
1550	similis.
1551 nulla.	
1552	154..
1553	147..
1554	213..
1555	$147\frac{1}{2}$
1556	$130\frac{1}{2}$
1557	$114\frac{1}{2}$
1558 nulla.	
1559	$112\frac{1}{2}$
1560, 1561, 1562, 1563 nulla.	
1564	$202\frac{1}{2}$
1565	$202\frac{1}{2}$
1566	$242\frac{1}{2}$
1567	$203\frac{1}{2}$
1568, 1569 nulla.	
1570	190..
1571	190..
1572	185..
1573	similis.
1574, 1575	$178\frac{3}{4}$
1576, 1577 .. Non sub.	179..
1578	184..
1579	184..

An-

Anno Portæ

1580 } nulla.
1581 }

1582 ... . 190..

1583 ... . 190..

1584.

Lypthoviensis.

1549 ... . 369$\frac{1}{2}$

1550 ... . similis.

1551 nulla.

1552 ... . 365$\frac{1}{2}$

1553 ... . 445 ..

1554 ... . similis.

1555 ... . 425 ..

1556 ... . similis.

1557 ... . 406..

1558 nulla.

1559 ... . 454 ..

1560 }
1561 } nulla.
1562 }
1563 }

1564 ... . 422$\frac{1}{2}$

1565 ... . 431$\frac{1}{2}$

1566 ... . 455$\frac{1}{2}$

1567 ... . 434 ..

1568 } nulla.
1569 }

1570 ... . 431 ..

1571 ... . similis.

1572 ... . 415..

1573 ... . similis.

1574 } .. .. 410..
1575 }

1576 } non sub.. .. .. 399$\frac{1}{2}$
1577 }

An-

Anno	Portæ
1578 } 1579 }	$398\frac{1}{2}$
1580 } 1581 } nulla.	
1582	$387\frac{1}{4}$
1583	$387\frac{1}{4}$
1584.	

Zolienſis.

Anno	Portæ
1549	$1073\frac{1}{2}$
1550	ſimilis.
1551 nulla.	
1552	$1049\frac{1}{2}$
1553	1067..1
1554	{ ſub. 45..1 { non $1015\frac{3}{4}$
1555	$1036\frac{1}{2}$
1556	$913\frac{1}{2}$
1557	1044..1
1558 nulla.	
1559	{ ſub. $24\frac{1}{2}$ { non $1097\frac{1}{4}$
1560 } 1561 } 1562 } 1563 } nulla.	
1564	1127.ə
1565	ſimilis.
1566	$1125\frac{1}{2}$
1567	$1092\frac{1}{4}$
1568 } 1569 } nulla.	
1570. exemptæ portæ 60	$1045\frac{1}{2}$
1571	ſimilis.
1572	$1050\frac{1}{2}$
1573	ſimilis.
1574	1188.-I

An-

Anno	Portæ
1575	similis.
1576	non sub 1068 $\frac{1}{2}$
1577	similis.
1578 } 1579 }	1005
1580 } 1581 } nulla.	
1582	1003 $\frac{1}{4}$
1583	similis.
1584.	

Trenchiniensis.

1549	1565
1550	similis.
1551 nulla.	
1552	1645
1553	1198
1554	1160
1555	1313 $\frac{1}{2}$
1556	similis.
1557	1926
1558 nulla.	
1559	2071
1560 } 1561 } nulla.	
1562 } 1563 } nulla.	
1564	2354 $\frac{1}{2}$
1565	2354 $\frac{1}{2}$
1566	1671 $\frac{1}{2}$
1567	1612 $\frac{1}{2}$
1568 } 1569 } nulla.	
1570	1726
1571	similis.
1572	1598 $\frac{3}{4}$

An-

Anno	Portæ
1573	similis.
1574	$1516\frac{3}{4}$
1575	similis.
1576	non sub $1462\frac{1}{2}$
1577	similis.
1578	$1370\frac{1}{2}$
1579	similis.
1580, 1581	nulla.
1582	$1579\frac{3}{4}$
1583	similis.

Mosoniensis.

1549	728
1550	similis.
1551	nulla.
1552	735
1553	$852\frac{1}{2}$
1554	$682\frac{1}{2}$
1555	$703\frac{1}{2}$
1556	similis.
1557	617
1558	nulla.
1559	$634\frac{1}{2}$
1560, 1561, 1562, 1563	nulla.
1564	$906\frac{1}{2}$
1565	similis.
1566	$913\frac{1}{4}$
1567	$737\frac{11}{28}$
1568, 1569	nulla.
1570	$909\frac{1}{2}$
1571	similis.

An-

Anno	Portæ
1572	$767\frac{3}{4}\frac{1}{8}$
1573	fimilis.
1574	760
1575	fimilis.
1576	non fub. $754\frac{1}{4}\frac{1}{8}$
1577	fimilis.
1578	$744\frac{1}{4}$
1579	fimilis.
1580, 1581	nulla.
1582	$739\frac{1}{2}\frac{1}{8}$
1583	fimilis.

Sopronienfis.

1549	1296
1550	fimilis.
1551	nulla.
1552	$1316\frac{1}{2}$
1553	1171
1554	1299
1555	$1316\frac{1}{2}$
1556	fimilis.
1557	1303
1558	nulla.
1559	1085
1560, 1561, 1562, 1563	nulla.
1564	$1387\frac{1}{2}$
1565	fimilis.
1566	$1324\frac{7}{8}$
1567	1365
1568, 1569	nulla.
1570	$1174\frac{3}{4}$

An-

Anno		Portæ
1571		ſimilis.
1572		$1130\frac{1}{2}$
1573		ſimilis.
1574		1067
1575		ſimilis.
1576	non ſub.	$1039\frac{1}{2}$
1577		ſimilis.
1578		$1006\frac{1}{2}$
1579		ſimilis.
1580 1581	nulla.	
1582		$1002\frac{1}{2}$
1583		ſimilis.

Weſprimienſis.

1549	ſub non	635 88
1550		ſimilis.
1551 nulla.		
1552	ſub non	$635\frac{1}{4}$ $88\frac{1}{4}$
1553	ſub non	614 71
1554	omnino ſub ſub. port.	567
1555		520
1556		380
1557		714
1558 nulla.		
1559		747
1560 1561 1562 1563	nulla.	
1564	omnino ſub	1114
1565 nulla connumeratio exſtat.		

Anno	sub. port.
1566	617
1567	565
1568 } nulla.	
1569 }	
1570	1061$\frac{1}{4}$
1571	similis.
1572	907
1573	similis.
1574	560
1575	similis.
1576	709$\frac{1}{2}$
1577	similis.
1578 sub. } omnino Turcis subjectæ	756$\frac{1}{2}$
1579 similis. }	
1780 } nulla.	
1781 }	
1582	708
1583	722

Castriferrei.

1549	3670
1550	3670
1551 nulla.	
1552	3686$\frac{1}{2}$
1553	2842
1554	3082
1555	3238$\frac{1}{2}$
1556	3238$\frac{1}{2}$
1557	2890$\frac{1}{2}$
1558 nulla.	
1559	2837$\frac{3}{4}$
1560 }	
1561 } nulla.	
1562 }	
1563 }	
1564	2734$\frac{1}{2}$

An-

Anno	Portæ
1565	2734$\frac{1}{2}$
1566	2576$\frac{3}{4}$
1567	2787$\frac{1}{4}$
1568, 1569	nulla.
1570	2150
1571	2150
1572	1698$\frac{1}{2}$
1573	1698$\frac{1}{2}$
1574	1602$\frac{1}{4}$
1575	1602$\frac{1}{4}$
	non ſub. 1512$\frac{1}{2}$
1576	64$\frac{1}{4}$
	non ſub. 1512$\frac{1}{2}$
1577	ſub 64$\frac{1}{4}$
1578	non ſub. 1187$\frac{1}{4}$
1579	ſub 256$\frac{3}{4}$
1580, 1581	nulla.
1582	ſub 344$\frac{3}{4}$
	non 1132$\frac{3}{4}$
1583	ſub 344$\frac{3}{4}$
	non 1132$\frac{3}{4}$

Zaladienſis.

1549	n.ſub. 5200$\frac{1}{2}$
	ſub. 126
1550	ſub. 126
	non 5200$\frac{1}{2}$
1551	nulla.
1552	ſub. 605$\frac{1}{2}$
	non 4572$\frac{1}{2}$
1553	ſub. 365$\frac{1}{2}$
	non 2035$\frac{1}{2}$
1554	ſub. 717$\frac{3}{4}$
	non 3243

Anno		Portæ	
1555	.. ..	ſub.	521 $\frac{1}{2}$
		non	2712 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$
1556	.. ..	ſub.	521 $\frac{1}{2}$
		non	2712 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$
1557	.. ..	ſub.	214 $\frac{1}{2}$
		non	3061 $\frac{1}{2}$
1558 nulla.			
1559	.. ..	ſub	429 ..
		non	3061 $\frac{1}{2}$
1560, 1561, 1562, 1563 nulla.			
1564	.. ..	ſub.	678 $\frac{1}{2}$
		non	2792 $\frac{1}{2}$
1565	.. ..	ſub.	678 $\frac{1}{2}$
		non	2807 $\frac{1}{2}$
1566	.. ..	ſub.	389 ..
		non	1688 $\frac{1}{4}$
1567	.. ..	ſub.	439 $\frac{3}{4}$
		non	1334 $\frac{1}{2}$
1568, 1569 nulla.			
1570	.. ..	ſub	542 ..
		non	1419 $\frac{5}{8}$
1571	.. ..		ſimilis.
1572	.. ..	ſub	476 $\frac{1}{4}$
		non	1021 $\frac{1}{4}$
1573	.. ..		ſimilis.
1574	.. ..	ſub.	343 $\frac{1}{2}$
		non	779 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$
1575	.. ..		ſimilis.
1576	.. ..	ſub	372 $\frac{1}{4}$
		non	417 $\frac{1}{8}$
1577	.. ..		ſimil.s.

An-

Anno		Portæ
1578	sub	$556\frac{31}{48}$
	non	$289\frac{1}{4}$
1579		similis.
1580, 1581	nulla.	
1582	sub.	$501\frac{3}{4}$
	non	$370\frac{11}{48}$
1583		similis.

Warasdiensis.

Anno		
1564	nulla.	
1565		1131
1566		$1133\frac{1}{2}$
1567		1142
1568, 1569	nulla.	
1570		1221
1571		1221
1572		1058
1573		1058
1574		$1068\frac{1}{2}$
1575		$1068\frac{1}{2}$
1576	med.	$1016\frac{1}{2}$
1577	med.	$1016\frac{1}{2}$
1578		$999\frac{1}{2}$
1579		1000
1580, 1581	nulla.	
1582		1001
1583		similis.

Zagrabiensis.

Anno		
1564	nulla.	
1565		$2221\frac{1}{2}$
1566		$2233\frac{1}{2}$
1567		2318

Anno		Portæ
1568	nulla.	
1569		
1570		$2145\frac{1}{2}$
1571		$2145\frac{1}{2}$
1572		$2478\frac{1}{2}$
1573		$2478\frac{1}{2}$
1574		$2739\frac{1}{2}$
1575		$2739\frac{1}{2}$
1576		$2702\frac{1}{2}$
1577		$2702\frac{1}{2}$
1578		2491
1579		2491
1580	nulla.	
1581		
1582.	in utroque Comitatuum.	
1583.	ſimilis.	2497

Criſienſis.

1570	$287\frac{1}{2}$
1571	$287\frac{1}{2}$
1572	395
1573	395
1574	403
1575	403
1576	292
1577	292
1578	$282\frac{1}{2}$
1579	$282\frac{1}{2}$
1580	nulla.
1581	

Anno 1589. indictorum, aut celebratorum Comitiorum nullum quidem Veſtigium diplomaticum invenio, reperi tamen inter MSS. Comitis Fran-

Francisci Széchonyi Elenchum quemdam in quo refertur:

„ Kurze Verzeichnis, was die Kaiserl. „ Maj. den Ungarischen Ständen auf jetzigen „ Landtag zu Preßburg, so sich den 6ten April. „ 1589. Jahrs angefangen, proponirt, und „ begehret haben.

Extat autem in Bibliotheca Cæsarea MSS. Cod. Chart. fol. Hist. Prof. N. CCXCIII. Miscell. Fugg. T. XIV. f. 162. Gent.

Anno 1593. Comitia ad Festum Conversionis B. Pauli Apostoli, seu diem 25. Jan. sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis exemplari desumtis indicta fuerunt.

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium „ Judici, & Juratis, cæterisque universis Civibus „ Civitatis nostræ Sopronienfis &c. Fidelibus nobis „ dilectis!

„ Rudolphus Secundus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti! Ubi primum pro avertendis, ac reprimendis „ hostium Turcarum conatibus, qui non ita pridem „ violatis induciis ditionem nostram hostiliter sunt „ aggressi, & depopulati, exercitum nostrum in Regnum nostrum Sclavoniæ expedire potuimus, prima, „ & præcipua nobis cura fuit, ut ea, quæ ad bonum, „ & salutarem Regni istius nostri Hungariæ partiumque ei subjectarum statum, & longiorem ejus per-

 „ man-

„ mansionem, & defensionem pertinent, ac privata
„ quoque fidelium Regnicolarum nostrorum negotia
„ concernunt, curanda, & tractanda aggrederemur,
„ quo & nostræ benignæ erga illos affectioni,
„ & ardenti ipsorum desiderio satisfieri posset. Ac li-
„ cet nihil prius aut magis habuerimus in votis, quam
„ ut propius ad regnum hoc nostrum accedere, nostra-
„ que præsentia præfatos fideles subditos nostros exhi-
„ larare potuissemus, diversis tamen, & gravibus to-
„ tius Reipublicæ Christianæ negotiis ita exigentibus
„ necessario de publicanda, & primo quoque tempo-
„ re celebranda imperiali Diæta nunc decernere, ad
„ illamque nos accingere debuimus, quo pro commo-
„ diore Regni hujus nostri defensione majora ibidem
„ auxilia cogere, & hosti vaferrimo, si res ita postu-
„ let, melius obviare queamus. Hac itaque de causa
„ generalem universis Statibus, & Ordinibus ejusdem
„ Regni nostri Hungariæ, partiumque ei subjectarum
„ Conventum ad Festum Conversionis Beati Pauli Apo-
„ stoli, hoc est vigesimum quintum diem proxime fu-
„ turi mensis Januarii reformati Callendarii juxta vetus
„ vero Calendarium ad decimum quintum diem ejus-
„ dem mensis Januarii Anni sequentis Nonagesimi
„ tertii suprà Millesimum, & Quingentesimum ad Ci-
„ vitatem nostram Posoniensem indicendum, & pro-
„ mulgandum decrevimus, eique in necessaria hac no-
„ stra absentia, quam fideles subditi nostri (prout hoc
„ nobis benigne de ipsis pollicemur) æquo animo fe-
„ rent, Serenissimum Principem Mathiam Archiducem
„ Austriæ, & Fratrem nostrum carissimum, attributa
„ ejus dilectioni de rebus omnibus agendi, tractandi,
„ & concludendi plena potestate præfecimus. Quare
„ Fidelitati vestræ harum serie firmiter committimus,
„ & mandamus, ut ad præfatum diem, & locum pe-
„ culiares, & sufficientes Nuncios e medio vestri sine
„ ulla excusatione expedire, & mittere debeatis, qui
„ sint viri prudentes, pacisque, & concordiæ studiosi,

„ qui

„ qui illic cum Dominis Prælatis, & Baronibus, ac „ Nobilibus, cæterisque Statibus, & Ordinibus Regni „ nostri Hungariæ de iis, quæ ad publicam ejusdem „ Regni nostri utilitatem, & conservationem pacemque, & tranquillitatem accommodatissima videbuntur, „ tractare, & in medium consulere debeant, Curandum autem vobis erit, ut prædicti vestri Nuncii „ ad præfixum terminum ibidem omnino compareant. „ Secus sub pæna generali decreto expressa non facturi. Datum in Arce nostra Regia Pragensi quinta die „ mensis Decembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Secundo.

Rudolphus m. p. (L. S.) Joannes Kuthassi El. Jaurinensis Ep. m. p. Himmelreich m. p.

Eodem Anno 1593. die 23. Septembris celebrati in Oppido Tarczal Partium Regni Hungariæ superiorum Conventus constitutiones in copia coæva per Emericum Horváth Stansich de Gradecz mecum communicatas velut adhuc minus notas hic referendas esse censui:

Acta Diætæ Tarczalensis Anni 1593. d. 23. Septemb.

„ Nos Prælati, Barones, cæterique Magnates, „ & Nobiles, aliique Status, & Ordines Partium „ Regni Hungariæ superiorum præsente Spectabili, „ & Magnifico Domino Christophoro libero Barone a Teuffenpach generali harum Regni partium superiorum Capitaneo huc ad Oppidum „ Tarçzal pro vigesima tertia die mensis Septembris congregati, quia immanissimum hostem

Tur-

„ Turcici videlicet Imperatoris ſupremum Weze-
„ rum Zinan Baſſam jam in Hungariæ partibus
„ cum ingenti exercitu eſſe, infeſtisque armis di-
„ etim verſus has partes ad nos opprimendos ad-
„ ventare ex omnibus explorationibus certum eſt;
„ Ideo altiſſimi Dei auxilio implorato unanimibus
„ votis ſtatuimus, ad ejusdem hoſtis impetus ſu-
„ ſtinendos, & remorandos pro conſervatione,
„ & permanſione dulciſſimæ Patriæ noſtræ, conju-
„ gum, liberorumque cariſſimorum, & fortunæ,
„ ut quilibet Dominorum Prælatorum, Baronum,
„ & Magnatum, Nobiliumque, & cæterorum Or-
„ dinum, & Statuum harum Regni partium vi-
„ ritim, & perſonaliter, quanto majori, & me-
„ liori poterit apparatu bellico inſurgat, inſuper
„ a ſingulis portis recens connumeratis, quæ vero
„ nondum ſunt connumeratæ, juxta priorem con-
„ numerationem ſingulum peditem quilibet poſſeſ-
„ ſionatorum Dominorum Prælatorum, Baronum,
„ & Magnatum, Nobiliumque ſecum in hanc ex-
„ peditionem generalem aſſummat ſub pœna in
„ decretis ſuperinde expreſſa.

„ Statu præterea harum Regni partium ita
„ exigente, Caſtra in duobus locis metanda, pro
„ Comitatibus Beregh, Wgocha, Zatmár, &
„ Zabolch Spectabilis, ac Magnificus Dominus
„ Comes Stephanus de Báthor Judex Curiæ Ca-
„ ſtra metabitur cum ſuo exercitu ultra Tibiſcum
„ in loco, qui ſibi commodior videbitur, & luſtra-
„ bit quoque eosdem primo quoque tempore cum

„ toto

„ toto exercitu quorumlibet Ordinum ultra Ti-
„ biſcano.

„ Alia vero Caſtra pro reliquis Comitatibus,
„ & cæteris Statibus Dominus generalis Capita-
„ neus metabitur infra Caſſoviam, uno vel duo-
„ bus milliaribus, unde hoſti commodius occurri
„ poſſit, ut mutuam correſpondentiam utraque
„ Caſtra habere poſſint. Qui quidem exercitus
„ quorumlibet Ordinum Cis-Tibiſcanorum ad
„ proxime venturum diem Veneris ſine ullo de-
„ fectu ſub eadem pœna in decretis expreſſa de-
„ bebit comparere in Zina, quos ſequenti die Sa-
„ bathi Idem Dominus Generalis Capitaneus lu-
„ ſtrabit.

„ Præterea Comitatus Turcis ſubjecti hujus-
„ modi onera Inſurrectionis mediam partem in pa-
„ ratis pecuniis præſtabunt, poſtquam vero iidem Tur-
„ cis Tributarii per exercitum hujusmodi noſtrum
„ a tergo relinquentur, iidem quoque poſtea per-
„ ſonaliter, & viritim in bellum proficiſci debe-
„ bunt.

„ Tredecim vero Oppida Poloniæ Regno
„ inſcripta, quia poſt Deum optimum maximum
„ ſub tutela hujus Regni Hungariæ hactenus pro-
„ tecta ſunt, quingentos pedites ad hanc Gene-
„ ralem Inſurrectionem dare tenebuntur.

„ Liberæ Civitates pedites ducentos expe-
„ diant, & inſuper Jumenta, & currus pro ve-
„ hendis Tormentis ſuppeditabunt, iidem tamen

„ colo-

„ colonos suos juxta Comitatus Insurrectionem
„ mittere tenebuntur.

„ Item: in singulis Comitatibus Vice-Comites
„ cum sibi adjunctis Judlium habeant quampri-
„ mum rationem triturationis granorum Decimæ
„ Agriensis, & in farinam conversionis, ac a
„ quibus colonis Decima exacta est, iidem ad im-
„ portationem ejusmodi appromtuatæ rei frumen-
„ tariæ Agrien. comppellantur.

„ Quia vero Arx Agria periculo vicinior est,
„ supra eum militum numerum, qui intertenetur,
„ quingentis Equitibus, & totidem Peditibus
„ idem præsidium augeri debebit, & ex Stipen-
„ diariis Militibus Suæ Majestatis Sacratissimæ qui-
„ bus Stipendium menstruum ex Dica recente
„ exolvetur.

„ Quæ quidem Dica recens in quibuscun-
„ que Comitatibus adhuc hæret, & restat per Vi-
„ ce-Comites ejuscemodi Comitatuum, & Dica-
„ tores sub amissione honoris intra per omnia op-
„ portuna remedia, etiamsi ii Bona propria inte-
„ rim oppignorarent. Sub spe futuræ ex eadem
„ Dica restitutionis, quantocius Dicæ Exactio per
„ negligentiam eorum in plerisque locis tam in-
„ genti Regni damno dilata ad manus Dominis
„ deputatis administrari debebit.

„ Ex qua Dica Dominus deputatus ad exol-
„ vendos quingentos Equites, totidem Pedites
„ Agriæ ingressuros pecuniam erogabit.

„ Quem

„ Quem tamen Dominum deputatum tam Do-
„ minus Capitaneus Generalis, quam nos universi
„ Prælati, Barones, & Magnates, cæterique Status
„ harum partium in omnem eventum de facto as-
„ securamus, eam nimirum erogationem tam Suam
„ Majestatem, quam ipsos Regnicolas pro rato,
„ & accepto habituros.

„ Similiter etiam de sex millibus Flor. Ma-
„ gnifico Domino Valentino Præpostwáry Capi-
„ taneo Agriensi pro præsente, & urgentissima
„ necessitate ex Dica recenti per Dominum depu-
„ tatum usque refusionem Suæ Majestatis dandis.
„ Idem Dominus deputatus per nos assecuratur.

„ Item: quod ad annonam attinet, deinceps
„ durante bello avenæ quatuor cubuli Cassoviens.
„ hordei vero tres pro uno floreno vendantur,
„ siliginis puri cubuli duo, mixti vero cum
„ tritico prout in foro emi potest, triticum pu-
„ rum vero pretio quo in foro emi potest.

„ Cæterum nemo Militum cujuscunque natio-
„ nis sub amissione capitis triticum in granis, aut
„ in staminibus existens equis pro pabulo dare,
„ & insumere ausit.

„ Item: libra carnis bubulæ pro denario uno,
„ & medio, carnis vero ovinæ libra similiter,
ut bubulæ, cerevisiæ media denario uno.

„ Vinacei justa pro denario uno, & dimidio.

„ Vini media secundum bonitatem vendatur.

„ An-

„ Annonam vero hujusmodi ad quodlibet
„ victualium genus ad castra utraque Vice-Comites
„ eorum Comitatuum, & Judlium administrare
„ tenebuntur, & habere mutuam correspondentiam
„ cum generali Annonariæ per ipsum Dominum
„ generalem Capitaneum creando.

„ Comitatus Scepusiensis pro præsenti necessitate ad restaurationem munitionis Zendreö, & præparationem aggerum, ac sepium, ceterorumque necessariorum dabit sexaginta laboratores Pedites intra duas septimanas laboraturos.

„ Sáros vero Comitatus in paratis pecuniis flor. centum ad juvandam restaurationem ejusdem Zendreö offert.

„ Abaujvariensis etiam Comitatus quinquaginta laboratores Pedites ad idem Fortalitium Zendreö intra duas septimanas dabit laboraturos.

„ Comitatus Zemplinensis ad juvandam restaurationem munitionis Zendreöiensis pro præsenti necessitate florenos ducentos dabit.

„ Cassovienses duo millia tegularum ad idem Zendreö vehunt, frumentum etiam per Dominos Magnates ad Comitatus ad Zendreö pro reposito jam antea promissis, per quos aut in toto, aut in parte nondum constitutum est, quamprimum invehi idem curent.

„ Item: Reverendissimus Dominus Varadiensis benevole cubulos quinquaginta Cassovienses in farina.

„ Item:

„ Item: Magnificus Dominus Franciſcus Do-
„ bó, cubulos quinquaginta in granis.

„ Item: Magnificus Dominus Sigismundus
„ Rakoczy cubulos centum in farina ad neceſſi-
„ tatem ejusdem Zendreö offerunt.

„ Item: Dominus Michaël Rynoth Vice-Co-
„ mes Comitatus Borſodienſis 20. cubulos in
„ granis invehi curabit.

„ Item: Magnificus Dominus Nicolaus De-
„ orsfy ſupra centum cubulos antea promiſſos,
„ cubulos quinquaginta in farina.

„ Item: Magnifici Domini Georgius, & Joan-
„ nes Preny ſupra centum cubulos antea promiſ-
„ ſos, cubulos quinquaginta in farina.

Item: Dominus Thomas Zechy cubulos cen-
„ tum in granis offert.

„ Item: Spectabilis Dominus Comes Stepha-
„ nus de Báthor cubulos quinquaginta in granis.

„ Item: Dominus Joannes Barcſy (Bánffy)
„ cubulos viginti invehi curabit.

„ Item: Dominus Georgius Forgács cubulos
„ 50. in granis offert.

„ Item: Magnificus Dominus Franciſcus Ders-
„ fy ex Zadvar, & Sáaros offert cubulos 32.

„ Item: Comitatus Aba-Ujvarienſis ſuper re-
„ ſtantiam frumenti antea promiſſi 200. cubulos
„ Caſſovienſes in farina dabit.

„ Item

„ Item: Dominus Michaël Scryeny cubulos „ 25. in farina.

„ Item: Magnificus Dominus Alexius Thur„ zo cubulos centum quamprimum invehi curabit „ in farina.

„ Præterea hujusmodi res frumentaria pro ne„ cessitate (quod Deus avertat) obsidionis ejus „ fortalitii oblata, incumbit curæ, custodiæque so„ lius Magnifici Domini Pauli Nyári ejus loci Su„ premi Capitanei, qui ea de re frumentaria ra„ tionem dare tenebitur.

„ Item: intertentio continui militis Balogiensis „ per Comitatum Abaujvariensem præstare soliti „ maneat in eodem statu, exceptis bonis Domino„ rum Magnatum, qui in Zendreö continuum mi„ litem intertenerent.

„ Quod ad munitionem Fortalitii Kallo atti„ net, Dominus Generalis Capitaneus curam in „ Agriensi habiturus est.

„ Conventus Domini Camerarii quam pri„ mum cubulos 2000. ad ejusdem Fortalitii Præ„ sidiarios sustentandos suppeditabunt.

„ Militi Kalloviensi etiam Stipendium septem „ mensium statim Dominus Capitaneus generalis „ dabit.

„ Militem Tokaiensem idem Dominus Gene„ ralis Capitaneus alio Stipendiario Milite Suæ „ Majestatis augebit.

„ Vi-

„ Victualium etiam, & aliorum necessariorum „ idem Dominus Generalis rationem habebit, de „ Stipendio etiam eosdem sustentabit.

„ Quod ad juvandam restaurationem Vallo „ Thokaiensi, & aliorum necessariorum partim in „ pecunia parata, partim in laboribus sufficienti- „ bus, ac currulibus operibus juxta morem antea „ consuetum Comitatus Zempliniensis præstet sine „ mora, qui vero jam eos labores pro hoc anno „ præsenti præstiterunt, tales non sunt cogendi.

„ Perceptorem Comitatus eliget, qui ha- „ beat rationem tam perceptionis, quam erogatio- „ nis ejusmodi gratuitorum laborum.

„ Idem etiam quietantias laboratoribus dabit.

„ Zathmariensi, & Wgocha Comitatibus „ Dica recens usque mille florenos Hungaricales „ pro novo milite conducendo deputata est, de „ quibus etiam mille florenis dictus Dominus de- „ putatus similiter rursus assecuratur.

„ Interim tamen Dominus Paulus Melith Ca- „ pitaneus ejusdem arcis Zathmariensis propria „ pecunia usque 1000. florenos ejusmodi militem „ sustentabit. Qui ex ea Dica recenti eidem re- „ fundentur.

Anno 1594. celebrati Conventus Strigonii Articulos produxi in Vest. Comitiorum pag. 732. qui deinde Art. 42. A. 1595. extra vigorem positi sunt, observatos tamen fuisse antea tum inde

colligo, cum & ex quadam Quietantia Stephani Thörök de Ennyngh ſuper 321. flor. Hung. a Comite Franc. de Nádasd ex Contributione Comitatuum, & Taxa Regiæ Civitatis Soproníenſis *in Diæta Strigonienſi* per Mathiam Archiducem ad id ordinatis, in rationem Stipendii militum ſuorum levatis data. A. 1594. Ad intelligendos autem articulos hujus Conventus jam a me vulgatos deſerviet, quam bona fortuna nactus ſum:

„ *Propoſitio exhibita Ordinibus in Caſtris ad Stri-*
„ *gonium die 2. Junii An.* 1594.

„ Sacra Cæſarea Regia Majeſtas Dominus
„ noſter clementiſſimus, ut non ſolum accenſum
„ & ardentem ſuum in Rempubl. Chriſtianam ze-
„ lum, ſed benigniſſimum etiam erga Inclyti
„ Hungariæ Regni Ordines ſibi cariſſimos affe-
„ ctum oſtenderet, nihil optabat hoc tempore
„ magis, quam ut ipſamet in medio ſuorum pro
„ Patria laborantium ſubditorum adeſſe, & quod
„ in hac rerum præſentium neceſſitate ſtatuen-
„ dum, ac ſuſcipiendum ſit, coram ipſamet ſtatue-
„ re, ac ſuſcipere poſſit. Sed cum Sacra Maje-
„ ſtas Sua graviſſimis hoc tempore pro communi
„ præſertim vero iſtius Regni ſalute curis diſtenta,
„ & ad Imperii Comitia accincta ſit, vident ipſi
„ Ordines, quam eidem difficile, adeoque impoſ-
„ ſibile ſit, eam ſolennem occaſionem, qua pro iſto
„ Hungariæ Regno auxilia contra imminentem
„ impiiſſimi, crudeliſſimique hoſtis Turcæ poten-
„ tiam, & quos e barbaris undique Nationibus

„ ille

„ ille armatos mittit, exercitus obtinenda sunt, „ deserere.

„ Substituit igitur Sacra Majestas Sua suum „ in locum Serenissimum Principem Archiducem „ Mathiam fratrem sibi dilectissimum; ejus in- „ signem virtutem, fortitudinem, & in rebus „ magnis dexteritatem Regni Ordines, & in „ consiliis, & in castris, agroque hostili experti „ sunt, ut Serenitas ipsius publicum istius nobilis- „ simi Regni Conventum haberet, cui plenam „ de rebus omnibus tractandi, statuendi, & con- „ cludendi Sacra Majestas Sua potestatem fecit, „ omnino confisa fore, quod etiam benigne po- „ stulat, ut erga Serenitatem ipsius Regni Ordines „ in omnibus hujus Conventus negotiis ita se ge- „ rant, uti fideles, & morigeros Sacræ Majesta- „ tis Suæ subditos, & Regnicolas deceat. In „ quo quidem Conventu non dubitat Sacra Ma- „ jestas Sua Ordines ipsos ultro Patriæ salutem ob „ oculos ita habituros esse, ut nihil in se deside- „ rari passuri sint, quin alacriter, & prompte se, „ suaque offerant, ut Hungarici nominis gloriam, „ quam adversus immanem illam Turcarum tyranni- „ dem omnium Nationum, ac Regnorum diutissime „ tutati fuerunt, magis magisque augeant, ac orbi „ Christiano, qui oculos horsum conversos habet, in- „ signiter probent; vident enim ipsi Ordines, quam „ SacraMajestassua nihil prætermittat paternæ curæ, „ sollicitudinis, ac liberalitatis, ut ad exemplum glo- „ riosissimorum Hungariæ Regum, ac Majorum

„ suorum invictissimorum Cæsarum in Regni isti-
„ us viscera penetranti hosti barbaro sese fortiter,
„ ac potenter opponant. Neque vero ignorant
„ Ordines, quam antiquam istius Regni calami-
„ tas originem habeat, ut divino permissu pro-
„ pter flagitiorum noxam paulatim hostilis barba-
„ rorum vis invaluerit, etiamsi magnanimi, ac po-
„ tentes olim Hungariæ Reges, ac divi deinde
„ Imperatores Ferdinandus, ac Maximilianus Sa-
„ cræ Suæ Majestatis Avus, ac Pater immortalis
„ memoriæ vicinorum Regnorum, Ditionumque
„ viribus quantascunque undique colligere potue-
„ rint, collectis strenue, fortiterque vim illam re-
„ primere, ac depellere conati fuerint, quam
„ item Sacra Sua Majestas omnium Regnorum,
„ Provinciarumque suarum reditus libenter libera-
„ literque, ac profuse huc converterit, quam
„ omnes serio rationes inierit subsidiis, auxiliisque
„ a Principibus passim omnibus etiam remotissi-
„ mis conquisitis, ad quos frequentes Litteras,
„ & Legatos miserit, ac de integro mittat, uti
„ Serenissimos Principes Patruum, ac fratres per-
„ moveat, suam pro isto Regno ut vitam, ac
„ sanguinem periculo exponant, ad quos ipsamet
„ pie, benigneque, ubi res tulerit, parata sit, futu-
„ rum omnino confidens, ut Regni Ordines ge-
„ nerosos animi spiritus in hoc tempore cum sin-
„ gulari fide, ac zelo ita ultro ostendant, ut non
„ tantum insigne aliis, qui belli hujus incendio
„ vicini, & propingui sunt, exemplum præbeant,

„ sed

„ sed & remotiores excitent, ut ad immanem il-
„ lam belluam supprimendam, ac superandam,
„ conjunctis undique, qua armis, atque ardenti-
„ bus animis concurrant: Ad quod magnum hoc
„ tempore pondus, ac momentum adferendum,
„ si Regni istius Proceres, atque Ordines sibi per-
„ suasum habuerint, quanto satius, conducibilius,
„ ac præstantius sit, in hoc victoriarum, quas be-
„ nignus Deus largitus est, cursu, omnia tentare,
„ omnia experiri, ut Patria communis si non inte-
„ gre, quod magnopere sperandum, liberetur,
„ saltem ab incursione, atque invasione hostili im-
„ posterum securior reddatur. Et quoniam mul-
„ tum præsidii, plurimumque spei in celeritate po-
„ situm est, Majestas Sua nequaquam ferventium
„ armorum, quæ in hostem jam conversa conspi-
„ ciuntur, strepitum pati judicat, ut de aliis in
„ hoc Conventu, quam de Regni defensione, ac
„ recuperatione agatur, & consultetur.

„ Reliqua gravamina, & quæ pacatiora re-
„ quirant tempora in commodam Regni opportuni-
„ tatem, donec per hostem de iis tractandi, lo-
„ cus detur, differre posse, ac debere quod &
„ ipsosmet per se Ordines judicaturos existimat.

„ Freta igitur Sacra Majestas Sua hac certa
„ de Ordinibus, subditisque suis carissimis exspecta-
„ tione, benigne, clementerque inprimis quemad-
„ modum proxime superioris anni Conventu po-
„ stulat, ut Ordines, ac Status in proximum

 „ sub-

„ ſubſequens triennium quotannis de ſingulis Por-
„ tis Dicæ nomine florenos ſex, duobus terminis
„ dandos conſtituant, ac decernant, ita tamen,
„ ut Dicam illam integram Sacræ Majeſtatis Suæ
„ Camera, quod antehac ſemper in uſu fuit,
„ colligat. Pollicetur vero Majeſtas Sua ne obu-
„ lum quidem inde ullum aliorſum, quam in
„ Hungarorum cum Equitum, tum Peditum recens
„ conſcribendorum ſtipendia convertendum, &
„ quo modo ea pecunia tandem erogata fuerit,
„ Ordinibus ipſis diligenter exponendum eſſe,
„ cum de hujus proximi anni Dica rationes ita
„ intricatæ, ambiguæ, & incertæ ſint, ut, quan-
„ tum inde acceptum, aut expenſum, & in quos
„ uſus ea converſa fuerit, nemo ſatis norit. Quæ
„ rationes a conſtitutis Exactoribus, juxta proxi-
„ me ſuperioris Conventus Decretum etiamnum
„ requirendæ ſint, ut ea, quæ ſolvenda reſtant,
„ in præſentis belli ſuſtentationem tribuantur.

„ Cum porro Ordines ſummam Patriæ neceſ-
„ ſitatem hoc aperto bello proſpiciant, ut certatim
„ contra imminentem hoſtem concurrendum ſit,
„ non dubitat Majeſtas Sua Sacra, quin Prælati,
„ Barones, Magnates, Nobiles tam veterani,
„ quam novitii perſonaliter pro eo, quem erga
„ Patriam, & Rempublicam gerunt, amore inſur-
„ recturi, & in caſtris coram, quamdiu expedi-
„ tio bellica duraverit, conſtanter comparituri
„ ſint, quod benigne poſtulat. Poſtulat vero
„ etiam, ut ex qualibet porta miles unus Pedes,

„ aut

„ aut ex duabus Portis unus Eques armatus mit-
„ tatur, idque ſub certa pœna in eos ſtatuta, qui
„ non comparent, aut non perſeverant, aut
„ quod debeant, non præſtent, ad quod duo lu-
„ ſtrationum Commiſſarii, Hungarus unus, & al-
„ ter Germanus conſtituendi, qui non tantum
„ luſtrationi interſint, ſed deinceps etiam obſer-
„ vent, ne quis pro arbitrio ſuo ſeſe abſentet,
„ aut ex caſtris ſeſe ſubducat, aliisque malum
„ exemplum præbeat.

„ Poſtquam etiam magna adhuc ſtipendiorum
„ pars veteranis militibus tam Hungaris, quam
„ aliis debetur, ad eorum perſolutionem Sua Ma-
„ jeſtas centum millia florenorum ab Ordinibus
„ hoc anno duobus terminis numeranda poſtulat,
„ ex quibus nihil prorſus in alios uſus converten-
„ dum, aut erogandum ſit, qua ratione facile &
„ hoc apud milites effici poſſe exiſtimat, ut ali-
„ quam ſtipendiorum partem remittant. Ut au-
„ tem & Civitates ad talem contributionem per-
„ moveantur, Sacra Majeſtas Sua ſerio curatura eſt.

„ Cum deinceps ad bellicam hanc expeditio-
„ nem neceſſe ſit, ut annonæ, & comeatus copia
„ in promtu adſit, ſine qua fruſtra tum externi,
„ tum interni exercitus conjunguntur, ſine qua
„ neque ſubditis, neque inquilinis, quin ſpolientur,
„ & infeſtentur, parci poſſet, Majeſtas Sua cer-
„ tam ab Ordinibus iniri, & conſtitui rationem
„ poſtulat, ut pro ſua quisque facultate, & qua-

„ libet etiam Porta ratam rei frumentariæ five
„ tritæ, five adhuc integræ partem tolerabili, &
„ æquo pretio, ne quis vendentium, aut ementium
„ prægravetur, Caftris fuppeditet, utque certa lo-
„ ca bene munita annonæ tam pro incolarum,
„ quam pro militum ufu comportandæ defignentur.

„ Et hæc quidem funt, quæ Sacra Cæfarea,
„ & Regia Majeftas fideliffimis, & fortiffimis iftius
„ nobiliffimi, atque inclyti Regni Ordinibus hoc
„ tempore proponenda cenfuit, in quibus Ordines
„ fuum in Patriam zelum ita oftenfuros, & tefta-
„ turos Sacra Majeftas Sua confidit, ut inde glo-
„ riam illi immortalem confequantur, & magnum
„ ad afflictæ Patriæ falutem momentum afferant.
„ Quibus Sacra Majeftas Sua benigniffimi, vereque
„ paterni animi affectum clementer offert.

Reflexione dignum eft, quod in hac Propofitione femper *Ordines* duntaxat, nunquam *Status* nominentur, cum tamen in ipfis Articulis hi quoque occurrant. Ceterum his duobus Inftrumentis Acta hujus Conventus nequaquam abfolvi, patet inde, quod etiam *refponfionem* Regnicolarum ad propofita Suæ Majeftatis, vel potius ad Replicam Archiducis Mathiæ ab Articulis diftinctam in manibus habuerim.

Anno 1595. præter Generalia Comitia etiam alium Conventum celebratum fuiffe didici ex Litteris Maximiliani Archiducis, & Partium Regni Hun-

Hungariæ ſuperiorum Generalis, Franciſcum Dobó de Ruzka ad generalem Conventum partium Regni Hungariæ ſuperiorum Caſſoviæ d. 28. Nov. celebrandum invitantis. Dat. d. 1. Nov. A. 1595.

Anno 1596. Comitia generalia pro die 15. Jan. ſequentibus Regalibus Litteris ex authentico exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis Poſonium indicta fuerunt:

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Magiſtro Civium „ Judici, & Juratis, cæterisque Civibus univerſis „ Civitatis noſtræ Sopronienſis, &c. Fidelibus no„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano„ rum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germa„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti! „ Poſtquam in tanto hoſtilium armorum periculo Re„ gni iſtius noſtri Hungariæ ſumma urgensque neceſſi„ tas non ſolum maturam conſultationem, ac delibe„ rationem, verum etiam communia quoque ſubſidia, „ & copioſiora auxilia ad proſequendum, futuroque an„ no commodius continuandum hoc bellum Turcicum „ poſtulat, nos pro paterna, eaque ſingulari erga Re„ gnum hoc noſtrum affectione, piaque cura, & ſo„ licitudine noſtra omittere non potuimus, quin de „ illis in præſentiarum, tam cum Sacri Romani Impe„ rii Statibus, & Ordinibus, ac cæteris Principibus „ Chriſtianis, aliisque Regnis, & Provinciis noſtris, „ quam vero cum fidelibus etiam ſubditis noſtris Hun„ garis, de quorum nempe defenſione, ac ulteriori „ permanſione potiſſimum agitur, ſine longiori aliqua „ mora etiam abſentes tractaremus, ac decerneremus, „ quo redeunte vere novum exercitum contra hoſtem

„ per-

„ perfidum mature expedire,ejusque impetum a Regno
„ hoc nostro arcere, ac illud in diu optatam liberta-
„ tem Deo propitio, & auxiliante, tandem vindicare,
„ & asserere possimus. Hac igitur de causa genera-
„ lem universis Statibus, & Ordinibus ejusdem Regni
„ nostri Hungariæ, partiumque ei subjectarum Conven-
„ tum ad decimum quintum diem futuri mensis Ja-
„ nuarii Anni proxime sequentis millesimi quingente-
„ simi nonagesimi sexti ad Civitatem nostram Poso-
„ niensem indicendum, & promulgandum duximus,
„ eique in necessaria hac nostra absentia, quam fide-
„ les Regnicolæ, ac subditi nostri æquo animo ferent;
„ Serenissimum Principem Mathiam Archiducem Au-
„ striæ, & fratrem nostrum carissimum attributa ejus
„ dilectioni de omnibus rebus agendi, tractandi, &
„ concludendi plena potestate præfecimus. Quare Fi-
„ delitati vestræ harum serie clementer, ac firmiter
„ committimus, & mandamus, ut ad præfatum diem,
„ & locum peculiares, & sufficientes Nuncios e me-
„ dio vestri sine ulla excusatione, & difficultate ex-
„ pedire, & mittere debeatis, qui illic cum Dominis
„ Prælatis, ac Baronibus, & Nobilibus, cæterisque
„ Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri Hungariæ
„ de iis, quæ ad hostium Turcarum tyrannidem ar-
„ cendam, bellum prosequendum, publicamque ejus-
„ dem Regni nostri defensionem, & elibertationem ac-
„ commodatissima videbuntur, tractare, ac in medium
„ consulere debeant. Curandum autem vobis erit,
„ ut prædicti vestri Nuncii ad præfixum terminum,
„ omnino Posonii compareant. Secus sub pœna in
„ generali Decreto expressa non facturi. Datum in
„ arce nostra Regia Pragensi, ultima die mensis No-
„ vembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo
„ Nonagesimo Quinto.

Rudolphus m. p. (L. S.) Joannes Kuthassi
Episc. Jauriensis m. p.
T. Himmelreich.

Anno 1599. Comitia generalia præfixo brevi admodum unius mensis termino Posonium pro Festo conversionis S. Pauli die 25. Januarii sequentibus Regalibus Litteris ex authentico exemplari Archivi Civitatis Sopronienfis desumtis indicta sunt.

„ Prudentibus, & Circumspectis, Magistro Civium, „ Judici, ac Juratis, cæterisque universis Civibus „ Civitatis nostræ Soproniensis &c. Fidelibus no„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti. „ Cum vigente adhuc aperto bello Turcico de ulte„ rioribus auxiliis, & subsidiis pro defensione Regni „ istius nostri Hungariæ, belloque continuando ad „ annum proxime sequentem apprime necessariis, qui„ bus potenti, ac truculento huic hosti obviandum „ erit, tempestive cogitandum, & statuendum sit, de „ iis propria, & plane paterna nostra cura, & sollici„ tudine, tam cum Sacro Romano Imperio, & aliis „ Principibus Christianis, cæterisque Regnis, & Pro„ vinciis nostris, quam vero cum Fidelibus etiam „ subditis nostris Hungaris, de quorum utpote salute, „ & permansione nunc potissimum agitur, quam pri„ mum benigne ulterius agere, tractare, & decernere „ decrevimus. Ut autem hoc ipsum commodius, & „ bono cum fructu fieri queat; universis Statibus, & „ Ordinibus ejusdem Regni nostri Hungariæ, & par„ tium ei subjectarum generalem Conventum necessita„ te ardua ita exigente ad Festum Conversionis Beati „ Pauli Apostoli, hoc est vigesimum quintum diem fu„ turi mensis Januarii jam instantis nonagesimi noni „ anni ad Civitatem nostram Posoniensem clementer

„ in-

„ indicendum, & promulgandum duximus, & uti
„ præmissum est, dum conquirendis, & procurandis
„ undique in Orbe Christiano necessariis auxiliis sum-
„ ma cura intenti sumus, ei in hac nostra necessaria
„ absentia Archi-Ducem Austriæ &c. fratrem nostrum
„ carissimum attributa ejus dilectioni de omnibus re-
„ bus agendi, tractandi, & concludendi plena potesta-
„ te præfecimus. Quare Fidelitati vestræ harum serie
„ clementer, ac firmiter committimus, & mandamus,
„ ut consideratis imminentibus periculis ad præfatum
„ diem, & locum peculiares, & sufficientes Nuncios
„ e medio vestri sine ulla mora, & difficultate expe-
„ dire, & mittere debeatis, qui illic cum Dominis
„ Prælatis, Baronibus, ac Nobilibus, cæterisque Stati-
„ bus, & Ordinibus dicti Regni nostri Hungariæ de
„ ulteriore belli prosecutione, ac iis, quæ ad publicam
„ ejusdem Regni nostri defensionem, & elibertationem
„ accommodatissima videbuntur, tractare, & in medium
„ consulere debeant. Curandum autem vobis diligen-
„ ter erit, idque etiam fieri volumus, ut ad præfixum
„ diem pro maturandis, & confestim inchoandis tra-
„ ctatibus prædicti vestri Nuncii omnino Posonii com-
„ pareant. Secus sub pœna Decreti non facturi. Da-
„ tum in Arce nostra Regia Podiebrad vigesima quin-
„ ta die mensis Decembris Anno Domini Millesimo
„ Quingentesimo Nonagesimo Octavo.

Rudolphus m. p. (L.S.) Mart. El. Jauriensis m. p.
T. Himmelreich m. p.

Anno 1600. celebrata generalia Regni Comitia Posonium ad Festum Purificationis B. V. M. d. 2. Febr. sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis exemplari desumtis indicta erant:

„ Pru-

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium
„ Judici, ac Juratis, cæterisque universis Civibus
„ Civitatis nostræ Soproniensis &c. Fidelibus no-
„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano-
„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Quamvis nihil prius, aut magis habuerimus in votis,
„ quam ut fidelibus Regnicolis nostris Hungaris Tur-
„ cica, & Tartarica rabie (quod non sine dolore in-
„ telleximus, eisque benigne compatimur) hoc præ-
„ sertim anno misere divexatis, parcere, & in feren-
„ dis ulterioribus auxiliis illos hoc tempore præter-
„ gredi potuissemus: Attamen, cum nemo vestrum
„ ignoret, quanta perfidia, & dolo in pacis tractati-
„ bus (ad quam pro vestro, totiusque Christianitatis
„ bono, & commodo clementer inclinati, bonis modis
„ condescendere volueramus, vaferrimus hic hostis
„ nobiscum egerit, & quam iniquissimas conditiones
„ obtulerit, quas siquidem in Regni istius nostri sum-
„ mum detrimentum, & exterminium vergunt, nequa-
„ quam acceptare, & ne nunc quidem ad nocivam,
„ & iniquam, quam dicti hostes adhuc urgent, pacem
„ condescendere voluimus, sed potius apertum hoc
„ bellum pro elibertatione ejusdem Regni nostri, diu-
„ que optata quiete, & tranquillitate ipsius reducenda,
„ etiam deinceps prosequi, & continuare, ac pro pia,
„ & plane paterna, qua erga hoc Regnum nostrum
„ afficimur, cura, & sollicitudine, de præfatis auxi-
„ liis, & subsidiis, ad bellum hoc apprime necessa-
„ riis tam cum Sacro Romano Imperio, & aliis Prin-
„ cipibus Christianis, ceterisque Regnis, & Provinciis
„ nostris, quam vero cum fidelibus quoque subditis
„ nostris Hungaris de quorum permansione, & defen-
„ sione potissimum agitur denuo, & quamprimum ul-

„ teri-

„ terius agere, & tractare decrevimus. Ut autem hoc
„ ipsum majore cum fructu, & commodius fieri queat:
„ Universis Statibus, & Ordinibus ejusdem Regni no-
„ stri Hungariæ, & partium ei subjectarum generalem
„ Conventum ad Festum Purificationis Beatissimæ Vir-
„ ginis Mariæ hoc est, secundum diem Mensis Fe-
„ bruarii anni proxime sequentis sexcentesimi supra
„ millesimum ad Civitatem nostram Posoniensem cle-
„ menter indicendum, & promulgandum duximus, &
„ dum nos ad conquirenda, & procuranda undique
„ in Orbe Christiano necessaria auxilia summa cura
„ intenti sumus, ei in hac nostra absentia Serenissi-
„ mum Principem Mathiam Archiducem Austriæ &c.
„ fratrem nostrum carissimum attributa ejus dilectioni
„ de omnibus rebus agendi, tractandi, & concluden-
„ di plena potestate præfecimus. Quare Fidelitati ve-
„ stræ harum serie clementer, ac firmiter committimus,
„ & mandamus, ut consideratis imminentibus periculis
„ ad præfatum diem, & locum peculiares, & suffi-
„ cientes Nuncios e medio vestri sine ulla mora, &
„ difficultate expedire, & mittere debeatis, qui illic
„ cum Dominis Prælatis, Baronibus, & Nobilibus, cæ-
„ terisque Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri
„ Hungariæ de ulteriori belli prosecutione, ac iis, quæ
„ ad publicam ejusdem Regni nostri defensionem, &
„ eliberationem accommodatissima videbuntur, tractare,
„ & in medium consulere debeant. Curandum autem
„ vobis diligenter erit, idque etiam ita fieri volumus,
„ ut ad præfixum diem pro maturandis, & confestim
„ inchoandis tractatibus prædicti vestri Nuncii omnino
„ Posonii compareant. Secus sub pœna Decreti non
„ facturi. Datum in Regia nostra Civitate Bohemica
„ Pilsna vigesima die mensis Decembris. Anno Do-
„ mini M. D. XCIX.

Rudolphus m. p. (L. S.) MartinusPethe deHeresEl.
Jauriens. Eppisc. m. p.
Himmelreich m. p.

An-

Anno 1601. Comitia generalia Posonium pro Festo Conversionis B. Pauli seu d. 25. Januarii sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis exemplari desumtis indicta erant:

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium „ Judici, ac Juratis, cæterisque universis Civibus „ Civitatis nostræ Soproniensis, &c. Fidelibus no- „ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano- „ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Quum amissa Canisa, & hostibus Turcis in dies ma- „ gis in Regni istius nostri Hungariæ reliquias dire „ sævientibus, quorum etiam dolo, ac perfidia, pa- „ cis quoque tractatus iterum interrupti sunt, justissi- „ mas, ac sufficientes causas habeamus, propter quas „ apertum hoc bellum contra præfatos totius Christia- „ nitatis acerrimos hostes pro defensione, ac eliber- „ tatione dicti Regni nostri Hungariæ divino freti au- „ xilio, etiam deinceps continuare, & prosequi nos „ oportet: omittere in hoc rerum statu nequaquam „ potuimus, quin pro pia, ac plane paterna nostra er- „ ga Regnum hoc nostrum affectione, curaque, & sol- „ licitudine de ulterioribus auxiliis, & subsidiis ad „ eam rem apprime necessariis, tam cum Sacro Ro- „ mano Imperio, & aliis Principibus Christianis, cæte- „ risque Regnis, ac Provinciis nostris, quam vero „ cum fidelibus quoque subditis nostris Hungaris, de „ quorum utpote salute, & permansione potissimum „ agitur, quamprimum ulterius ageremus, & tractare- „ mus. Ut autem hoc ipsum commodius, & meliore „ cum fructu fieri queat: Universis Statibus, & Ordi-

„ nibus

„ nibus ejusdem Regni nostri Hungariæ, & partium „ ei subjectarum generalem Conventum ad Festum „ Conversionis Beati Pauli Apostoli, hoc est vigesimum „ quintum diem Mensis Januarii anni proxime sequen- „ tis Millesimi Sexingentesimi primi ad Civitatem no- „ stram Posoniensem clementer indicendum, & pro- „ mulgandum duximus; & dum nos ad conquirenda, „ & procuranda undique in Orbe Christiano necessa- „ ria auxilia summa cura intenti sumus, ei in hac nostra „ absentia Serenissimum Principem Mathiam Archi-Du- „ cem Austriæ &c. fratrem nostrum carissimum attribu- „ ta ejus dilectioni de rebus omnibus agendi, tractan- „ di, & concludendi plena potestate præfecimus. „ Quare Fidelitati vestræ harum serie clementer, ac „ firmiter committimus, & mandamus, ut ad præfa- „ tam diem, & locum peculiares, & sufficientes Nun- „ cios e medio vestri sine ulla mora, & excusatione „ expedire, & mittere debeatis, qui illic cum Domi- „ nis Prælatis, Baronibus, & Nobilibus, cæterisque „ Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri Hungariæ „ de ulteriori prosecutione belli, atque iis, quæ ad „ publicam ejusdem Regni nostri Hungariæ defensio- „ nem, & eliberationem accommodatissima videbuntur, „ tractare, & in medium consulere debeant. Curan- „ dum autem vobis omnino, & diligenter erit, ut „ ad præfixum diem pro maturandis, & confestim in- „ choandis tractatibus prædicti vestri Nuncii Posonii „ certo compareant: secus sub pœna Decreti non fa- „ cturi. Datum in Arce nostra Regia Pragensi. Octava „ die Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sex- „ centesimo.

Rudolphus m. p. (L. S.) Mart. El. Colocen. E. m. p.
Himmelreich.

An-

Anno 1603. Comitia Generalia Posonium ad diem 24. Februarii sequentibus Regalibus indicta sunt:

„ Egregio Francisco Alaghi de Paczen, &c. Fideli „ nobis dilecto.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Romano-„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex, &c.

„ Egregie Fidelis nobis dilecte. Quum evidens „ necessitas, & ipsa occasionis oportunitas vel maxi-„ me flagitet, ut hoc bellum Turcicum, quod immen-„ sis nostris sumtibus pro elibertatione Inclyti Regni „ istius nostri Hungariæ dulcissimæ nempe Patriæ ve-„ stræ, contra tam immanem, & potentem hostem su-„ perioribus annis suscepimus, & per Dei Gratiam „ continuavimus, etiam deinceps divino freti auxilio, ani-„ mose, & viriliter prosequamur, omittere haud quaquam „ potuimus, quin hac ipsa de re tam cum Sacro Ro-„ mano Imperio in peculiari etiam promulgata gene-„ rali Diæta Imperiali, aliisque Principibus Christianis, „ cæterisque Regnis, & Provinciis nostris, sine quo-„ rum utpote auxiliis, & subsidiis hoc minime fieri „ potest, quam vero cum Fidelibus quoque Regnicolis „ nostris Hungaris, de quorum videlicet permansione, „ & elibertatione potissimum agitur, tempestive, & „ priusquam hostium exercitus (quod ingruente vere „ subito futurum non ambigimus) movere incipiat, „ iterum ageremus, & tractaremus. Ut autem hoc „ ipsum fructuose, & commodius fieri queat, uni-„ versis Statibus, & Ordinibus ejusdem Regni no-„ stri Hungariæ, & partium ei subjectarum gene-„ ralem Conventum ad Festum Beati Mathiæ Apo-„ stoli hoc est 24. diem futuri mensis Februarii anni „ præsentis 1603. ad Civitatem nostram Posoniensem „ clementer indicendum, & promulgandum duximus,

„ eique etiam in hac noſtra abſentia Sereniſſimum „ Principem Maximilianum Archiducem Auſtriæ &c. „ Nepotem noſtrum chariſſimum, attributa ejus dile- „ ctioni de omnibus rebus agendi, tractandi, & con- „ cludendi plena poteſtate præfecimus. Quare Fideli- „ tati tuæ clementer ac firmiter committimus, & man- „ damus, ut ad diem præfatum ſine ulla excuſatione, „ & mora Poſonium venire, atque illic una cum re- „ liquis Dominis Prælatis, Baronibus, & Nobilibus, cæ- „ terisque Statibus, & Ordinibus dicti Regni noſtri „ Hungariæ de iis, quæ ad ulteriorem belli proſequu- „ tionem, publicamque ejusdem Regni noſtri defen- „ ſionem, & elibertationem accommodatiſſima videbun- „ tur, tractare, & in medium conſulere, poſtpoſitis- „ que privatis negotiis omnino hiſce comitiis intereſſe „ debeas. Secus ſub pœna Decreti non facturus. „ Datum in arce noſtra Regia Pragenſi 10. die Menſis „ Januarii Anno Domini M. D. CIII.

Rudolphus m. p. (L. S.) Himmelreich m. p.

Anno 1604. Comitia generalia Poſonium ad d. 3. Febr. ſequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis exemplari deſumtis indicta erant:

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium „ Judici, ac Juratis, cæterisque univerſis Civibus „ Civitatis noſtræ Sopronienſis, &c. Fidelibus nobis „ dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Roma- „ norum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Ger- „ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti! „ Quoniam diſſolutis nuper ſine aliquo fructu, propter

„ ho-

„ hostium Turcarum versutiam pacis tractatibus hoc
„ apertum bellum Turcicum, quod tot annis immen-
„ sis, & gravissimis nostris sumtibus uti vobis optime
„ constat, feliciter per nos gestum est, etiam deinceps
„ pro defensione, & elibertatione Regni istius nostri
„ Hungariæ dulcissimæ nempe patriæ vestræ contra
„ tam ferocem, & potentem hostem divino freti auxi-
„ lio animose nos prosequi oportet, tempestive de
„ ulterioribus subsidiis, & auxiliis ad eam rem appri-
„ me necessariis tam cum Sacro Romano Imperio,
„ aliisque Principibus Christianis, cæterisque Regnis, &
„ Provinciis nostris, quam vero cum fidelibus quoque Re-
„ gnicolis nostris Hungaris, de quorum utpote salute,
„ & permansione potissimum agitur, iterum agere,
„ & tractare decrevimus, quo mature postea hostibus
„ obviare, illorumque conatus feliciter retundere, ac
„ infringere possimus. Ut autem hoc ipsum fructuose,
„ & commodius fieri queat, universis Statibus, & Ordi-
„ nibus ejusdem Regni nostri Hungariæ, & partium
„ ei subjectarum generalem Conventum ad proximum
„ diem Martis post Festum Purificationis Beatissi-
„ mæ Virginis Mariæ, hoc est: tertium diem futuri men-
„ sis Februarii anni proxime sequentis sexingentesimi
„ quarti supra millesimum ad Civitatem nostram Poso-
„ niensem clementer indicendum, & promulgandum
„ duximus, eique in hac nostra absentia Serenissimum
„ Principem Mathiam Archi-Ducem Austriæ &c. fra-
„ trem nostrum charissimum attributa ejus dilectioni
„ de omnibus rebus agendi, tractandi, & concludendi
„ plena potestate præfecimus. Quapropter Fidelitati
„ vestræ harum serie clementer, ac firmissime com-
„ mittimus, & mandamus, ut ad præfatum diem &
„ locum peculiares, ac sufficientes vestros Nuncios e
„ medio vestri sine ulla mora, & excusatione expedi-
„ re, & mittere debeatis, qui illic una cum Dominis
„ Prælatis, Baronibus, Magnatibus, & Nobilibus, cæte-
„ risque Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri Hun-

„ gariæ, & partium ei subjectarum de hujus belli ul-
„ teriori prosecutione, atque iis omnibus, quæ ad
„ publicam ejusdem Regni nostri defensionem, & eli-
„ bertationem accommodatissima videbuntur, tractare, &
„ in medium consulere debeant. Curandum autem
„ vobis omnino erit, idque plane ita fieri volumus,
„ ut pro maturandis, & confestim inchoandis tracta-
„ tibus prædicti vestri Nuncii ad præfixum diem cer-
„ to certius Posonii compareant. Secus sub pœna De-
„ creti non facturi. Datum in arce nostra Regia Pra-
„ gensi quinta die Mensis Decembris. Anno Domini
„ Millesimo Sexingentesimo tertio.

Rudolphus m. p. (L. S.) Franciscus Forgách Episc. Nitriensis m. p. Himmelreich.

Stephanus Bochkay eodem Anno mense Novembri Cassoviæ Conventum celebravit, & die 13. ejusdem nonnullos Articulos cum suis edidit.

Ad A. 1605. pro Festo Epiphaniarum Domini Posonium Comitia indicta fuisse, docui in Vest. Comit. p. 759.

Mox deinde Rudolphus ipse editis sequentibus Litteris Regalibus ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis, desumtis, eundem diem, & locum iisdem Comitiis præfixit.

„ Prudentibus, & Circumspectis, Magistro Civium
„ Judici, ac Juratis, cæterisque Civibus universis
„ Civitatis nostræ Sopronienfis. &c. Fidelibus no-
„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Roma-
„ norum Imperator semper Augustus, ac Germa-
„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Pru-

„ Prudentes, & Circumſpecti, Fideles nobis dilecti! „ Poſtquam hoc bellum Turcicum, quod pro conſer- „ vatione, & elibertatione Regni iſtius noſtri Hunga- „ riæ a tot annis maximis noſtris ſumtibus contra tam „ immanem, & potentem hoſtem haud infeliciter per „ Dei gratiam geſſimus, ſublata præter expectationem „ omni ſpe pacis ulterius nos continuare oportet; „ omittere non potuimus, quin confeſtim circa illius „ meliorem diſpoſitionem, & proſecutionem attentiſ- „ ſima, & plane paterna cura, & ſollicitudine verſare- „ mur: Quia vero nobis pro publica veſtra ſalute, „ & permanſione ſollicitis, & occupatis, per nocivos, „ & inopinatos hiſce præteritis ſeptimanis in partibus „ Regni iſtius noſtri Hungariæ ſuperioribus per quoſ- „ dam excitatos, & etiamnum vigentes motus in hoc „ belli progreſſu remora, & impedimenta interjecta „ ſint, ea vobis jam optime conſtare non dubitamus. „ De quibus quidem impedimentis, & motibus omni- „ bus quam certiſſime ſubmouendis, ac ſopiendis, & „ de præfato bello conjunctis animis, & viribus „ contra feroces hoſtes Turcas continuando cum „ fidelibus ſubditis, & Regnicolis noſtris Hun- „ garis, de quorum utpote ſalute, & permanſione po- „ tiſſimum agitur, ſine ulla mora, & dilatione, ne- „ ceſſitate ardua hoc exigente quam primum agere, „ & tractare decrevimus. Ut autem id commodius, & „ bono cum fructu fieri queat: Univerſis Statibus, & „ Ordinibus ejusdem Regni noſtri Hungariæ, & par- „ tium ei ſubjectarum generalem Conventum, de quo „ jam per Sereniſſimum Principem Mathiam Archidu- „ cem Auſtriæ, & Fratrem noſtrum chariſſimum vos „ præmonitos eſſe non ambigimus, ad Feſtum Epi- „ phaniarum Domini, ſive Trium Regum, hoc eſt: ſex- „ tum diem proxime venturi menſis Januarii anni ſe- „ quentis ſexceneteſimi quinti ſupra milleſimum, ad Ci- „ vitatem noſtram Poſonienſem clementer indicendum, „ & promulgandum duximus, eique in hac etiam ab-

„ sentia nostra, quam fideles Regnicolæ nostri æquo
„ animo ferent, præfatum serenissimum fratrem nostrum
„ Archiducem Mathiam &c. attributa ejus dilectioni
„ de omnibus rebus agendi, tractandi, & concluden-
„ di plena potestate præfecimus; Quapropter Fidelita-
„ ti vestræ harum serie clementer, ac firmiter com-
„ mittimus, & mandamus, ut ad præfatum diem, &
„ locum peculiares, & sufficientes vestros Nuncios vi-
„ ros nimirum prudentes, pacisque, & publicæ salutis
„ amantes, & studiosos e medio vestri sine ulla mora,
„ & excusatione expedire, & mittere debeatis, qui
„ illic una cum Dominis Prælatis, Baronibus, Magnati-
„ bus, & Nobilibus, cæterisque Statibus, & Ordinibus
„ dicti Regni nostri Hungariæ, & partium ei subje-
„ ctarum de iis omnibus, quæ ad supradicta impedi-
„ menta removenda, motusque sedandos, & bellum
„ Turcicum commodius prosequendum, quæve ad pu-
„ blicam ejusdem Regni nostri conservationem accom-
„ modatissima videbuntur, tractare, & in medium con-
„ sulere debeant. Curandum autem vobis pro
„ contestanda, & declaranda erga nos sinceritate, &
„ fidelitate vestra omnino erit, idque plane ita fieri
„ volumus, ut pro maturandis, & confestim inchoan-
„ dis tractatibus prædicti vestri Nuncii ad præfixum
„ diem certo certius Posonii compareant. Secus sub
„ pœna notæ perpetuæ infidelitatis non facturi. Da-
„ tum in arce nostra Regia Pragensi decima sexta die
„ mensis Decembris. Anno Domini Millesimo Sex-
„ centesimo Quarto.

Rudolphus m. p. **(L. S.)** Himmelreich m. p.

Rudolphus indicta Comitia *in termino suo relicta* ad commodius saltem tempus differendo suspendit, sequentibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienfis desumtis.

„ Pru-

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium, „ Judici, Juratis, cæterisque universis Civibus Ci- „ vitatis nostræ Regiæ Sopronienlis simul vel di- „ visim constitutis. &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Roma- „ norum Imperator semper Augustus, ac Germa- „ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Quamvis non ita pridem universis Regnicolis nostris „ Hungaris ad Festum Trium Regum proxime præte- „ ritum generalem Diætam Posonium indixerimus, & „ publicaverimus, attamen cum vos omnes in pertur- „ bato hoc rerum statu propter rebellium motus, non faci- „ le abesse, & publicis tractatibus advigilare posse intel- „ ligamus, habita vestri benigna ratione Diætam „ ipsam in termino suo relictam ad commodius saltem „ tempus differendo suspendimus. Fidelitatem igitur „ vestram clementer hortamur, vobisque ac vestrum „ singulis firmiter committimus, & mandamus, ut in- „ terea temporis res vestras modo meliori quo pote- „ ritis curare, neque ad partes rebellium ulla ratione „ deflectere, aut illis vos conjungere, sed potius in „ fidelitate nobis debita constanter persistere, omnes- „ que motus pro virili vestra sopiri, & disipari juva- „ re, atque ab ulteriori benigna nostra resolutione „ promti, & parati expectare, & cum denuo per nos „ certificati fueritis, sine excusatione, & mora aliqua „ confestim, & obedienter comparere, interim vero „ a Serenissimo Principe Mathia Archiduce Austriæ „ &c. fratre nostro charissimo expectare, & depende- „ re, & quacunque ejus dilectio commiserit, eo auxi- „ lia vestra dirigere, & cuncta promte, & benevole, ac „ fideliter præstare, & exequi velitis, & debeatis. Se- „ cus non facturi. Datum in Arce nostra Regia Pra-

 „ gensi

„ gensi vigesima quinta die mensis Januarii Anno Do-
„ mini Millesimo Sexcentesimo Quinto.

Rudolphus m. p. (L. S.) Himmelreich m. p.

Interim Stephanus Bochkai de Kiss-Maria edidit Litteras Encyclicas, quibus Hungaros pro Comitiis ad diem 17. Aprilis in Szerench indictis invitabat, Datum in Arce Szerench d. 29. Martii 1605. Habetur earum exemplar in Bibliotheca Cæsarea MSS. Cod. Chart. in fol. Hist. Prof. N. CCXXII. f. 55. Gent. Ubi etiam Articuli editi erant.

Alterum Conventum indictum fuisse colligo ex Litteris ejusdem Stephani Bochkaj ad Stanislaum Thurzo Hungarico idiomate scriptis, quibus eundem ad generalem Conventum in castris celebrandum cum aliis evocat. Dat. Sáros Patak d. 22. Oct. 1605. In his Litteris jam de tractanda pace mentionem facit.

Conventus istius, cujus nec locus, nec terminus diserte expressus fuerat, ad Pestinum in Campo Rákos die 11. Nov. celebrati, Historiam luculente descripsit Joannes Boccatius sive Bogady, quam Mathias Belius in Apparatu Decadis I. Monum. VII. edidit.

Sive in isto postremo, sive in præcedenti Conventu Bochkay cum suis, Postulata Mathiæ Archiduci mittenda conscripsit, ad quæ iste suam nomine Rudolphi Regis edidit Resolutionem.

Ter-

Tertius demum Conventus, hoc eodem Anno 1605. mense Novembri indictus, & celebratus est Carponæ, in quo prædicta Resolutio Mathiæ Archiducis die 21. Nov. assumta, & ad eam Articuli replicationum die 24. ejusdem Hungarico Idiomate die 3. Decembris conclusi, & per Stephanum Bochkai sub sigillo ejusdem ratificati sunt. Ex isto Conventu ad Pacificationem Viennensem ex parte Hungarorum Commissarii exmissi erant, cujus feliciter concludendæ spe Rudolphus Imp. & Rex.

Anno 1606. Posonium pro die 24. Aprilis Festo S. Georgii sequentibus Regalibus Litteris ex authentico exemplari Archivi Civitatis Soproniensis desumtis, generalia Comitia indixit.

„ Prudentibus, & Circumspectis Magistro Civium, „ Judici, ac Juratis, cæterisque universis Civibus, „ Civitatis nostræ Soproniensis &c. Fidelibus no„ bis dilectis.

„ Rudolphus Secundus Dei gratia Electus Roma„ norum Imperator semper Augustus, ac Germa„ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Nihil equidem prius, aut magis habuimus in votis, „ quam ut inclyto huic nostro Hungariæ Regno, tum „ longiore bello Turcico, tum vero præter expectatio„ nem exortis, & hactenus durantibus internis, ac „ perniciosis motibus sat superque afflicto pro innata „ nostra pietate, & clementia primo quoque tempore „ benigne subvenire, & charissimorum subditorum no„ strorum saluti, ac permansioni, paterno plane affe„ ctu consulere, & per transactionis rationem a non-

„ nul-

„ nullis fidelibus regnicolis, & ſubditis noſtris humil-
„ lime a nobis expetitam, elargita Sereniſſimo Prin-
„ cipi Mathiæ Archi-Duci Auſtriæ, &c. fratri noſtro
„ chariſſimo ea, quæ reconciliationis ſunt, tractandi,
„ & tranſigendi Plenipotentia noſtra Regia, cuncta ad
„ bonum finem dirigere, & perducere poſſemus. Quæ
„ quidem omnia, cum eousque ſatis feliciter peracta
„ ſint, ut Diætaliter ſaltem adhuc componenda re-
„ ſtent, atque omnes, qui hucusque partes Bochkaia-
„ nas ſecuti, eique juramento adſtrictiſ fuerant, eo ab-
„ ſoluti, ac in gratiam noſtram Regiam iterum cle-
„ menter recepti ſint, nihilque amplius periculi, aut
„ dubii eis propterea metuendum ſit, publica autem
„ Regni puncta ad generalem Diætam Hungaricam di-
„ recta eſſe benigne cognoverimus, omittere noluimus,
„ quin pro bono, & utilitate publica prædictos quo-
„ que tractatus mature promoveremus. Ut autem
„ omnia commodius fieri queant, univerſis Statibus,
„ & Ordinibus ejusdem Regni noſtri Hungariæ, par-
„ tiumque ei ſubjectarum generalem Conventum ad
„ Feſtum B. Georgii Martyris, hoc eſt: vigeſimum
„ quartum diem proxime venturi menſis Aprilis anni
„ præſentis ſexcenteſimi ſexti ſupra milleſimum ad Ci-
„ vitatem noſtram Poſonienſem clementer indicendum,
„ & promulgandum duximus, eique in hac etiam no-
„ ſtra abſentia, quam fideles Regnicolæ noſtri eo quod
„ tum Imperialis quoque Diætæ publicatione, tum
„ vero aliis etiam gravibus curis, & occupationibus
„ nunc diſtinemur, æquo animo ferent, præfatum
„ Sereniſſimum Principem, & fratrem noſtrum Archi-
„ Ducem Mathiam, &c. attributa ejus dilectioni de
„ omnibus rebus agendi, tractandi, & concludendi
„ plena poteſtate præfecimus. Quapropter Fidelitatem
„ veſtram benigne hortamur, vobisque harum ſerie
„ clementer, ac firmiter committimus, & mandamus,
„ ut ad præfatum diem, & locum peculiares, & ſuffi-
„ cientes Nuncios veſtros ſine ulla mora, & excuſa-

„ tione

„ tione e medio vestri expedire, & mittere debeatis,
„ qui sint viri prudentes, pacisque, & concordiæ studiosi, & amantes, qui illic una cum Dominis Prælatis, Baronibus, Magnatibus, & Nobilibus, cæterisque Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri Hungariæ, & partium ei subjectarum de iis omnibus, quæ ad publicam ejusdem Regni nostri pacem, ac quietem, & tranquillitatem, ejusdemque defensionem accommodatissima videbuntur, tractare, & in medium consulere debeant. Curandum autem vobis erit, idque omnino ita fieri volumus, ut pro maturandis, & confestim inchoandis tractatibus prædicti vestri Nuncii ad præfixum diem certo certius Posonii compareant. Secus sub pœna Decreti non facturi. Datum in Arce nostra Regia Pragensi decima die mensis Martii. Anno Domini Millesimo Sexingentesimo sexto.

Rudolphus m. p. (L. S.) Franciscus Forgách Episc. Nitriensis m. p.
Himmelreich m. p.

Hæc tamen Comitia, cum varii tractatus, & in his difficultates successive enatæ in longius protractæ sint, locum non habuerunt.

Quamvis ego Indicia Tractatuum publicorum peculiari opere his Vestigiis gemino adornare, & in eo, quidquid ad hoc argumentum pertinens detegere potuero pertractare, ac deducere intendam; operæ pretium me etiam post sylogen Actorum publicorum Pacificationis Viennensis opera Victorini de Chorebo multis imperfectam editam facturum esse existimavi, si de tractatibus horum annorum ea, quæ ad notitiam Comitiorum scitu necessaria sunt, paucis perstrinxero.

Ut

Ut igitur Tractatus Viennensis, de quo instituendo jam in Conventu Carponensi inter Partes constitutum fuit, locum haberet, primum omnium Induciæ usque diem 24. Junii prorogatæ sunt Litteris Mathiæ Archiducis Viennæ d. 15. Januarii A. 1606. datis, quarum virtute Stephanus Illésházy, & Paulus Horváth Mladessevich nomine Stephani Bochkai Principis Hungariæ, & Transylvaniæ, nec non Regnicolarum in publica Diæta Carponæ congregatorum ad tractandam pacem cum Mathia Archiduce Viennam cum plena authoritate delegati Commissarii per Patentales Viennæ itidem die 15. Jan. datas significarunt Hungaris, & Transylvanis, Inducias inter Turcas, Hungaros, & Aulam Cæsaream usque diem 24. Junii sub certis conditionibus prorogatas esse, ut illis stantibus de firmanda pace agi, & concludi possit.

Tractatui huic per Hungaros Articuli Conventus Carponensis velut præliminares pro basi propositi erant, & ideo deinceps eadem objecta eadem eorum series in actis, & conclusionibus observabantur.

Initio quidem videntur utcunque concordes fuisse, ac ideo mox etiam in Articulos reconciliationis consenserunt, quos Mathias Archidux edito Diplomate Viennæ die 9. Mensis Februarii A. 1606. ad instar alicujus Resolutionis confirmavit, qui etiam *Tractatus Viennensis prior* appellari solet, ut in pluribus actis eo pertinentibus observari potest.

Com-

Commissarios, qui priori huic Tractatui Viennensi tam ex parte Aug. Aulæ, quam Hungarorum intererant, ipse Mathias in ingressu illius Instrumenti ita recenset:

„ Nos mediantibus Reverendissimis, Illu„ strissimis, Spectabilibus, & Magnificis Dominis „ Francisco Forgách de Ghymes Episcopo Nitri„ ensi, locique ejusdem Comite perpetuo, & „ per Regnum Hungariæ Cancellario; Paulo Sixto „ Trautson Comite in Falkenstein, Libero Baro„ ne in Sprechen, & Schroffenstein, Domino in „ Kaya, & Laa, Marschallo Hæreditario Comi„ tatus Tyrolensis, Sigefrido Christophoro Prei„ ner, Libero Barone in Stübing Fladdnitz, & „ Rabenstein inferioris Cameræ Austriacæ Præsi„ dente; Georgio Thurzo de Bethlenfalva Co„ mite Comitatus Arvensis Dapiferorum Rega„ lium in Hungaria Magistro, ac S. C. Regiæque „ Maj. Consiliario, &c. Bernardo Leone Gaal in „ Loosdorf Libero Barone, & Supremo Capitaneo; „ Sigismundo Forgách de Ghymes Comite Co„ mitatus Neogradiensis Pincernarum Regalium „ in Hungaria Magistro, Petro Revay Comite „ Comitatus Thuroczensis; Udalrico a Krem„ bergk in Neuwäldek; Joanne Lippay, Per„ sonalis Præsentiæ Regiæ in Judiciis Locum„ tenente ad id ipsum specialiter per nos nomine „ S. C. Regiæque Majestatis Domini, & Fratris „ nostri observantissimi deputatis Commissariis sin„ cere nobis dilectis cum Spectabili, ac Magnifico

„ Ste-

„ Stephano Bochkay de Kiſs-Maria, nec non eiſ-
„ dem adhærentium Hungarorum cum pleno, &
„ ſufficienti mandato ad nos Carpona Ablegatis,
„ Magnifico nempe Steph. Illésházy, & Egregio
„ Paulo Horváth Mladeſſevich ad eorum ex Diæ-
„ ta Carpona transmiſſa Poſtulata juxta ſequentes
„ Articulos concluſiſſe.

Sed cum Bochkaiani Commiſſarii hos Articulos Principi ſuo transmiſiſſent, hic vero convocatis vicinorum Comitatuum Ablegatis in Conventu particulari Caſſoviam in diem 16. Aprilis indicto eosdem diligentius examinaſſet, viſi ſunt omnibus ambigui, & arbitrariæ interpretationi obnoxii, ex qua aliquando nova diffidia enaſci poſſent. Miſſa itaque ſunt ex eadem Congregatione Caſſovienſi die 12. Maii expedita puncta replicationis, ſeu Poſtulatorum Viennam, in quibus explicatio quomodo Hungari eosdem Articulos expreſſos cuperent, idiomate Hungarico luculenter exponebatur.

Exortis itaque his novis ſcrupulis, & difficultatibus, ut & iſtæ tollerentur, noviter iterum tractare oportebat, quem in finem Rudolphus Mathiæ novas, & illimitatas Plenipotentiales Pragæ die 20. Martii dedit in quibus diſerte narrat, *rem poſt variam concertationem eo tandem perductam eſſe, ut in certos Articulos utrinque convenirent, in quibus inter alia hoc etiam transactum ſit, ut præfato ſeren. Principi a nobis omni-*

omnimoda plenipotentia detur, & concedatur, non secus, ac si nos ipsimet adessemus.

Inter Articulos, quorum Exemplar in mea collectione possideo, per Mathiam die 9. Febr. editos hujusmodi clausulam de nova Plenipotentia non observo, quos proinde tanquam interimalem duntaxat Resolutionem considero. Re vera hujus novæ Plenipotentiæ causam non fuisse scrupulos Hungarorum, illud manifeste evincit, quod illa jam die 20. Martii, isti vero non nisi 12. Maii scriptis comprehensi sint.

In ultimo tamen seu posteriori Tractatu Viennensi die 23. Junii pridie nempe, quam terminus Induciarum exspiraret, virtute posteriorum illarum Plenipotentialium concluso Mathias in Exord. §. 1. & seqq. narrat, quod:

„ Mediantibus tunc temporis S. C. Regiæ„ que Majestatis Intimis, ac aliis Consiliariis, & „ Commissariis Tractatus habitus, & denique „ etiam conclusus ab utriusque Partis Commissa„ riis eo tum subscriptione, & sigilli impressione „ confirmatus fuerit.

„ Quia tamen ex parte Sp., & Magnif. D. „ Stephani Bochkai de Kiss-Maria, & sibi ad hæ„ rentium Ungarorum superinde nonnullæ adhuc „ difficultates remansisse videbantur, ob quas re„ videndas denuo Magnif. D. Stephanus Illésházy „ de Illésháza Comes Comitatuum Lyptoviensis, „ & Trinchiniensis, cum aliis sibi adjunctis Nobi-

„ libus

„ libus Thoma videlicet Viſzkelethy de eadem
„ Vizkelet, Andrea Oſztroſſithy de Ghylethincz,
„ & Paulo Apony de Nagy Apon huc ad nos
„ cum ſufficientibus Plenipotentiis inſtructus Vien-
„ nam venerit.

„ Ideo nos ex prædicta Plenipotentia nobis
„ conceſſa benigne aſſenſimus, & annuimus,
„ ut difficultates illæ, quæ ex priori Tractatu
„ remanſiſſe videbantur denuo reaſſumerentur,
„ tractarentur, & finaliter ſuperinde conclude-
„ retur.

„ Prout etiam per Illuſtres, Spectabiles, &
„ Magnificos Paulum Sixtum Trautsonium Co-
„ mitem in Falkenſtein, L. B. in Sprechen, &
„ Schroffenſtein, Dominum in Kaya, & Laa Hæ-
„ reditarium Marſchallum Comitatus Tyrolenſis,
„ Carolum a Lichtenſtein de Niclasburg, Cher-
„ nahor, & Biskupitz Marchionatus Moraviæ Ge-
„ neralem Capitaneum; Erneſtum a Molard L. B.
„ in Reinek, & Droſſendorf Archiducatus Au-
„ ſtriæ Inferioris Regiminis Locumtenentem; Si-
„ gefridum Chriſtophorum Preiner L. B. in Stü-
„ bing, Fladnitz, & Rabenſtein Inferioris Auſtriæ
„ Cameræ Præſidentem; Thomam Erdődy de
„ Monyokerek, Comitem perpetuum Montis
„ Claudii, & Comitatus Varadinenſis (Varasdi-
„ enſis) Comitem Tavernicorum, Georgium
„ Thurzo de Bethlenfalva, Comitem Liberum,
„ & perpetuum de Arva, atque ejusdem Comita-
„ tus

„ tus Arvensis supremum Comitem Dapiferorum;
„ Sigismundum Forgách de Ghymes Comitem
„ Comitatus Neogradiensis, Pincernarum Rega-
„ lium in Hungaria Magistros, & Udalricum a
„ Krembergk in Neyvolak S. C. Majes. Intimos,
„ & alios Consiliarios ad hunc Tractatum adhi-
„ bitos.

Instrumentum hujus Pacificationis per Mathiam Archiducem, & prædictos utriusque Partis Commissarios confectum, subscriptum, & sigillis roboratum Rudolphus Pragæ sexta die mensis Augusti; Bochkay vero Cassoviæ 17. ejusdem mensis Augusti confirmarunt. Sed iterum paulo post Hungaris aliquis scrupulus enatus est, & porrectis Mathiæ Archiduci die 9. Sept. scripto quibusdam difficultatibus petierunt quosdam Articulos corrigi, quosdam addi, & quosdam explicari, & clausulam §. ultimi ad Art. I. præter eorum voluntatem per Mathiam additam simpliciter exmitti. Ad quæ eorum postulata Mathias die 25. Sept. peculiari Resolutione eisdem respondit: correctiones, additiones, & explicationes hujusmodi Tractatum jam conclusum, & a Sua Maj. confirmatum amplius non pati, sed id ad proximam Diætam differendum, clausulam autem, qua offenderentur, bona fide adjectam nulli partium præjudiciosam, sed utriusque commodis communem esse.

Interim ut in similibus tumultibus evenire solet, Status Regni Bohemiæ, Marchionatus Moraviæ, Ducatuum Silesiæ, & Marchionatuum Su-

perioris, & Inferioris Lusatiæ per suos Commissarios Mathiæ Archiduci Viennæ die. 12 Sept. multas querelas contra Hungaros scripto exhibuerunt, ad quas secum communicatas Commissarii Hungarorum eidem Mathiæ Archiduci oppido nervosam Replicam die 19. Septembris exhibuerunt, qua non tantum objectionem prædictarum Provinciarum diluerunt, verum etiam merita Nationis Hungaricæ de iisdem, ac tota Christianitate luculenter exposuerunt. Ne quid tamen scrupuli, ac diffidentiæ inter easdem Provincias, & Hungariam remaneret:

„ Franciscus Forgách de Ghymes Nitriensis, „ loeique ejusdem Comes Perpetuus, & per „ Regnum Hungariæ Cancellarius; Demetrius „ Napragy Vesprimiensis, & loci ejusdem Co- „ mes; Petrus Radovitius Vaciensis; Valentinus „ Lépes Tinniensis, Ecclesiarum Episcopi; Tho- „ mas Erdeödy de Monyorokerek perpetuus Mon- „ tis Claudii, ac Comitatus Varasdiensis supremus „ Comes, Tavernicorum; Georgius Thurzo de „ Bethlenfalva, Comes perpetuus de Arva, ac „ ejusdem Comitatus Arvensis supremus Comes „ Dapiferorum; Nicolaus Istvánfy de Kiss-Asz- „ szonfalva, Pro-Palatinus Regni Hungariæ, „ Janitorum; Sigismundus Forgách de dicta Ghy- „ mes Comes Comitatus Neogradiensis, Pincer- „ narum Regalium in Hungaria Magistri; Petrus „ Révay Comes Comitatus Thurocziensis; An- „ dreas Doczy Comes Comitatus Barsiensis;

„ Joan-

„ Joannes Lippay de Zombor Perſonalis Præſen-
„ tiæ Regiæ in Judiciis Locumtenens, ac S. C.
„ Regiæque Majeſtatis Conſiliarii. Franciſcus de
„ Batthyán Comes Comitatus Soproníenſis, ac
„ Partium Regni Cis-Danubianarum Generalis Ca-
„ pitaneus; Nicolaus Comes Perpetuus de Zrinio,
„ &. Comitatus Szaladienſis ſupremus Comes;
„ Sigefridus a Kollonich Eques auratus, præfatæ
„ S. C. R. Majeſtatis Conſiliarius bellicus, ac
„ partium Regni Hungariæ ultra Danubianarum Ge-
„ neralis, Præſidiique Ujvarienſis ſupremus Ca-
„ pitaneus; Thomas Széchy de Rima Széch;
„ Joannes Keglevich de Buzin; Emericus Balaſſa
„ de Gyarmath; Benedictus Turóczy; Georgius
„ Petheö de Gerſe; Georgius Zombathely Vice-
„ Comes Comitatus Moſonienſis; Franciſcus Keri
„ Vice-Comes Comitatus-Zolienſis; Franciſcus
„ Thuri Vice-Capitaneus Præſidii Ujvarienſis;
„ Emericus Megyery; Petrus Koháry; Moſes Czy-
„ raky Director cauſarum Regalium; nec non
„ Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Schlavoniæ
„ Nuncii, & Ablegati; Chriſtophorus Marnyau-
„ chich dictorum Regnorum Vice-Banus; & Joan-
„ nes Kithonich ex parte Suæ Majeſtatis a Sua Se-
„ renitate evocati.

„ Item Stephanus Illésházy de Illésháza Co-
„ mes Comitatus Trinchinienſis, & Lyptovien-
„ ſis, Curiæ Regiæ in Hungaria Magiſter, ac Sa-
„ cræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Conſiliarius;
„ Franciſcus Magochy Comes Comitatus Tornen-

„ ſis; Georgius Drugeth de Homonna, Comes
„ Comitatus de Ungh; Stanislaus Thurzo de Di-
„ cta Bethlenfalva Comes Perpetuus Comitatus
„ Scepuſienſis; Sebaſtianus Thököly; Georgius
„ Hoffmann; Petrus Horváth Mladeſſevich; An-
„ dreas Oſztroſſith de Ghyletyncz; Thomas Viſz-
„ kelety de eadem; Paulus Apony de Nagy-
„ Apony; ex parte D. Stephani Principis, &
„ Hungarorum ſibi adhærentium Viennam miſſi,
„ & ablegati - - - nomine omnium Statuum, &
„ OO. I. Regni Hung. & partium ſibi adnexarum
„ ſpoponderunt - - - quod reconciliationem
„ hanc cum Sua Majeſtate, & vicinis Regnis, &
„ Provinciis factam, - - - obſervabunt. - - - In
„ quorum Fidem - - - Litteras - - - ſubſcriptas,
„ & ſigillis roboratas Statibus, & OO. Regni
„ Bohemiæ, ejusdemque incorporatarum Provin-
„ ciarum Marchionatus Moraviæ, Ducatus Syle-
„ ſiæ, nec non Superioris, & Inferioris Luſatiæ
„ pro - - - Aſſecuratione dederunt. Viennæ 23.
„ die menſis Sept. A. 1606.

Similes Aſſecuratorias aliis etiam Provinciis Auſtriacis Hungari dederunt.

Interea Rudolphus altero Diplomate omnibus Hungaris veniam conceſſit, qui Stephano Bochkai adhæſiſſent, altero quoad contentationem Perſonæ Stephani Bochkay Aſſecurationem præſtitit, utroque Pragæ die 24. Sept. Anni 1605. dato.

Ut autem, qui plerumque ex diffidentia enaſci ſolet, omnis inteſtinorum diſſidiorum fomes tolle-

retur,

retur, & ad resistendum externo, & communi hosti Turcæ tanto major conjunctio animorum, & virium procurari possit, vicissim Provinciæ vicinæ Hungaros de observando Tractatu Viennensi editis peculiaribus Litteris assecurarunt, nimirum: Ferdinandus Archidux, & Status Ducatus Styriæ mediantibus Sigismundo a Wagen, & Erasmo a Dietrichstein Viennæ die 23. Sept. 1606.

„ Georgius Bernhardus ab Urschenboek
„ Liber Baro in Benhuth Dapiferorum Magister
„ Ducatus Styriæ S. C. R. Maj. Consiliarius Im-
„ perialis Aulicus, Archi-Ducatus Austriæ Inferio-
„ ris Marschalcus, nec non Seren. D. Maximiliani
„ Archiducis Austriæ Consiliarius; Joan Eusebius
„ a Khuen de Pelassy, Liechtenberg, & Handek,
„ Liber Baro in Heulenbach S. C. R. Maj. Con-
„ siliarius, & Seren. D. Mathiæ Archi-Ducis
„ Austriæ Camerarius, nec non Archi-Ducatus
„ Austriæ Inferioris Deputatus; Maximilianus
„ a Manningh in Kuztzpek ad fluvium Belach,
„ & Rassing S. C. & R. Maj. Consiliarius, &
„ Sebastianus a Greyfen in Walde S. C. R. Maj.
„ Regiminis Inferioris Austriæ Consiliarius, Sta-
„ tuum, & OO. I. Archiducatus Austriæ Inferio-
„ ris Legati, &c. Viennæ die 25. Sept.

„ Wolfgangus Sigismundus L. B. in Losen-
„ stein, & Schlond S. C. & R. Maj. Aulæ Im-
„ perialis, & in Austria Superiore Provincialis
„ Commissarius, ejusdemque ibidem supremus
„ Venationum Magister, nec non Seren. Mathiæ,

„ & Maximiliani Archiducum Austriæ Consilia-
„ rius, & Cubicularius, Georgius Erasmus de
„ Kerenbergen L. B. in Virffenstein, & Stirberg
„ supremus Provinciarum Carnioliæ,&MarchiæScla-
„ vonicæHæreditarius PincernarumS.C.& Reg.Maj.
„ in Austria Superiori Magister Consiliarius Pro-
„ vincialis, Sigismundus Haager in Altenstein,
„ & S. Vito S. C. & R. Maj. supremus militum
„ Præfectus.

Nomine Statuum, & OO. Austriæ Superioris itidem Viennæ d. 23. Sept. 1606. ac denique:

„ Adamus de Sternberg L. B. Dominus in
„ Bechnia, & Sedlecz S. C. & R. M. Consiliarius,
„ & supremus Regni Bohemiæ Camerarius; Ada-
„ mus Junior Baro de Wallstein in Hradek supra
„ Saravam, & Lovositz S. C. & R. M. Consi-
„ liarius Camerarius, & Regiæ Bohemiæ Maj.
„ Aulæ Mareschallus, Mathæus Diepoldus Poppe-
„ lius, Baro de Lobkovitz in Strakonitz S. C.
„ R. M. Consiliarius, & Prioratus Regni Bohe-
„ miæ supremus Magister, Joannes de Klenovitz,
„ & Janovitz in Simkow, & Zitina S. C. & R.
„ M. Consiliarius, & supremus Regni Bohemiæ
„ Notarius; Georgius de Gersdorf in Choltitz
„ S. C. & R. M. Consiliarius, & Joannes We-
„ strovecz de Kralowecz in Wlassin, & Domossin
„ S. C. & R. Maj. Dapifer; *Statuum, & OO.*
„ *I. Regni Bohemiæ.*

„ Caro-

„ Carolus a Liechtenſtein, & Niclasburg, „ Dominus in Weltſperg, Herrn Baumgarten, „ Eyſsgrub, Plumbau, Proſtnitz Auſov, & Czer„ nahor S. C. Regiæque Maj. Intimus Conſilia„ rius, & ſupremus Marchionatus Moraviæ Ca„ pitaneus; Weykardus Comes a Salmis, & „ Neuburg ſupra Oenum in Stovoizan S. C. Maj. „ Conſiliarius; Georgius Hodiczky de Hodicz in Pla„ vecz, & Rudoczy; Guilielmus Zaubeg de Zdietin in „ Zdauntkach, & Fatrovanecz ſupremus Mar„ chionatus Moraviæ Notarius; Wenceslaus Za„ hradeczky de Zahradecz, in Budiskovitz; Gun„ therus Goltz de Goltzian in Klabersdorf; *Mar„ chionatus Moraviæ.*

„ Joachimus Maltzan L. B. a Wartenberg, „ & Penzlin in Militſch, Ronaw, & Drumb S. „ C. Maj. Conſiliarius; Fridericus a Raſshor, & „ Przibor Ill. Electoris Brandenburgici Conſiliarius, „ & Ducatus Carnovienſis Capitaneus ſuperior; „ Chriſtophorus Henscher J. U. D. Syndicus Wra„ tislavienſis, eorumque per Ducatum Wratisla„ vienſem, eidemque conjunctos Diſtrictus Pro„ Cancellarius: *Ducatuum Superioris, & Inferio„ ris Sileſiæ.*

„ Joannes Fabianus a Ponikau in Elſtra Pro„ vincialium Superioris Luſatiæ Senior, & Sigis„ mundus Kindlerus Civitatis Zittavienſis Secreta„ rius, *Marchionatus Superioris*, & Maximilia„ nus a Löben in Ambticz Regii Judicii Provin-

„ cialis Præses; & Abraham Gasto Civitatis Gu-
„ biensis Syndicus, ac Judicii Provincialis Assessor;
„ *Inferioris Lusatiæ* Legati. Viennæ d. 16. Sept.
„ 1606.

Eodem Anno 1606. mense Novembri habitus est Tractatus pacis cum Turcis in Castris inter Danubium, & Sitva fluvium loco Sytva Torok dicto prope Érsek-Ujvarinum ubi

„ Joannes a Molard L. B. in Reinek, &
„ Droschendorf S. C. Regiæque Maj. Consiliarius
„ bellicus, supremus Capitaneus Comaromiensis,
„ & supremus Præfectus Tormentariorum in Con-
„ finiis Suæ Maj. Adolphus ab Althan L. B. in
„ Goldberg, & Murstetten S. C. R. M. Consilia-
„ rius bellicus, supremus Præfectus Tormentorum
„ campestrium, & Gubernator Exercitus S. C.
„ R. M. Comes Georgius Thurzo de Bethlenfal-
„ va, Perpetuus Comes Comitatus Arvensis,
„ Dapiferorum Regalium in Ungaria Magister S.
„ C. R. M. Consiliarius; Nicolaus Istvánfy de
„ Kiss-Aszszonyfalva Janitorum Regalium in Un-
„ garia Magister S. C. R. M. Consiliarius; Sige-
„ fridus a Kollonich S. C. R. M. Partium Regni
„ Ung. Cis-Danubianarum generalis Capitaneus,
„ Consiliarius bellicus, & Eques auratus; Fran-
„ ciscus de Batthyán, Comes Comitatus Soproni-
„ ensis S. C. R. M. Partium Regni Ungariæ Ultra
„ Danubianarum generalis Capitaneus; Christopho-
„ rus Erdeödy de Erdöd, Perpetuus Comes Mon-

„ tis

„ tis Claudii, Seren. Archiducis Auſtriæ Ma-
„ thiæ Cubicularius, ad Tractatum Pacis deſi-
„ gnati Commiſſarii, ac per Ill. Stephanum Tran-
„ ſylvaniæ Principem, Siculorum Comitem, ac
„ Partium Regni Hungariæ Dominum ad Tracta-
„ tum ejusdem Pacis delegati, Stephanus Illésházy
„ Comes Comitatus Trinchinienſis, & Lyptovien-
„ ſis; Paulus Nyáry de Bedegh; Michael Czo-
„ bor de Czobor Szent-Mihály; & Georgius
„ Hoffman; nec non Spectabilis, & Magnificus
„ Dominus Aly-Paſſa Budæ Locumtenens; &
„ Habil-Effendi ſupremus Kadia Budenſis ex parte
„ Potentiſſimi Turcarum Imperatoris - - - in
„ Caſtris inter Danubium, & fluvium Sitva poſitis
„ die 11. Menſis Novembris in Feſto S. Martini
„ Anno Domini 1606.

Edito Inſtrumento XVII. Articulis conſtante inter Rudolphum II. Rom. Imp. & Hung. &c. Regem, ac Hehomatem Turcarum Imp. pax confecta eſt, quam Rudolphus Diplomate in Arce Brandiſii die 9. Dec. A. 1606. dato ad 20. Annos confirmavit.

Hæc ſunt præcipua horum Tractatuum Acta, quorum tamen non niſi Pacificatio Viennenſis, & Sytva Torokienſis utræque ſolum prout per Commiſſarios editæ ſunt, absque Inſtrumentis confirmationis, tum Aſſecuratoriæ Hungarorum Bohemis, & horum viciſſim illis datæ in Corpore Juris Hungarici inſertæ ſunt. *Pacificatio quidem utraque* cum Articulis, Anni 1608. confirmetur,

&

& Viennensis per singulos Articulos explanetur, in Corpore Juris Hungarici locum habere poterat, sed utrique Diplomata confirmatoria Partium adjici debuissent; quo titulo tamen Assecuratoriæ Hungarorum,&Bohemorum Corpori Juris Hungarici insertæ sunt;eodem titulo Assecuratoriæ Austriæ Inferiori, & Superiori, ac Styriæ per Hungaros, ac vicissim Hungaris per easdem Provincias datæ inseri, aut potius hæc omnia heterogenea, & inter Decreta Comitialia non pertinentia Instrumenta ex collectione eorum exmitti debuissent. Habentur illa pleraque in membrana scripta sub authentico in Archivo Regni Hungariæ.

Eodem adhuc Anno 1606. Bochkayus iterum Conventum Cassoviæ d. 13. Decemb. cum suis celebravit, in quo potissimum Acta Tractatuum Viennensis, & Sytva-Torokiensis assumta, & publicata sunt,prout ex propositionibus per eundem Regnicolis non nisi in X. Punctis Hungarico idiomate ad discutiendum exhibitis patet. Extant nihilominus in Archivo I. Comitatus de Zabolch Articuli DD. Baronum, Magnatum, & Nobilium, cæterorumque Statuum, & OO. Regni Hung. in generali eorum Conventu a Seren. Principe D. Stephano Bochkaj eis ad d. 13. Dec. Cassoviam indicto conclusi, & sub sigillo ejusdem Stephani Bochkay die 22. Decembris expediti, ex quibus elucescit, complura ibi Objecta tractata, & a Cæsare postulata fuisse. Atque hic postremus erat Stephani

Boch-

Bochkay paucos poſt dies ibidem die 29. Dec. extincti labor.

Deputati ad regeſtrandum Archivum Regni A. 1765. exmiſſi in Elencho Actorum ejusdem Archivi publice dictato, & actis Diætalibus inſerto Pacificationem Viennenſem ſequentibus retulerunt:

Anno 1606. die 9. Februarii Tranſactio Viennenſis inter Archiducem Mathiam qua Cæſaris, & Regis Hungariæ Rudolphi Fratris ſui Plenipotentiarium, reliquosque Cæſareo-Regios Commiſſarios ab una, & Stephanum Bochkay, eidemque adhærentes, æque medio Plenipotentiariorum ſuorum Partibus ab altera Viennæ Auſtriæ concluſa, & per Commiſſarios utriusque Partis ſubſcripta, demumque anno eodem ſub dato 23. Junii Decretis Regni ſtylo in plerisque diverſo inſerta.

„ Hæc eadem Tranſactio ſub nomine Paci„ficationis Viennenſis prout Articulis inſerta eſt, „ continetur inferius.

„ Eadem Pacificatio Bochkaiana prout Arti„culis inſerta eſt.

Anno 1607. Comitia Poſonium pro die 24. Junii indicta, & ad diem 25. Julii prorogata fuerunt, ſequentibus Regalibus Litteris ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Magiſtro Civium „ Judici, ac Juratis, cæterisque Civibus Civitatis „ noſtræ Sopronienſis &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Ru-

„ Rudolphus Secundus Dei Gratia Electus Romano-
„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Postquam inter alias graves, & varias occupationes
„ nostras hanc potissimum curam animo volvimus, at-
„ que hoc tempore in id sedulo incumbimus, quomodo
„ Inclytum hoc nostrum Hungariæ Regnum tot gra-
„ vibus bellis, ac intestinis motibus hactenus exagita-
„ tum, ad pristinum tranquillum statum, & quietem
„ reducere possimus, ideoque pro innata nostra pietate,
„ & clementia charissimorum subditorum nostrorum
„ saluti, ac ulteriori permansioni paterno plane affectu
„ consultum volentes, cum illis de omnibus ejusdem
„ Regni nostri rebus, & negotiis publicis videlicet,
„ & privatis mature agere, & tractare cupimus. Hac
„ itaque de causa, & ut cuncta commodius peragi que-
„ ant: Universis Statibus, & Ordinibus ejusdem Re-
„ gni nostri Hungariæ, & partium ei subjectarum ge-
„ neralem Conventum ad Festum Nativitatis Sancti
„ Joannis Baptistæ, hoc est: vigesimum quartum diem
„ proxime venturi mensis Junii anni præsentis sexcente-
„ simi septimi supra millesimum ad Civitatem nostram
„ Posoniensem clementer indicendum, & promulgan-
„ dum duximus, eique in hac etiam nostra absentia
„ Serenissimum Principem Mathiam Archiducem Au-
„ striæ &c. fratrem nostrum charissimum attributa ejus
„ Dilectioni de omnibus rebus agendi, tractandi, &
„ concludendi plena potestate præfecimus. Quapro-
„ pter Fidelitatem vestram benigne hortamur, vobisque
„ harum serie clementer, ac firmiter committimus,
„ & mandamus, ut ad prædictum diem, & locum pe-
„ culiares, & sufficientes Nuncios vestros sine ulla
„ mora, & excusatione e medio vestri expedire, &
„ mittere debeatis, qui sint viri prudentes, pacisque,
„ & concordiæ studiosi & amantes, qui illic una cum

„ re-

„ reliquis Dominis Prælatis, Baronibus, Magnatibus,
„ & Nobilibus, cæterisque Statibus, & Ordinibus dicti
„ Regni nostri Hungariæ, & partium ei subjectarum
„ de iis omnibus, quæ ad publicam præfati Regni
„ nostri quietem, & tranquillitatem, ejusdemque de-
„ fensionem, & optimum statum accommodatissima vi-
„ debuntur, tractare, & in medium consulere debeant.
„ Curandum autem vobis erit, idque omnino ita fieri
„ volumus, ut pro maturandis, & confestim inchoan-
„ dis Tractatibus prædicti vestri Nuncii, ad præfixum
„ diem certo certius Posonii compareant. Secus sub
„ pœna Decreti non facturi. Datum in Arce nostra
„ Regia Pragensi decima die mensis Maii. Anno Do-
„ mini Millesimo Sexcentesimo Septimo.

Rudolphus m. p. (L. S.) Franciscus Forgács Episc. Nitriensis m.p.
Himmelreich m. p.

Postscripta.

„ Tametsi cupivissemus, ut præfixus Diætæ
„ terminus in suo vigore permanere potuisset,
„ quia tamen ob certas rationabiles causas hasce
„ Litteras nostras Regales remorari contigit,
„ & quidem commodiorem terminum Festum vi-
„ delicet Beati Jacobi Apostoli, sive vigesimum
„ quintum diem futuri mensis Julii anni præsentis
„ ad futuram hanc generalem Congregationem in
„ supra dicta Civitate nostra Posoniensi fiendam
„ vobis benigne indicendum, & nominandum du-
„ ximus, atque ut eo die Nuncii vestri certo
„ certius sese Posonii sistant, & compareant, vobis
„ sub pœna Decreti suprascripta clementer, ac

„ fir-

„ firmiſſime edicimus, & demandamus. Datum
„ Pragæ decima quinta die Junii Anno ſupradicto.

Horum Comitiorum re infecta diſſolutorum Hiſtoriam Petrus Pazmannus, in Epiſtola ad Georgium Stoboeum Epiſcopum Lavantinum inter hujus Epiſtolas edita ſequentibus breviter complexus eſt:

„ Convenerant Poſonium frequentes omnium
„ Ordinum delecti viri, ſpesque erat maxima fe-
„ licium Comitiorum partim ſua ſponte, partim ſpe
„ vicini adventus Sereniſſimi Mathiæ, detenti ſunt
„ Poſonii Ordines ſex, ſeptemve hebdomadis in-
„ tegris, tandem expectationem diuturnam pertæſi
„ Hungariæ Superioris Legati abitum parare inci-
„ piunt. Antequam tamen diſcederent, miſſa
„ eſt Legatio ad Sereniſſimum Viennam, ut diem
„ adventus Suæ Serenitatis intelligerent, Legati
„ in diem duodecimum adventum Suæ Serenitatis
„ denunciant, læti omnes ſeſe expectare velle pro-
„ mittunt, ea tamen lege, ut ſi nec ad eum qui-
„ dem diem adſit ſua Serenitas, ſe abituros certo
„ affirmarent, iis quoque diebus lapſis, cum ne
„ ſpes quidem, ut ipſi dicebant, proximi adventus
„ Suæ Serenitatis appareret, omnes fere Superioris
„ Hungariæ Legati abiere, palam ante profeſſi,
„ ſe in fide Suæ Majeſtatis permanere, velleque
„ rurſum ad eum, qui Suæ Majeſtati placeret,
„ diem advolare, ſicque, tametſi plurimi remanſe-
„ rint, qui Diætam continuandam cuperent, ce-
„ teris quoque ſenſim dilabentibus, res tota eva-

„ nuit.

„ nuit. Nunc huc Viennam Sua Serenitas Con-
„ siliarios Hungaros evocavit cum iis deliberatu-
„ rus, quid facto sit opus. Interim Fideles Suæ
„ Majestatis Bonis suis carent, eorum siquidem
„ restitutio ad Comitia rejecta erat, & qui iis fru-
„ untur, de industria tempus extrahi cupiunt.
„ Quid porro futurum deinceps assequi certo fas
„ non est, certe ominari tristia proclive est. - -
„ Viennæ 26. Sept. 1607.

Eodem anno Cassoviæ duplicem Conventum particularem præsentibus Commissariis Cæsareo-Regiis celebratum esse, docent acta, quæ hactenus reperi. Ac inprimis extat opinio nonnullorum Consiliariorum Mathiæ Archi-Duci suadentium, ut antequam Regno Hungariæ Diæta indicatur, cum Bochkaianis plenam pacem ineat, sibique per eos Arces finitimas restitui faciat, sigillum item Judicatus Curiæ post decessum Comitis de Báthor præ manibus Mich. Zerdahely existens, ab eo repeti faciat, die 14. Febr. A. 1607. Extat item oratio Stephani Illésházy Comitis Trinchiniensis, & Lyptoviensis habita ad Proceres, & Status Hungariæ Superioris Cassoviæ congregatos; Ac denique: Articuli Conventus Cassoviensis in præsentia Commissariorum Regiorum die 23. Martii conclusi cum subscriptionibus, & sigillis Commissariorum Regiorum Comitis Georgii Thurzo, & Sigismundi Forgách in Archivo I. Comitatus de Zaboleh.

Alterum Conventum ibidem mense Octobri celebratum fuisse indicat Conclusio, & Responsio

DD.

DD. Regnicolarum ad propositiones Sp. & MM. DD. S. C. R. M. Commissariorum iisdem Cassoviæ exhibitas d. 10. Octobr. A. 1607. idiomate Hungarico, uti ibi pleraque tractari solebant a tempore Principum Transylvaniæ.

Anno 1608. sequentium Conventuum, & Comitiorum Vestigia habeo, quæ ideo in parte hoc loco proferenda duxi, ut Conventuum a generalibus, & legitimis Comitiis Regni clarior sit distinctio, & acta quoque, quæ ad Conventus, Tractatus publicos, & Comitia referenda sint, accuratius distinguantur; ita enim negotia hoc anno diversis locis, ac temporibus tractata, connexa sunt, ut nisi rite distinguantur, intelligi vix possint. Licet autem Rudolphus generalia Comitia Posonium pro die 11. Martii indixerit, ortis nilominus propter non observantiam Tractatus Viennensis adeo solenniter conclusi, disturbiis, adeoque urgentem Patriæ necessitatem, Mathias autoritate propria, qua Gubernator Conventum Posonium pro d. 12. Januarii indixit, ad quem re ipsa plurimi Regnicolarum convenerunt, & cujus ego in mea collectione Diarium per Ablegatum Civitatis Sopronienſis a die 9. Januarii usque diem 14. Februarii deductum, & mecum ex Archivo ejusdem Civitatis in autograffo communicatum, & complura acta tam ex Archivo ejusdem Civitatis Sopronienſis, & Bartphenſis in coæva copia, quam ex MSS. Antonii Szirmay, & Baronis Lad. Orczy mecum communicatis desumta possideo, uti

sunt:

ſunt: Mathiæ Archiducis Propoſitiones die 21. Jan. Regnicolis exhibitæ, Rudolphi II. Litteræ, quibus monet Regnicolas, ut cum ipſe generalem Diætam ad d. 11. Martii indixerit, nunc domum ire, ac deinde ad eandem comparere velint Pragæ d. 23. Jan. cum Reſponſo eorundem die 1. Febr. Multa item inter Mathiam, ac Regnicolas, & quæ ad Tractatum cum Auſtriacis, & Bohemicis Statibus pertinent; Conventus quidem iſte Poſonienſis, qui tantum particularis erat, menſe Februario diſſolutus eſt, ſed Comitia per Rudolphum indicta, cujus imperio nec Regnicolæ, nec Mathias ipſe jam multum deferre volebant, itidem evanuerunt, & interim undique Conventus particulares, Confœderationes, & Tractatus habebantur.

Caſſoviæ quidem die 3. Januarii Comitatus, & Civitates Partium Regni Hungariæ ſuperiorum concurrentes Articulos VI. lingua Hungarica conceptos ſanxerunt, quos adhuc die 25. Februarii ibidem fuiſſe, colligo ex reſponſione ſimul, & concluſione eorum ibidem ad relationem Magnif. Mich. Zobor, & Andreæ Lonyay Legatorum expeditis ad ſuam Serenitatem.

Menſe Martio habebatur Tractatus pacis cum Turcis in Præſidio Ujvarienſi, quam Commiſſarii utriusque Partis:

„ Joannes Preiner L. B. in Stubingh, Flad-
„ nitz, & Rabenſtein, Dominus ad Moſan S. C.
„ R. Maj. Conſiliarius bellicus, Capitaneus Jau-

„ rienſis, ac Artilleriæ campeſtris Magiſter; Co-
„ mes Georgius Thurzo de Bethlenfalva Comes
„ de Arva, ejusdemque Comitatus Arvenſis ſupre-
„ mus, ac Perpetuus Comes, Dapiferorum Rega-
„ lium per Hung. Magiſter, S. C. R. M. Conſi-
„ liarius; Stephanus de Illyésháza Comes Comi-
„ tatuum Trenchinienſis, & Lyptovienſis, S. C. R.
„ M. Conſiliarius, & per Hungariam Curiæ Re-
„ giæ Magiſter; Sigefridus L. B. a Kollonicz
„ Eques Auratus, S. C. R. M. Agazonum Magiſter,
„ & Conſiliarius, Partiumque Cis-Danubianarum
„ Regni Hung. generalis Capitaneus; Adamus a
„ Puchaim L. B. in Babs Krumpach, & Prics-
„ dorf, Archiducatus Auſtriæ Dapiferorum Hære-
„ ditarius S. C. R. M. Conſiliarius a Seren. Prin-
„ cipe, ac DD. Archiduce Mathia Gubernatore
„ Regni Hnngariæ ad Tractationem Pacis Turcicæ
„ deſignati Commiſſarii ab una; & per Sp. ac
„ Magnif. Vezirium Imperatoris Turcarum Ali-
„ Baſſam, Locumtenentem Budenſem, & ſupre-
„ mum Præfectum ad Tractatum ejus Pacis delega-
„ ti ab altera Am-Zath Tihaya ejusdem S. & M.
„ Ali-Baſſæ Budenſis Vicesgerens, Huſſein Beeg,
„ Simon Tornen, Muſtapha Effendi Budæ Timar
„ Teſterdar. - - In Ujvár 28. die menſis Martii
„ A. 1608.

Quinque Articulis idiomate Hungarico con-ſcriptis concluſerunt, & ſubſcripſerunt, Exordium tamen, & Concluſio hujus Inſtrumenti Latina Lingua ſcripta ſunt.

In

In Conventu Posoniensi inter Hungaros, Austriacos, & Mathiam Archiducem confœderatio de observanda, & adversus quosvis Turbatores manutenenda Pacificatione Viennensi, & Turcica d. I. Febr. inita fuerat, quam deinde:

„ Valentinus Lépes Electus Episcopus Vesz-
„ primiensis S. C. & R. M. Consiliarius Petrus
„ Revay Comes Comitatus Thuroczienfis, S. C.
„ R. M. Consiliarius, Stephanus Pálfy de Erdöd
„ Comes Comitatus, & Arcis Posoniensis Capi-
„ taneus, Andreas Ostrosith de Ghyletincz & in
„ Illavva, Theodosius Syrmiensis de Karom no-
„ mine Serenissimi Principis DD. Mathiæ Dei
„ gratia Archiducis Austriæ Gubernatoris, &
„ Statuum, ac OO. Regni Hung. Paulus Jac. L.
„ B. de Stáhremberg Dominus in Steinpüchel Cæ-
„ sareæ Majestatis a Consiliis, & Serenifs. Archi-
„ Ducis Mathiæ Camerarius, Georgius Erasmus
„ Baro de Thermenuel in Windek, & Schverd-
„ berg Pincerna Hæreditarius in Carniolia, &
„ Marchia Sclavonica S. C. R. Maj. Consiliarius
„ Provincialis in Austria Superiori; Sebastianus
„ Günthianus Hager ab Altenstein, & Reinspach,
„ Ordinum Austriæ Inferioris primus Vice-Præfe-
„ ctus militum; Adamus a Schaltburg in Biber-
„ stein, & Tüffenberg, nomine Ordinum Inferioris,
„ & Superioris Austriæ Ablegati, & Status, & Ordines
„ Marchionatus Moraviæ - - - Ivvanitzii in Con-
„ gregatione Marchionatus Moraviæ d. 19. April.
„ 1608.

Edito solenni Instrumento eandem Confœderationem acceptarunt, & ratificarunt, quin tamen ex eo pateat, quam *Pacificationem Turcicam nuperrime conclusam* intelligant, nimirum an Sitvatorokiensem, vel Ujváriensem, quæ utique novissime inita erat.

Habui in manibus Mathiæ Archi-Ducis Austriæ Gubernatoris Regni Hungariæ Litteras Salvi Conductus Stanislao Thurzo de Bethlenfalva, Perpetuo Comiti Terræ, & Comitatus Scepusiensis, ac Paulo Apony L. B. de Aponyvára, & Korlathkeö Vratislaviam Ducatus Silesiæ in Negotiis Regni Hung. eique confœderatarum Provinciarum Ablegatis concessas d. 16. Maii 1606.

Mense Junio, & Julio Mathias cum Commissariis Pragæ apud Rudolphum de cedendo sibi Regno Hungariæ, Corona item, & aliis Clenodiis agebat, eoque rem perduxit, ut & Cæsar edito solenni Instrumento semet Regno Hungariæ abdicaret, illudque cum Clenodiis, & Juribus Mathiæ cederet, atque Hungaros Sacramento Fidei sibi debitæ exolveret, & Mathias cum suis Commissariis id ipsum acceptarent, & Rudolpho super ejus postulatis Reversales extradarent. Plures horum Instrumentorum copias nactus, in omnibus diversa data deprehendi, dum aliæ 24. 25. 29. Junii aliæ 27. Julii referunt.

In Archivo Regni habentur Statuum, & OO. Regni Hung. ad Pragam constitutorum Litteræ sub appressis Sigillis XIX. & subscriptionibus XXI.

qui-

quibus intimatur Statibus Regni Sclavoniæ, eosdem Status Hungariæ causa promovendi boni publici. cum Gubernatore suo Mathia eo venisse, inque isto Conventu id conclusisse, ut fatus Gubernator ab Imperatore, & Statibus Regni Bohemiæ in futurum ejusdem Regni Successorem declaretur; item S. Corona cum cæteris Clenodiis, & Libris Regiis restitueretur; postremo suadetur Statibus Sclavoniæ, ut ad invitatorias Gubernatoris pro Diæta, Regisque Electione Posonium in omisse compareant.

Die 12. Julii Rudolphus Imp. & Rex Hung. expedivit Litteras salvi conductus Commissariis suis ad Gabrielem Báthory Principem Transylvaniæ pro Tractatu Pacis missis, qui Cassoviæ actus fuisse videtur; extant enim Gabrielis Báthory Principis Transylvaniæ Reversales, sive Assecuratoriæ super observandis Pacificatione Viennensi, Tractatu item Cassoviensi cum Archiduce Mathia Gubernatore Regni Hungariæ inito, ac Regno Transylvaniæ a Corona Hungariæ non abalienando, assistentiaque eidem Regno tam in casu offensivo, quam defensivo præstanda fide jurata expeditæ d. 22. Sept. 1608. aliæ item Statuum, & OO. Regni Transylvaniæ similes Reversales super eadem observatione, & obligationibus eodem die expeditæ.

Re ipsa Cassoviæ mense Julio Conventum generalem Partium Regni Hung. Superiorum habitum fuisse plura, quæ vidi acta docent. In Archivo Comitatus Szabolchiensis habetur Instructio

Ablegatis ad Conventum Cassoviensem data, & Articuli Conventus Cassoviensis Statuum, & OO. Superioris Hungariæ in præsentia Stephani Illésházy Commissarii Regii ad propositiones ejusdem d. 24. Julii conclusi in originali cum ipsis Propositionibus Commissarii, quos ipsemet alibi cum sequenti pleniore, & ipsum initium ac finem Conventus exprimente Epigraffe reperi:

„ Articuli DD. Baronum, Magnatum, cæte-
„ rorumque Statuum, & Ordinum Partium Re-
„ gni Hung. Superiorum ad Propositionem Sp. &
„ Magnifici D. Comitis Stephani Illésházy Comi-
„ tatuum Trenchiniensis, & Lyptoviensis Comi-
„ tis, & Seren. Archiducis Mathiæ Regni Hung.
„ Gubernatoris ad has superiores Regni Partes
„ cum omni plena potentia delegati Commissarii,
„ Statibus, & OO. earumdem Superiorum istarum
„ Regni Hungariæ Partium in generali eorum
„ Conventu Cassoviæ pro die 24. mensis Julii
„ congregatis extradatas sanciti, cum ejusdem
„ Stephani Illésházy nomine, & in persona suæ
„ Serenitatis facta approbatione sigillo, & chi-
„ rographo. Datum Cassoviæ die 2. Augusti. An-
„ no 1608.

SUB MATHIA II. REGE.

Demum mensibus Octobri, & Novembri Posonii generalia, & Mathiæ inauguralia Comitia, de quibus in Vestigiis pag. 764. egi, celebrata sunt.

An-

Anno 1609. Posonium pro die 29. Sept. Comitia sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis exemplari desumtis indicta erant.

„ Prudentibus, ac Circumspectis N. Magistro Civium „ Judici, ac cæteris Juratis Civibus Regiæ, ac „ Liberæ Civitatis nostræ Soproniensis, Fidelibus „ nobis dilectis.

„ Mathias Dei gratia Hungariæ Rex designatus in „ Regem Bohemiæ, Archidux Austriæ, Dux Bur- „ gundiæ, Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Postquam Dei beneficio Fasces, & Gubernacula „ Regni istius nostri Hungariæ paribus fidelium nostro- „ rum Regnicolarum votis rite, ac legitime adepti „ sumus, nihil nobis æque magis cordi, curæque fuit, „ quam ut inclyto isti Regno nostro Hungariæ, charis- „ simorumque subditorum nostrorum saluti, & perman- „ sioni paterno plane affectu consulere, nutantemque „ Regni statum ad felicem tandem portum perducere „ potuissemus, in quo quidem ad finem deducendo „ nihil uspiam juxta suscepti Regiminis nostri exigen- „ tiam prætermisimus, non vigiliis, non laboribus, sed „ nec etiam expensis nostris, quantum in hac publica „ necessitate fieri potuit, pepercimus, sicut nec im- „ posterum quoque quicquam a nobis hac in parte de- „ siderari patiemur. Quibus quidem laboribus, & vi- „ giliis nostris exantlatis, tametsi arbitrati fueramus „ Regnum istud nostrum Hungariæ ad clavum seden- „ tibus non modo in tuto ac tranquillo collocatum, „ sed omnes quoque internas, & externas dissensiones, „ radicitus extirpatum iri. Videmus tamen nonnúllas „ adhuc priorum motuum, & tumultuum reliquias, „ passim in Regno isto, partibusque ei adnexis vigere,

„ neque easdem penitus esse evulsas, atque eradicatas.
„ Unde ad reducendam firmiorem Dei benignitate Re-
„ gno isti nostro Hungariæ, partibusque ei annexis diu
„ desideratam tranquillitatem, ejusque defensionem, &
„ vestri quoque omnium permansionem pro suscepto
„ Regiminis nostri officio necessario generalem Stati-
„ bus, & Ordinibus Regni istius nostri Hungariæ, Par-
„ tibusque ei subjectis Diætam seu Conventum ad Fe-
„ stum omnium Sanctorum, hoc est: primum venturi
„ mensis Novembris diem Anni præsentis 609. supra
„ millesimum in Civitate nostra Regia Posoniensi cle-
„ menter indicendam, & promulgandam decrevimus.
„ Quapropter Fidelitatem vestram hisce benigne horta-
„ mur, & requirimus, vobisque harum serie firmiter
„ committimus, & mandamus, ut sublato illo, qui
„ irrepsit abusu, quod duabus aut tribus septimanis
„ post comparere consueverunt, ad præfatum diem,
„ & locum certe, & indubitanter præcipuos vestros
„ homines, qui pacis, & tranquillitatis sint amantes,
„ quive non ob propria commoda, sive negotia ejus-
„ modi legationes appetere, & sibi procurare consueve-
„ runt, cum plena authoritate tractandi, & conclu-
„ dendi, e medio vestri expedire omnimode velitis,
„ & debeatis, quo cum iis, cæterisque Statibus, &
„ Ordinibus prædicti Regni nostri Hungariæ ibidem af-
„ futuris de ingruentibus quibusvis negotiis, quæ in
„ proxime præterita Diæta ad futuram rejecta sunt,
„ tractare, de que iis etiam, quæ ad publicam Regni
„ nostri quietem, & tranquillitatem, ejusque defensio-
„ nem, & permansionem accommodatissima videbuntur,
„ communi voto, & suffragio pro vestri omnium sa-
„ lute, & permansione certi quid in medium consule-
„ re, statuere, ac bono etiam fine determinare possi-
„ mus, & valeamus, prout nos quoque ad diem & locum
„ constituros certo ibidem affuturi, & juxta Decretum
„ Wladislai Regis Art. 108. Juribus Diætalibus proces-
„ suri sumus, secus itaque sub pœna in generali De-

„ creto

„ creto contenta non facturi. Datum in Civitate no- „ ſtra Vienna quarta die menſis Septembris Anno Do- „ mini Milleſimo Sexcenteſimo Nono.

Mathias m. p. (L. S.) F. Nagymihály m. p.

Anno 1613. Præter generalia Comitia Conventum aliquem indictum fuiſſe, colligitur ex Litteris Statuum Regni Croatiæ ex tertia Congregatione Zagrabiæ A. 1613. d. 14. Nov. habita ſcriptis, quibus ad Palatini Litteras Leutſchoviæ Conventum ex annuentia Regis Intimatorias Status de ſubmittendis Nunciis ſe excuſarunt eo; quod tardius Litteras accepiſſent, ſua tamen gravamina ipſi deſcripſerunt, prout in Extractu Articulorum in variis Croatiæ Conventibus editorum legitur.

Anno 1614. generalem Conventum Poſonium pro die 13. Menſis Julii Georgius Thurzo Palatinus ſequentibus Litteris ex authentico exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis indixit.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis, Dominis N. N. „ Judici, Juratisque Civibus Regiæ, ac Liberæ „ Civitatis Sopronienſis &c. Amicis nobis hono- „ randis.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Domini Amici nobis „ honorandi.

„ Salutem, & Studii noſtri commendationem. Sa- „ cratiſſima Cæſarea Regiaque Majeſtas Dominus no- „ ſter Clementiſſimus certis, & graviſſimis ex cauſis, „ inopinatisque caſibus inducta præſertim autem ex eo:

„ quod

„ quod certæ a Turcarum Sultano per Chavusium re-
„ center ad Suam Majestatem allatæ sunt Litteræ, &
„ ad eas reale, & finale responsum citissime importu-
„ no idem sollicitare dignoscitur, benigne statuit, ut
„ ad tractationem hujusmodi arduorum negotiorum
„ Rempublicam Christianam concernentium, (qualiter
„ scilicet Sultano respondendum sit, quomodo pax ini-
„ ta in eo, quo erecta, & constituta est, sensu, & intel-
„ ligentia in omnibus punctis, & clausulis sincere,
„ realiterque continuanda, atque conservanda sit, Re-
„ gnumque hoc, & alia vicina, ac Provinciæ adjacen-
„ tes ab inopinata incursione, & quibusvis hostilibus
„ impetitionibus salvari, & defendi possint) ex omni-
„ bus suis Regnis, ac Provinciis certos Ablegatos, ac
„ Plenipotentiarios ad d. 27. proxime imminentis men-
„ sis Julii Linczium, ubi videlicet ad præsens resideret,
„ convocet, & certo quodam Conventu omnium suo-
„ rum Regnorum, & Provinciarum instituto super
„ prærecensitis duntaxat punctis ibidem consultetur,
„ quemadmodum etiam jam cæteris suis Regnis, &
„ Provinciis ejusmodi Conventum indixit, & promul-
„ gavit. Postulat autem eadem Majestas Cæsarea, &
„ Regia per speciales Mandati sui Litteras ad nos
„ hesterna duntaxat die allatas hoc ipsum, ut videlicet
„ ingruente hac necessitate postpositis quibusvis occu-
„ pationibus, & negotiis universos Dominos Consilia-
„ rios Comitatus, ac cæteros Status, & Ordines Re-
„ gni nomine ejusdem Majestatis convocemus, & com-
„ municato consilio, superque præmissis accurate delibe-
„ rando certos ex hoc quoque Regno Plenipotentiarios
„ in prædictum Conventum Linczium ad diem præsti-
„ tutum ablegare conaremur. Quia vero antelatum
„ negotium Patriam potissimum hanc nostram afflictis-
„ simam concernere dignoscitur, ne nobis ipsis de-
„ fuisse videamur, neve etiam insciis vel inconsultis
„ nobis de rebus, & negotiis nostris externi illi rerum,
„ miseriarum, necessitatum, afflictionumque nostrarum
„ igna-

„ ignari, quidpiam concludant, hanc occasionem
„ obviis ulnis acceptandam potius quam spernendam.
„ Et ob hoc certos quoque Plenipotentiarios ex isto
„ quoque afflictissimo nostro Regno ad prædictum
„ Conventum ablegandos vel ex hoc necessarium esse
„ duximus, ut iidem in frequenti generali reliquorum
„ Christianitatis Regnorum, & Provinciarum Conventu
„ constituti, statum hujus Regni, nostras necessitates, gra-
„ vamina, & calamitates penes instructionem communi
„ omnium Regnicolarum nomine ipsis datam in medi-
„ um proponere, detegere, declarare, juvareque valeant.
„ Unde ad præmissorum omnium ex benigna Suæ Ma-
„ jestatis voluntate, ac commissione celerem, maturam-
„ que executionem Conventui generali in Regia, ac
„ Libera Civitate Posoniensi celebrando constituimus
„ decimum tertium futuri, jamque memorati mensis
„ Julii diem, atque terminum. Quare Prudentes, ac
„ circumspectas Dominationes vestras nomine Suæ Ma-
„ jestatis, authoritateque tam ejusdem, quam nostra
„ Palatinali requirentes, & hortantes eisdem serio
„ committimus, & mandamus, ut ad prænominatos
„ diem, & locum certos e medio sui Nuncios juxta
„ antiquitus observatum modum cum tali instructione,
„ & plenipotentia, sufficientibusque expensis ablegare,
„ quo negotio, ac tractatione illo ipso die feliciter Deo
„ juvante super prædeclarato duntaxat præcise negotio
„ solo (aliud enim ibidem publice tractari minime
„ patiemur) auspicata dictos Plenipotentiarios ex omni
„ Statu, Personisque ibidem constitutis, ac præsentibus
„ maturius deligere, & cum sufficienti instructione,
„ ac expensis statim ex eodem nostro Conventu Lin-
„ czium ad dictum diem 27. ablegare valeamus. In
„ reliquo Prudentes, ac Circumspectas Dominationes
„ bene valere optamus. Ex Arce nostra Bittchensi die
„ 17. Julii Anno Domini 1614.

Earundem Dominatio-
num vestrarum.

(L.S.)

Amicus benevolus
Comes Georgius
Thurzo m. p.

In codice MS. olim Kollariano nunc in secretiore Aug. Domus Tabulario reposito, Acta publica Regni Hung. continente habetur. Instructio pro Reverendissimis, Ill. Spect. & Magnif. Generosis, & Egregiis, ac Nobilibus, nec non Prudentibus, & Circumspectis DD. Demetrio Napragy, Valentino Lépes, Petro Révay, Nicolao Eszterházy, Vito Melyth, Joanne Sándor - - - L. R. Civitatis Poson. Cive Linczium ad Suam Majestatem Cæs. Regnorum item, & Provinciarum Suæ Majestatis Legatos Lincii affuturos, nomine I. Regni Hungariæ ex Publico omnium Statuum, & OO. Regni Conventu in L. R. Civitate Posoniensi celebrato, missis data A. D. 1614. die 28. Julii, & alia plura horum Nunciorum Lincii acta. In Archivo autem I. Comitatus Szabolchiensis lego haberi conclusionem Regnicolarem Conventus Posonii die 13. Julii celebrati sub subscriptione, & sigillo Palatini Comitis Georgii Thurzo fasc. XXXII. Art. N. 51.

Nec id prætereundum est, quod in Adversaria mea uspiam ex Mathiæ II. Litteris ad Stanislaum Thurzo Lincii d. 25. Junii A. 1614. scriptis retuli, ut, quemadmodum Georgius Thurzo Regni Palatinus inter cæteros Regnicolas indubie illum quoque requisiverit.

„ Certam quantitatem frumenti, Comitatus „ quidem a singulis Portis ternas metretas in „ contributionem dedissent, reliqui vero singillatim requisiti, utpote qui œconomia frumentaria

„ ma-

„ magis abundarent, quilibet pro facultate sua
„ nonnihil in medium contribuissent - - - specia-
„ libus tamen Litteris admonitoriis eundem requi-
„ rere voluit, ut adminiculum hocce qualecunque
„ pro confiniorum conservatione tanto majori
„ promptitudine, & alacritate gratuito conferretur,
„ quanto magis exhausta conditio eorundem con-
„ finiorum, & penuria alimoniæ necessitatem ad-
„ auget - - - Ne vero fideles nostri Regnicolæ
„ extra publicam, & generalem Regni istius nostri
„ Diætam in Contributionem hanc subsidiariam
„ consentientes, reformidare possint, præjudicium
„ exinde causari, & deinceps etiam id ipsum in
„ consuetudinem trahi debere, pro hac duntaxat
„ vice, ad clementem, paternamque nostram ad
„ monitionem, atque ob majores confiniorum ne-
„ cessitates, quas temporum elapsorum infortunia,
„ & turbulentus status, quem motus intestini,
„ ac alii eventus induxerant, id factum fuisse, se-
„ rie præsentium declaratum voluimus, ac id ip-
„ sum perinde, ac cæteris fidelibus nostris Regni-
„ colis, ita fidelitati quoque tuæ intimamus.

Erga has requisitorias obtulit idem Stanislaus Thurzo tritici Tyrnavienses metretas 1500. pro quibus etiam vecturam promisit, quin locum definiret, quæ certe non minima fuit illius erga necessitatem publicam liberalitas.

Anno 1617. indicta Posonium pro Festo B. Luciæ Diæta, Mathiam jam tum de Successore suo agere

agere voluiſſe, patet e ſequentibus ejusdem Litteris.

„ Magnifico Georgio Rákoczy de Felſeő Vadáſz Co-
„ miti Comitatus Borſodienſis Dapifero noſtro, &
„ Præſidii noſtri Onodienſis Supremo Capitaneo,
„ Fideli nobis dilecto.

„ Mathias Dei gratia Electus Romanorum Impera-
„ tor ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ,
„ Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Magnifice, Fidelis nobis dilecte! Ex aliis be-
„ nignis noſtris Regalibus Litteris ad te quoque datis,
„ clementem noſtram ſuper celebratione in anno cur-
„ renti publicorum Regni Comitiorum Reſolutionem
„ te intellexiſſe non dubitamus. Quia vero pro pia,
„ paternaque cura, & ſollicitudine noſtra, inter reli-
„ qua publica Regni noſtri negotia, quæ ad bonum,
„ & ſalutarem ejusdem ſtatum, & tranquillitatem per-
„ tinent, non ſolum ea, quæ de præſenti, proficua
„ illique commodo, & ornamento eſſe poſſint, pro-
„ curare intendimus, ſed etiam quo illi de cætero quo-
„ que mature proſpectum eſſet, neque in quibusvis
„ rerum perturbationibus periculorum, & adverſo-
„ rum eventuum procellis quoquo modo agitatum
„ fluctuare, multo minus periclitari poſſet, vita ad
„ huc Comite de legitimo etiam Succeſſore clementer,
„ & paterne nos proſpecturos conſtituimus. Id, quod
„ cum aliis quoque fidelibus noſtris Regnicolis paſſim
„ jam intimavimus, ſimiliter Univerſitati quoque Do-
„ minorum, & Nobilium iſtorum Comitatuum, in qui-
„ bus Tu ſupremi Comitis officio perfungeris, ad de-
„ bitam de clementi hacce noſtra voluntate, & inten-
„ to notitiam habendam tempeſtive per Te inſinuatum
„ eſſe voluimus, mandantes benigne Tibi, ut pro mu-
„ neris iſtius publici exigentia, fidelitatisque, & ſin-
„ ceritatis tuæ ſtudio nobis debito ad benignam ſatis-

„ fa-

„ factionem nostram, mandatum hoc nostrum rite exe-
„ quaris, a quo etiam interim executionis seriem ex
„ rescripto tuo cognoscere volumus. De cætero gra-
„ tia, & clementia nostra erga Te benigne propensi
„ manentes. Datum in Arce nostra Regia Pragensi
„ die 20. Mensis Octobr. A. M. D. CXVII.

Mathias m. p.

Valentinus Lépes
Episc. Nitrien.
Laurentius Ferenczfy.

Anno 1618. Comitia Posonii celebrata in illis Ferdinandum II. in Regem electum, & ab eo Regnicolis Diploma Inaugurale super observandis immunitatibus Regni Assecuratorium Datum fuisse, jam etiam ex Vest. Comitiorum constat. Non pigebit hic ea proferre, quæ ex authentico ejus exemplari, quod in manibus habui, circa modum idem cum Regnicolis communicandi observavi. Consignatur illud in originali Palatino Regni, ab hoc vero Statibus, & Ordinibus, vel potius Comitatibus sub authentico extradari solet. In Elencho actorum publicorum Archivi I. Comitatus Zempliniensis diserte adnotatur plura ibi Diplomata Inauguralia sub authentico asservari, quæ ipse vidi. In hoc Anni 1618. a Ferdinando II. neo electo Rege Hungariæ Statibus, & Ordinibus extradato, & deinde Articulo 2. Anni 1622. inserto, & per Palatinum sub authentico transumto, sequens est hujus præmissa Præfatio.

„ Nos Comes Sigismundus Forgách de Ghy-
„ mes Regni Hungariæ Palatinus, & Judex Cu-
„ ma-

„ manorum, nec non Comitatuum Neogradiensis,
„ Sárosiensis, & de Zabolch Comes, ac Sacratis-
„ simi Principis, & Domini Mathiæ Dei gratia
„ Electi Rom. Imp. semper Augusti, ac Germaniæ
„ Hung. Bohemiæ, &c. Regis, Archiducis Austriæ,
„ Ducis Burgundiæ &c. Intimus Consiliarius, &
„ per Hungariam Locumtenens. - Memoriæ com-
„ mendamus tenore præsentium significantes, qui-
„ bus expedit Universis: quod cum Sacratissima
„ Cæsarea, Regiaque Majestas, Dominus noster
„ clementissimus universis fidelibus Statibus, &
„ OO. Regni sui Hungariæ pro tractandis, & con-
„ cludendis publicis Regni negotiis, tranquillum-
„ que statum, & securam permansionem concer-
„ nentibus, generalem Diætam ad hanc Civitatem
„ Regiam, ac liberam Posoniensem ad Domini-
„ cam *Invocavit* proxime præteritam promulgare
„ clementer dignata fuisset, ac pro innata pia, &
„ paterna erga Regnum hoc affectione, & sollici-
„ ta cura primo, & ante omnia de futuro Rege,
„ & Successore eligendo cum eisdem fidelibus suis
„ Statibus, & OO. Regni tractare, & conclude-
„ re statuisset, in eoque Status, & OO. benigne
„ requisivisset; Ad quam S. C. Regiæque Maj. be-
„ nignam requisitionem iidem Status, & OO.
„ matura consilii deliberatione præhabita post lon-
„ gos Tractatus in Seren. Principem Ferdinandum
„ II. Dei gratia Regem Bohemiæ, Archi-Ducem
„ Austriæ, Ducem Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ,
„ Carnioliæ, & Wirtenbergæ, Marchionem Mo-

„ raviæ,

„ raviæ, Comitem Habspurgi, & Tyrolis, Do-
„ minum itidem noſtrum clementiſſimum unani-
„ miter conſenſiſſent. Priusquam tamen Status,
„ & Ordines de vetuſta lege, & longa ſerie ob-
„ ſervata hactenus conſvetudine eundem Dominum
„ Regem Bohemiæ in Dominum, & Regem eo-
„ rum liberis, & communibus votis elegiſſent, de-
„ claraſſent, & pronunciaſſent, eidem Domino Regi
„ Articulos ſubinſertos acceptandos, confirmandos,
„ & per eundem Dominum Regem ſuo tempore Re-
„ giminis firmiter, & inviolabiliter obſervandos
„ demiſſe porrexiſſent; Quorum humillimis po-
„ ſtulatis eadem Majeſtas Regia benigne admiſſis
„ dictos Articulos, omniaque, & ſingula in eis
„ contenta acceptare, confirmare, & Litteris
„ quoque ſuis ſuperinde Aſſecuratoriis ſigillo, &
„ manus propriæ ſubſcriptione roborare, & tan-
„ dem eisdem Dominis univerſis Statibus, &
„ OO. Regni extradare clementer dignata eſt.
„ Quibus extradatis, & manibus noſtris aſſignatis,
„ poſtularunt iidem Status, & OO. quatenus co-
„ piam, ſeu paria earundem ſub ſigillo noſtro
„ authentico in Tranſumpto Litterarum noſtrarum
„ eisdem extradaremus. Quarum quiden Litte-
„ rarum Aſſecuratoriarum tenor talis eſt.

„ Nos Ferdinandus &c.

Per omnia, ut in Decreto Anni 1622. Art. 2. inſertum habetur.

„ Subſcriptionis vero ſeries hæc eſt: Ferdinandus.
„ Paulo inferius: Ul. Leonard Gerius. Nos itaque juxta

 „ poſtu-

„ postulationem eorumdem Dominorum Statuum, & „ OO. Regni præinsertas Litteras S. R. Maj. Assecu„ ratorias præsentibus Litteris nostris de verbo ad ver„ bum sine diminutione, vel augmento aliquali inscri„ bi, & inseri facien. sub sigillo nostro authentico „ extradan. duximus, & conceden. Datum Posonii „ die 25. Mensis Maii A. D. 1618.

Comes Sigismundus Forgách de Ghymes m. p. (L. S.) Emericus Zkolek m. p.

SUB FERDINANDO II.

Anno 1619. Comitia generalia Posonium ad diem 26. Maii indicta, non tam dilata, quam prolata, & in longius tempus protracta esse colligo ex actis eorumdem, quorum permulta habeo. In his Comitiis editum est, etiam sequens Ferdinandi II. Decretum I. quod licet in usum non venerit, cum tamen ad historiam Legislationis pertineat, & perpaucis notum sit, nunc primum ex MSS. Bibliothecæ Regiæ Universitatis Hung. Pestiensis desumtum, quod & in Cod. Collegii Scholarum Piarum Podolinensi typis impressum reperi, Desumtum in Lucem profero.

„ Nos Ferdinandus Secundus Dei Gratia „ Electus Romanorum Imperator semper Augu„ stus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dal„ matiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archi„ dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carin„ thiæ, Carnioliæ, & Wirthembergæ, ac Supe„ rioris & Inferioris Silesiæ, Marchio Moraviæ,

„ ac

„ ac utriusque Lusatiæ, Comes Habspurgi, Ty-
„ rolis, & Goritiæ, &c. Memoriæ commendamus
„ tenore præsentium significantes quibus expedit
„ universis. Quod nos benigne considerantes,
„ solliciteque perscrutantes, quanam ratione Dei
„ optimi maximi clementi arbitrio & dispositione,
„ ad gubernationem istius Regni nostri Hungariæ
„ venientes, antecessorum nostrorum prædecesso-
„ rum Regum Hungariæ exemplo ex augusta
„ domo Austriaca non minori felicitate guber-
„ naremus, inter reliqua gubernationis media,
„ quæ pro defensione, florentique ejusdem con-
„ stitutione adhibere intendimus, laudabili, &
„ hactenus cum profectu, observata consvetudine,
„ ut in publicis Diætalibus Conventibus, iisdem
„ Regni universis Statibus, & Ordinibus indictis,
„ communibus Regnicolarum quoque suffragiis,
„ de quieto Regni statu, & permansione delibe-
„ rationes fierent, & constitutiones publicæ decer-
„ nerentur: Hanc igitur ob causam post tristem
„ quondam Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis
„ Domini Mathiæ Romanorum Imperatoris, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regis &c. Patris
„ & Patruelis nostri observandissimi sanctæ recor-
„ dationis ex hac vita decessum, fidelibus no-
„ stris universis Statibus, & Ordinibus Diætam
„ seu generalem Conventum ad Festum Sanctissi-
„ mæ & individuæ Trinitatis, hoc est, 26. diem
„ Mensis Maii, Anni M. DC. XIX. in liberam
„ Civitatem nostram Posoniensem, vigore Diplo-

„ matis nostri, hoc nomine Statibus, & Ordini-
„ bus tempore coronationis nostræ Regiæ con-
„ cessi indiximus; Cui tametsi in persona inter-
„ esse, & præesse cupiverimus, quia tamen,
„ cum alias arduas ob causas, tum ob professio-
„ nem in Imperium ad Diætam Electoralem impe-
„ diti fuimus, eam provinciam celebrandæ Diætæ
„ fideli nostro nobis sincere dilecto Spectabili,
„ ac Magnifico Comiti Sigismundo Forgách de
„ Ghymes, Regni nostri Hungariæ Palatino, &c.
„ commisimus, & delegavimus. Qui etiam juxta
„ datam sibi per nos plenipotentiam cum Statibus,
„ & Ordinibus rationem præsentis temporis, ne-
„ cessitatesque Regni publicas, ac Patriæ salutem,
„ & incolumitatem præ oculis habentes, certos
„ Articulos unanimi consensu, communibusque
„ suffragiis ad benignam ratificationem nostram
„ sanxerunt, & concluserunt, Majestatique no-
„ stræ pro benigna nostra confirmatione medio
„ præfati Regni Palatini obtulerunt, ac transmi-
„ serunt, supplicantes demisse, quatenus præfatos
„ Articulos invicem conclusos, & sancitos Nos
„ quoque clementer acceptare, Regioque nostro
„ consensu de more antiquitus recepto confirma-
„ re, & roborare, ac tam Nos ipsi benigne ob-
„ servare dignaremur, quam per alios, quorum
„ interesset, observari faceremus. Quorum qui-
„ dem Articulorum, conclusionisque, ac sanctio-
„ nis Diætalis tenor sequitur in hunc modum.

„ Ar-

„ Articuli Dominorum Prælatorum, Baro-
„ num, Magnatum, Nobilium, cæterorumque
„ Statuum, & Ordinum Regni Hungariæ, Poso-
„ nii in generali Diæta ad Festum Sanctissimæ
„ Trinitatis, hoc est 26. Mensis Maii, Anni M.
„ DC. XIX. indicta conclusi.

Præfatio.

„ *Qua Status, & Ordines grata cum animi signifi-*
„ *catione suæ Majestatis piam, paternamque*
„ *curam, & sollicitudinem in Regni emolumentum*
„ *declaratam agnoscunt, summasque ob hoc agunt*
„ *gratias.*

„ Sacræ Regiæ Majestati, Domino & Regi
„ ipsorum clementissimo, pro pia, planeque pa-
„ terna sollicitudine, cura, & benignitate, quam
„ Sua Sacr. Majestas post luctuosum Sacr. Cæsar.
„ & Regiæ Majestatis æternæ recordationis
„ obitum etiam inter infinitas propemodum, &
„ maxime arduas præsentium temporum occupa-
„ tiones erga inclytum hocce Regnum Hungariæ
„ declaratam esse voluit, Domini Prælati, Baro-
„ nes, Magnates, Nobiles, cæterique Status, &
„ Ordines ejusdem Regni Hungariæ immortales,
„ & quam possunt, maximas humillime agunt gra-
„ tias; quippe cum videant Suæ Sacræ Majesta-
„ tis erga eosdem fideles Status, & Ordines
„ eam esse benignitatem, ut Sua Sacra Majestas,
„ nihil omnino eorum, quæ vel vigore Diploma-
„ tis sui Regii, vel Articulorum tempore felicis

„ ſuæ coronationis Anno ſuperiori ſancitorum „ ſtabilita fuerant, in ſeſe deſiderari patiatur. „ Quocirca non aliunde profectum eſſe omnino „ ſibi perſuadent, quod Sua Sacra Majeſtas juxta „ formam, & tenorem memorati ſui Diplomatis „ intra decurſum ſex Menſium ab obitu prætactæ „ olim Cæſareæ Majeſtatis computando, publicam „ eisdem Statibus, & Ordinibus huc Polonium „ Diætam indicere dignata fuerit.

„ Declaraverat quidem Sua Sacra Majeſtas „ Regalibus ſuis Litteris, id quod iisdem Statibus „ & Ordinibus magno ante omnia alia ſolatio „ merito eſſe poterat, Suam Sacram Majeſtatem „ perſonaliter eidem Diætæ interfuturam, quod „ quo minus ex deſiderio ipſorum ſucceſſerit, „ ſummum ipſis dolorem, ſimul & mœrorem „ conciliavit.

„ Inter cætera tamen, quæ ad hunc dolorem „ ſublevandum facere videntur, ſummæ ipſis con- „ ſolationi illud inprimis accidit, quod præſens „ Suæ Majeſtatis diſceſſus, & abſentia ingentem „ huic Regno allatura ſit utilitatem, Suamque „ Majeſtatem hac ſui in Imperium Romanum „ diſceſſus oportunitate potiſſimum juvandis hujus „ Regni neceſſitatibus invigilaturam. Acceſſit il- „ lud quoque, quod Sua Sacra Majeſtas graviori- „ bus, & magis arduis curis ab hiſce Comitiis „ avocata, ut primum per fideles Status, & Or- „ dines de continuanda præſenti Diæta, eoque no- „ mine Plenipotentia Illuſtriſſimo Domino Sigis-

„ mun-

„ mundo Forgách Regni Hungariæ Comiti Pala-
„ tino attribuenda demiſſe requiſita fuit, plus
„ quam clementiſſime ſemet ipſam reſolvere, ab-
„ ſolutiſſimamque de omnibus Diætalibus negotiis
„ agendi, tractandi, deliberandi, & ad benignam
„ Suæ Majeſtatis ratificationem concludendi facul-
„ tatem, & facultatis poteſtatem memorato Do-
„ mino Comiti Palatino concedere dignata eſt.

„ Quo circa Status, & Ordines tanta Suæ
„ Majeſtatis Sacræ gratia, & benignitate potiſſi-
„ mum in moderna ſuæ Majeſtatis ab hoc Regno
„ abſentia, non tam in alium finem, quam ad Re-
„ giam Suæ Majeſtatis dignitatem, publicamque
„ dulciſſimæ ipſorum Patriæ incolumitatem
„ tuendam utendum eſſe ſibi unanimiter cenſue-
„ runt, ac vi & forma prætactæ Plenipotentiæ,
„ quam Sua Sacra Majeſtas mediante ſolenni ſuo
„ Diplomate Regio, in eundem Illuſtriſſimum Do-
„ minum Comitem Palatinum tranſtulerat, præ-
„ ſtito, per eosdem Status, & Ordines omni er-
„ ga Suam Illuſtriſſimam Dominationem honore,
„ & obſervantia, ex voluntate quoque, & aſſen-
„ ſu ejusdem illuſtriſſimi Domini Comitis Palatini,
„ velut Plenipotentiarii, hos, qui ſequuntur, mo-
„ derno potiſſimum rerum ſtatui conducentes
„ ſanxerunt Articulos.

„ *Ob temporis brevitatem, rerumque, ac negotiorum „ publicorum modernam constitutionem, negotia „ Regni in Diæta pertractanda, & definienda „ ad futuram Regni Diætam differuntur.*

ARTICULUS I.

„ Quandoquidem periculosi vicinarum Pro- „ vinciarum motus Statuum, & Ordinum cogi- „ tationes, omnesque ferme curas initio hujus „ Diætæ usque adeo in se converterant, ut sopitis „ Regni istius gravissimis negotiis ea solummodo „ consilia agitata sint, quæ maxime oportuna vi- „ debantur, tum ad debitam erga Sacr. Reg. Ma- „ jestatem, Dominum eorum clementissimum, fi- „ delitatem declarandam, tum vero etiam ad mo- „ dernas Christianitatis clades avertendas, pacem- „ que, & concordiam feliciter concludendam. „ Quo quidem in tractatu, variisque legationum „ etiam Constantinopolim expeditarum ordinatio- „ nibus, quoniam tempus adeo extractum sit, „ ut multis ac gravissimis, quæ tractanda erant, „ negotiis, temporum angustiæ non sufficiant. „ Præterea cum & a Turcis non levia pericula „ impendere in dies nuncientur, & proximi un- „ dique vicinarum Provinciarum motus circa Regni „ hujus limites conspiciantur; Negotia autem „ Diætalia & numero plurima, & magnitudine „ gravissima, hocque tempore vix, aut ne vix qui- „ dem exacte tractari, ac concludi possint; Ideo „ Status, & Ordines decernunt, ut omnia nego-

„ tia,

„ tia, tam ſcilicet effectuatio conditionum in Di-
„ plomate Suæ Majeſtatis comprehenſarum,
„ quam vero ſublatio gravaminum dicto Domino
„ Palatino porrectorum habita ratione præſentis
„ temporis differantur, ac in futuram Diætam an-
„ te omnes alios tractatus Diætales definienda,
„ complananda, effectuandaque reſerventur. Ea
„ tamen, de quibus in Conſtitutionibus Anni ſu-
„ perioris ſpeciales Articuli extarent, vel in Com-
„ miſſionibus penderent, medio tempore tollantur,
„ & effectuentur.

„ *Limitatio ſuper gratuitis laboribus ad reſtauratio-*
„ *nem Confiniorum in præteritis Regni Diætis*
„ *deputatorum ut obſerventur, & qui operas*
„ *manuales, aut ſolutionem non præſtitiſſent, per*
„ *Dominum Regni Comitem Palatinum ad præ-*
„ *ſtandum cogantur.*

ARTICULUS II.

„ Animadvertunt porro Status, & Ordines
„ ſalutem, permanſionemque Regni ſecundum De-
„ um ex Confiniorum incolumitate, militumque
„ confiniariorum competenti intertentione depen-
„ dere. Quia porro vident Confinia paſſim
„ adeo ruinoſa eſſe, ut omnino reſtaurationem
„ poſtulare videantur, ſtatuunt, ut limitatio
„ gratuitorum laborum in eo, quo ſuperiori
„ Anno fuit, ſtatu maneat, neque (id quod in
„ pleriſque Comitatibus evenire conſueverat) In-
„ quilinis exceptis, qui duodecim domibus Inqui-

„ lina-

„ linaribus ad unam portam computatis, manuales duntaxat labores præſtare teneantur. Et qui hucusque gratuitos labores non præſtitiſſent, ii deinceps quoque ad neglectas operas, aut ſolutionem pecuniariam præſtandam absque ulla mora per Dominum Palatinum cogantur, neque Comitatus tales labores gratuitos alio, quam ordinati ſint, convertere præſumant. Hoc loci tamen Status, & Ordines dignum eſſe cenſent, ut quoniam ſuperioribus hiſce diebus Civitas Caſſovienſis potiori ex parte conflagravit, gratuiti labores ex Bonis ejusdem cedere debentes pro hac ſolummodo vice ad ejusdem Civitatis reſtaurationem convertantur. Poſſeſſiones autem ad Arcem Tata pertinentes, gratuitos labores ad ejusdem Præſidii reparationem præſtent. Eodem modo, & pars proceſſus Joannis Beorchy Judicis Nobilium Comitatus Comaromienſis vulgo Vértesallja nuncupata.

De contributione pecuniaria, ſubſidioque annonario per Status, & Ordines pro ſolutione, & ſuſtentatione militum Confiniariorum oblata.

ARTICULUS III.

„ Et quia ſubſidia exterarum Provinciarum ad præſens nonnihil ceſſaviſſe dignoſcuntur, ideo in ſubſidium, & ſuſtentationem militum præſidiariorum contribuunt Status & Ordines pro hac tantum vice, idque gratis, & dono a

„ ſin-

„ singulis portis, in superioribus quidem Regni „ partibus, singulum cubulum Cassoviensem, in „ partibus vero Cis-Danubianis, singulas ternas „ metretas Tyrnavienses, in partibus vero Trans- „ Danubianis, singulum cubulum Keöszeghiensem „ frumenti, idque ad intimationem, dispositionem- „ que, & limitationem Domini Comitis Palatini. „ Turcis tamen subjecti dimidium pendant, sup- „ plicantes Suæ Majestati, ut milites confiniarios „ in stationibus suis per Capitaneos contineri de- „ mandare dignetur. Quorum solutio ut com- „ modius, & citius fieri possit, pro exolutione „ anticipati panni per Illustrissimum Dominum „ Comitem Palatinum ad eorundem Confiniario- „ rum contentationem, ut aliquot Mensium sti- „ pendia illis subministrentur, in ordinemque re- „ digantur, & ut etiam sal nitrum, & pulveres „ tormentarii, pro tuitione Confiniorum compa- „ rari queant, florenum unum contribuunt a qua- „ libet porta.

De modo insurrectionis tempore hostilis invasionis, aut alterius necessitatis Regni habendæ, deque conservatione Coronæ per Dominum Palatinum providenda.

ARTICULUS IV.

„ Si, quod Deus avertat, aliquod summum, „ manifestumque huic Patriæ periculum, hostilis- „ que invasio immineret, Status & Ordines de- „ cernunt, ut in tali casu, penes personam Do-

„ mini

„ mini Comitis Palatini, & ad requisitionem ejusdem „ tempestive fiendam universi & singuli Domini Prælati, Barones, Magnates, & Nobiles tam „ possessionati, quam unius sessionis; Item aliæ „ quoque personæ Ecclesiasticæ possessionatæ, similiter & Nobiles Armales, quo fieri poterit „ majori apparatu inter limites Regni ad defensionem ejusdem insurgere, militareque sub pœna „ in Articulis expressa teneantur. Eodem modo „ Liberæ quoque, & Montanæ Regiæ Civitates „ more hactenus in eisdem observato. Hæc autem Constitutio ad futuram usque Diætam duret. Coronæ vero conservationi Illustrissimus „ Dominus Comes Palatinus juxta Articulum „ Anni 1613-18. providere non intermittet.

De modo in perceptione, & erogatione contributionis expensarum per Status, & Ordines pro Legatis Regnicolarum ad Interpositionem inter Suam Majestatem, & Status Regni Bohemiæ institutam, observando.

ARTICULUS V.

„ Denique cum ex benigno Regiæ Majestatis assensu Status, & Ordines ad interpositionem „ inter Suam Majestatem, & Status Regni Bohemiæ institutam certos determinaverint Legatos, „ pro expensis eorundem a singulis portis exigantur singuli denarii quadraginta, idque per „ Comitatuum Perceptores, vel iis non existentibus, per Vicecomites, qui quidem Percepto-

„ res,

„ res, & Viceconites ejusmodi expenſas Egre-
„ giis. In partibus quidem Regni Transdanubia-
„ nis Georgio Zombathely, in partibus vero
„ Regni ſuperioribus Petro Senniej, hi vero ma-
„ nibus Egregii Caſparis Terſztanszky adminiſtrare
„ debeant. Turcis tamen ſubditi dimidium præ-
„ ſtabunt. Si vero ſumma prætacta modo præ-
„ miſſo in rationem expenſarum exigenda in præ-
„ tactum uſum erogata non fuerit; Ex tunc per
„ annotatum generalem Perceptorem ad ulterio-
„ rem uſque Statuum, & Ordinum diſpoſitionem
„ fideliter aſſervetur.

„ Nos itaque Comes Sigismundus Forgách
„ de Ghymes, Regni Hungariæ Palatinus, Judex
„ Cumanorum, ac Comitatuum Sáaros, Neógra-
„ dienſis, & de Szabolch Comes, nec non Sacræ
„ Regiæ Majeſtatis Conſiliarius, & per Hungariam
„ Locumtenens, &c. Præmiſſos univerſorum Sta-
„ tuum, & Ordinum Inclyti hujus Regni Hun-
„ gariæ Articulos, ac omnia & ſingula in iis
„ contenta, authoritate Plenipotentiæ, a Sacra
„ Regia Majeſtate Domino Domino noſtro
„ Clementiſſimo nobis conceſſa uſque ad rati-
„ ficationem ejusdem Majeſtatis Suæ ratos, gra-
„ tos, & accepta habentes, acceptamus, ratifica-
„ mus, approbamus, & confirmamus. Harum
„ noſtrarum vigore & teſtimonio Litterarum me-
„ diante. Datum in Civitate Regia ac Libera
„ Poſonienſi, decima tertia die Menſis Auguſti,

„ ulti-

„ ultimo scilicet die præsentis Diætæ. Anno Do-
„ mini Millesimo, Sexcentesimo, Decimo Nono.

Conclusio.

„ Nos itaque præmissa Supplicatione fide-
„ lium nostrorum universorum Statuum, & Or-
„ dinum præfati Regni nostri Hungariæ benigne
„ admissa, & audita præinsertos Articulos in
„ memorata Diæta, seu generali ipsorum Con-
„ ventu conclusos, atque per antelatum Regni
„ nostri Hungariæ Comitem Palatinum authoritate
„ Plenipotentiæ eidem a Nobis concessæ & attri-
„ butæ, usque ad ratificationem Nostram, accepta-
„ tos, ratificatos, approbatos, & confirmatos,
„ Nos pariter acceptamus, ratificamus, approba-
„ mus, & confirmamus, atque eosdem Nos quo-
„ que benigne observatos esse volentes, ut pro
„ emolumento, & conservatione tam publici Re-
„ gni Status, quam etiam tuta, & secura fideli-
„ um nostrorum Statuum, & Ordinum permansio-
„ ne per eos, quorum intererit, observentur,
„ modis omnibus procuraturi sumus. Harum
„ Nostrarum secreto Sigillo nostro, quo ut Rex
„ Hungariæ utimur, impressione, manusque no-
„ stræ subscriptione munitarum vigore & testi-
„ monio Litterarum. Datum in nostra & Im-
„ perii Libera Civitate Francofurtensi ad Mœnum,
„ die undecima mensis Septembris, Anno Domi-
„ ni, Millesimo, Sexcentesimo, Decimo Nono.
„ Regnorum nostrorum Romani primo, Hunga-

„ riæ

„ riæ, & aliorum ſecundo, Bohemiæ vero Anno
„ tertio.

In Codice, ex quo Decretum hoc deſumſi, ſequentia adnotantur:

„ Hi Articuli non ſunt authentici, nec a
„ Regni Statibus, & Ordinibus uſurpari ſoliti,
„ idque propter abſentiam eorum a Diæta Suæ Sa-
„ cratiſſimæ Majeſtatis in arduis tandem Imperii
„ negotiis conſtitutæ.

Vix hac Diæta concluſa Gabriel Bethlen Conventum Caſſoviæ pro die 26. Sept. indictum cum ſuis celebravit, & Articulos etiam edidit, quorum Exemplar authenticum Hungarico idiomate conſcriptum habetur in Cymelio Székelyiano T. IV. pag. 159.

Alter Conventus Poſonium pro die 11. Novembris per Gabrielem Bethlen ſequentibus Litteris convocatoriis ex originali Archivi Civitatis Sopronienſis Exemplari deſumtis indictus erat.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Judici primario,
„ cæterisque Juratis Civibus Liberæ, ac Regiæ
„ Civitatis Sopronienſis, &c. Amicis nobis ho-
„ norandis.

„ Gabriel Dei Gratia Princeps Tranſylvaniæ, partium
„ Regni Hungariæ Dominus, & Siculorum Co-
„ mes &c.

„ Prudentes ac Circumſpecti amici nobis honoran-
„ di. Salutem, & benevolentiæ noſtræ commenda-
„ tionem. Quam juſtis, iisque arduis neceſſitatibus

„ coacti

„ coacti pro assertione, restaurationeque publicæ liber-
„ tatis Gentis Hungaricæ bellicam hanc expeditionem
„ susceperimus, aliquot jam antea publice, & privative
„ conscriptis Litteris nostris sat superque omnibus in-
„ timavimus, Deo autem Duce, & Auspice, quanta
„ hactenus, quamque admirabili prosperitate progressi
„ simus, res ipsa, nobis tacentibus quotidie ostendit.
„ Quo etiam citius, ac certius de tranquilla, tutaque
„ permansione Regni hujus Hungariæ provideretur,
„ placuit Illustrissimo Domino Comiti Sigismundo For-
„ gács de Ghymes præscripti Regni Hungariæ Palati-
„ no, ut juxta Leges patrias, Regnique Decreta in ab-
„ sentia Regiæ Majestatis authoritate sua Palatinali
„ omnibus Regni Hungariæ Statibus, & Ordinibus ge-
„ neralem Diætam in hac Civitate Posoniensi celebran-
„ dam ad diem 11. mensis Novembris, Festum vide-
„ licet Sancti Martini Episcopi, & Confessoris promul-
„ garet. Ex cujus itidem Domini Palatini placito nos
„ quoque prudentes, ac circumspectas Dominationes
„ Vestras amice monendas, hortandasque voluimus, ut
„ pro complanandis, præveniendisque omnibus iis gra-
„ vaminibus, & offensis, quibus & nos in fœdere
„ Transylvanico semper animi pendentes hærebamus,
„ & Status Hungarici pleni querelis, pleni acerbitati-
„ bus premebantur, in ipsa liberrima Diætalium Co-
„ mitiorum celebritate ex vestra Civitate numero quan-
„ to majori poterunt cum plena reliquorum authorita-
„ te, & instructione vestri Fratres, Nunciique rerum
„ usu pollentes ad diem, & locum præfixum compa-
„ reant, ac quod maxime e re omnium fuerit, in me-
„ dium consulere, atque decernere valeant. His vestras
„ Dominationes diu, feliciterque valere ex animo cu-
„ pientes. Datum in Regia Liberaque Civitate Poso-
„ niensi die 20. Octobris. Anno 1619.

Gabriel Princeps Transyl-
vaniæ.

(L. S.)

Simon Pechy
Cancellarius m. p.
Caspar Peulery m. p.
Con-

Conventum hunc etiam per Palatinum, adversante tamen Primate Regni, & aliis compluribus indictum, & in annum sequentem protractum fuisse, patet ex pluribus actis, quæ possideo, ac cætera inter habentur Articuli DD. Baronum, Magnatum, & Nobilium, ceterorumque Statuum, & OO. Regni Hungariæ in Diæta Posoniensi ad Festum Divi Martini Episcopi Anno 1619. indicta, Posoniique celebrata, conclusi, ac Serenissimo Principi die 18. Jan. Anni 1620. exhibiti. Licet autem in hoc Conventu etiam Ferdinandus Rex suos habuerit Commissarios, pro legali tamen Diæta haberi nequit, nec Articuli, quos memoravi, Legum vigorem consecuti sunt.

Anno 1620. Gabriel Bethlem generalia Comitia Neosolium pro Dominica Exaudi sive die ultima Maii indixerat, ad quæ cum Oratores Regis Sveciæ, ac Poloniæ, Bohemiæ item, & aliarum Provinciarum partim Friderico Palatino prætenso Regi, partim Ferdinando adhærentium, comparuerint, ipse Ferdinandus Imp. & Rex Hung. Instructionem primum quidem pro Rev. Paulo David Episcopo Tininiensi, & Abbate Zkalkensi, item Magnif. Georgio Teuffel L. B. in Gundelsdorf Regiminis Austriæ Consiliario, & Gen. Wolfgango Wilhelmo Lamninger ab Albenseuth Consiliario Imp. Consilii Aulici, in Civitatem nostram montanam mineralem Novizoliensem ad Ill. Principem Gabrielem Bethlem, &c. Spect. item, ac Magnif. Comitem Palatinum Regni, Statusque prædicti Re-

gni nostri Novizolii congregatos expeditis dedit Viennæ die 20. Junii A. 1620. Deinde Plenipotentiales Rembeldo Comiti a Collalto Consiliario bellico, Paulo David Electo Episcopo Tininiensi, Georgio Teuffel Regiminis Inferioris Austriæ Locumtenenti; Moysi Cziráky de Dienesfalva Consiliariis, & Wolfgango Wilhelmo Lamminger ab Albenreuth Consilii Imp. Aulici Consiliario. & Laurentio Ferenczfy Secretario Hung. Aulico ad Diætam Novisoliensem fine tractatus pacis cum Gabriele Hung., & Transylvaniæ Principe, ac Statibus, & OO. Regni Hung. ineundi expeditis Commissariis dedit die 12. Julii, & alias correctas die 9. Aug. Anno 1620. quibus tamen non obstantibus ad Electionem Gabrielis in Regem Hungariæ processum est, qui die 25. Augusti Diploma super conditionibus sibi exhibitis, die vero 29. ejusdem Articulos Baronum, Magnatum, & Nobilium, ceterorumque Statuum, & OO. Regni Hung. in generali eorum Diæta Novizoliensi ad Dominicam Exaudi alias ultimam Maii diem proxime præteritam conclusos Novizolii, Anno 1620. Diplomate itidem confirmatos, *Typis* impressos, & sigillo suo munitos expedivit, quæ tamen omnia Ferdinandus cassavit, cujus extat in Archivo Civitatis Bartphensis, & alibi passim Edictalis cassatio iniquæ, prætensæ, & ipso Jure nullæ Electionis Gabrielis Bethlem in Regem Hungariæ, nec non actorum omnium tractatorum, & conclusorum in Conventu Posoniensi, & No-

vizo-

vizolienſi annullatio die 10. Decembris Anni 1620. Atque ita acta, & tractata integri unius anni uno quaſi ictu reſciſſa ſunt. Quamquam autem Ferdinandus ipſe in Plenipotentialibus ſuis Diætam Novizolienſem vocet, illa tamen nequaquam ad Comitia generalia, ſed ad Tractatus duntaxat referenda eſt.

Anno 1621. ineunte Conventus Tyrnaviam, & exeunte Caſſoviam per eundem Gabrielem Bethlem indicti, licet in hoc poſteriori itidem Articulos, quos in Archivo Civitatis Bartphenſis ſub Authentico vidi, ediderit, ejusdem illegalis notæ fuerunt.

Anno 1625. generalis Diæta Sopronium pro Feſto Nativitatis B. V. M. ſive die 8. Sept. ſequentibus Regalibus Litteris ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis indicta fuit:

„ Prudentibus, ac Circumſpectis, Magiſtro Civium „ Judici, & Juratis Civibus Civitatis noſtræ So- „ pronienſis. &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Ferdinandus Secundus Dei gratia Electus Roma- „ norum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germa- „ niæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, „ Sclavoniæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti! „ Quam paterna cura, & ſollicitudine Inclyti Regni „ noſtri Hungariæ, poſtquam ad Sacrum ejusdem Dia- „ dema, Regiæque Majeſtatis faſtigium Dei præpoten- „ tis beneficio, a quo omnis poteſtas derivatur, per-

„ venissemus, saluti, florentique ipsius permansioni pro-
„ spicere, & consulere intenderimus, non dubitamus,
„ fideles nostros Regnicolas æqua trutina apud sese
„ reputaturos; Nos nihil in nobis desiderari passos
„ fuisse. quæ ad clementem gubernationem, solertem
„ provisionem, diligentemque conservationem dicti Re-
„ gni nostri spectare videbantur. Hinc est, quod
„ optatam pacem, & publicam tranquillitatem rebus
„ omnibus anteferentes non solum motus illos intesti-
„ nos denuo suscitatos, quibus Christianitatis ditiones
„ proximis quoque temporibus perturbabantur, placi-
„ dioribus potius transactionis mediis sopitos, & com-
„ positos esse voluerimus; verum etiam pacem cum
„ Turca tandem ratificatam, & stabilitam reddideri-
„ mus, nullis parcendo quavis tandem occasione,
„ ac quantumvis gravibus, onerosis, & maximis cum
„ impensis susceptis curis, & sollicitudinibus. Illud
„ post hæc omnia in beneficium fidelium nostrorum
„ Regnicolarum superesse rati, ut pro confirmandis,
„ assecurandisque Rebus Regni (in quietam conditio-
„ nem Dei beneficio revocatis,) pertractandisque publi-
„ cis, & communibus negotiis, ut omnia eo commo-
„ dius fiant, generalem Regni Diætam indiceremus,
„ quam quidem universis Statibus, & Ordinibus ejus-
„ dem Regni nostri Hungariæ, partiumque ei subjecta-
„ rum ad Festum Nativitatis Beatissimæ Virginis Ma-
„ riæ, hoc est octavum diem mensis Septembris, anni
„ præsentis sexcentesimi vigesimi quinti supra millesi-
„ mum in Liberam istam Civitatem nostram Sopronien-
„ sem clementer indicendam, & promulgandam esse
„ duximus, eique Deo propitio in propria nostra per-
„ sona præesse decrevimus. Quocirca Fidelitatem ve-
„ stram benigne hortamur, vobisque harum serie cle-
„ menter, ac firmiter committimus, & mandamus,
„ ut ad præfatum diem peculiares, & sufficientes Nun-
„ cios vestros e medio vestri sine ulla excusatione,
„ & mora expedire, & sistere debeatis, viros utpote

„ pru-

„ prudentes, pacisque, & concordiæ ſtudioſos, atque „ amantes, qui illic una cum dominis Prælatis, Baro- „ nibus, Magnatibus, & Nobilibus, cæterisque Statibus, „ & Ordinibus dicti Regni noſtri Hungariæ, & partium „ ei ſubjectarum de iis omnibus, quæ ad publicam „ ejusdem Regni noſtri pacem, quietem, & tranquil- „ litatem, ejusdemque defenſionem accommodatiſſima „ videbuntur, tractare, & in medium conſulere de- „ beant. Curandum autem vobis erit, ut pro matu- „ randis, & confeſtim inchoandis tractatibus prædicti „ veſtri Nuncii ad præfixum terminum certo certius „ ſeſe ſiſtant. Secus itaque ſub pœna in generali De- „ creto expreſſa non facturi. Datum in Civitate no- „ ſtra Vienna die decima menſis Julii Anno Domini „ Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimo Quinto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Stephanus Sennyei El. Epiſc. Vacienſis m. p.
Laurentirs Ferenczfy m. p.

Ab hoc anno deinceps diu ſatis Comitia ce- lebrata non ſunt, ſed perpetuis Tractatibus tem- pus inſumtum eſt, quibus cum Regno nihil con- ſuleretur, tandem querelæ publice erupiſſe viden- tur, uti docet:

Anno 1629. Ferdinandi II. Reſcriptum ad Comitatus Hungariæ, quo adductis multis, & ponderoſis rationibus excuſat, cur diutius, quam Lege præſcriptum habeatur, Diætæ celebratio dif- feratur, quod in Archivo I. Comitatus Zemplin. Loc. 95. N. 16. extat, & ſequentis tenoris eſt.

„ Ferdinandus II. Dei gratia Electus Romanorum „ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex.

„ Magnifici, Egregii, & Nobiles Fideles nobis dilecti.
„ Non dubitamus, quin Fidelitates vestræ bene perspectum habeant, gratissimaque memoria recolant, qualinam pia, ac paterna cura, sollicitudineque non solum tranquillo statui, & securitati Regni istius nostri Hungariæ nobis cumprimis chari, verum etiam fidelium nostrorum Regnicolarum florenti statui, & commodis inde ab initio suscepti Regiminis nostri, dum gubernaculorum Regni moderamen teneremus, prospectum esse voluerimus, nihil intermittere volentes eorum, quæ vel ab externis injuriis immunitatem præstarent, vel ad domestica rite administranda optimam, & commodam rationem conferrent; hinc est, quod clementer memoria teneamus, inter cætera publica Regni negotia, juxta Regni Constitutiones tertio quovis anno Diætam publicandam fuisse; considerantibus tamen Nobis, quidnam maxime expediens Regni negotiis foret, animadvertimus operæ pretium esse, ut intermissam, & tot annorum decursu neglectam Octavalium Judiciorum celebrationem quadamtenus postliminio revocatam, tametsi sine onere impensarum, nihilominus pro beneficio Regnicolarum, cum orphanorum, pupillorum, viduarum, tum aliorum egenorum, & ex intermissa, tantoque tempore causarum, & litium vigentium revisione, dilata Justitiæ administratione aggravatorum, & damnificatorum celebrandam esse benigne duxeramus. Peracta autem hujusmodi judiciorum Octavalium celebratione absque ullo plane respirio denuo generali Congregatione indicta, & expensarum mole (quod Diætam secum ferre notum est) & aliis incommodis, quæ concursu hiemis ingruentis ob frigoris asperitatem, viarum impedimenta annonæ subvehendæ rationem, aliaque cum condescendendi angustia incommoda causabant, Regnicolas aggravare haud expediens esse ducebamus. In consideratione quoque habito eo, quod tametsi cum defectu proventus æra-

„ rii

„ rii Fisci nostri, ex consuetudine tempore Comitio-
„ rum celebrandorum dicæ impositione dilationem ejus-
„ modi fieri, commoda tamen Regnicolarum ea quoque
„ in parte aliqua nimirum intercurrenti eliberatione
„ potius præferenda esse voluimus. His accedebat &
„ illud, quod cum hactenus S. Rom. Imperii res pa-
„ cato, & tranquillo statui restituere magnopere co-
„ nati fuerimus, illudque Deo propitio Principibus
„ Christianitatis jam etiam bene inclinatis secundis
„ successibus secuturum spes habeatur, salutarem hanc
„ curam, & cogitationem unde etiam non minus Pa-
„ triæ, & Gentis istius causaretur, ob Diætæ publica-
„ tionem haud quaquam deponendam, aut differendam
„ esse censuerimus, sed et domesticum illud, ac priva-
„ tum accedit, quod præparationes ad celebrationem
„ nuptiarum Serenissimi Ferdinandi III. Hungariæ, &
„ Bohemiæ Regis &c. filii nostri charissimi ab hoc pro
„ moderno tempore avocare videatur, dum adven-
„ tante jam Serenissima sponsa, & ob locorum longio-
„ rem distantiam minus certi quid haberi possit de
„ præsentia ejusdem; incidenti vero casu, quo in illud,
„ quo celebranda essent comitia, aut certe de facto
„ jam celebrarentur, non sine aliqua negotiorum per-
„ turbatione, aut etiam tractatuum suspensione, vel certe
„ ipsius Diætæ ex aliquo incidenti necessaria dilatione,
„ Conventusque dissolutione perplexitas aliqua, & in-
„ sperati quippiam emergere possit, sed & citra præ-
„ missa affecta moderna valetudine, qua cælitus visita-
„ mur, in causa esset, quo minus juxta voluntatem
„ nostram pro majori satisfactione, desiderioque Sta-
„ tuum, & Ordinum, publicandis Regni Comitiis,
„ negotiisque Regni moderandis, & juvandis interesse
„ possemus. Cuperemus autem pro consolatione Regni-
„ colarum, declarandoque uberiori Clementiæ nostræ
„ argumento, ut quemadmodum præteritorum tempo-
„ rum Comitiis una cum Serenissima Conthorali nostra,
„ & charissimis liberis interesse solebamus, huic quo-

„ que proxime celebrandæ Diætæ nos ipsi in persona
„ interessemus, ad hoc vero sublevamen ex ægritudi-
„ ne quandonam bonitas divina largiri dignabitur, a
„ voluntate ejus non nisi nobis expectandum propo-
„ nimus. Porro bene memores Constitutionum Regni
„ publicarum, & Diætæ promulgandæ termino jam
„ præsente non intermissuri sumus tales debitas Ordi-
„ nationes suscipere, quatenus Dei auxilio quam opti-
„ me dispositis, & ad bonos successus directis præ-
„ missis omnibus, Comitia generalia promulgemus.
„ Benigne interim fideles nostros Status, & Ordines
„ hortantes, quatenus ad gratiæ nostræ Thronum cum
„ fiducia recurrere debeant, parati & gratiose, ac
„ paterno affectu universos complecti, & laborantibus
„ aliqua in re juris, & justitiæ administratione juxta
„ dictamen æquitatis, & normam Legum patriarum
„ debitum complementum fieri. Gratia, & Clemen-
„ tia nostra Cæsarea, & Regia vobis in reliquo pro-
„ pensi manentes. Datum in Civitate nostra Vienna
„ die 15. mensis Februarii A. D. M. DCXXIX.

Anno 1634. generalia Comitia Posonium pro die 19. Februarii sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Exemplari Archivi Civitatis Sopronienfis desumtis indicta fuerunt.

„ Prudentibus, ac Circumspectis Magistro Civium
„ Judici, Juratis, & cæteris Civibus Liberæ Ci-
„ vitatis nostræ Sopronienfis &c. Fidelibus nobis
„ dilectis!

„ Ferdinandus Secundus Dei gratia Electus Romano-
„ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Scla-
„ voniæque &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti!
„ Posteaquam pro sincera, & paterni nostri affectus

„ pro-

„ propensione, qua erga hoc nostrum Hungariæ Re-
„ gnum inde ab initio felicis inaugurationis nostræ
„ nobis cum primis charum semper ducimur, vel inter
„ vigentes quoque in Imperio seditionum motus, qui-
„ bus non nihil hucusque distinebamur. Sed nec ob
„ suspicionem contagiosæ infectionis, quæ nonnullas
„ istius Regni nostri Hungariæ partes invaserat, jam
„ vero Dei beneficio etiam ex temporis constitutione
„ remissuram sperari posse: expeditis etiam, & con-
„ fectis diversis Tractatibus superioribus temporibus
„ habitis pro publico fidelium Regnicolarum nostro-
„ rum commodo promulgationem generalis Diætæ diu-
„ tius differri nolentes, universis Statibus, & Ordini-
„ bus ejusdem Regni Hungariæ, partiumque illi sub-
„ jectarum ad Dominicam Sexagesimæ, hoc est: diem
„ decimum nonum paulo post sequentis mensis Fe-
„ bruarii anni imminentis Millesimi Sexcentesimi
„ Trigesimi Quarti supra Millesimum, ad Civitatem no-
„ stram Posoniensem clementer indicendam, & pro-
„ mulgandam esse duxerimus, illique Deo propitio in
„ propria nostra persona præesse decrevimus. Quo-
„ circa Fidelitatem vestram benigne hortamur, vobis-
„ que harum serie clementer, ac firmiter committimus,
„ & mandamus, ut ad antefatum diem, & locum
„ peculiares, & sufficientes Nuncios vestros e medio
„ vestri expedire, & mittere debeatis, qui illic una
„ cum cæteris Statibus, & Ordinibus dicti Regni no-
„ stri Hungariæ, partiumque ei subjectarum de iis
„ omnibus, quæ ad reipublicæ tranquillitatem, com-
„ munemque salutem necessaria videbuntur, tractare,
„ & in medium consulere debeant. Curandum autem
„ vobis erit, ut pro maturandis, & confestim incho-
„ andis Tractatibus prædicti vestri Nuncii ad præfixum
„ terminum certo certius Posonii compareant. Secus
„ sub pœna in generali Decreto superinde expressa
„ non facturi. Datum in Civitate nostra Vienna Au-

„ striæ

„ ſtriæ die prima menſis Decembris A. D. Milleſimo
„ Sexcenteſimo Trigeſimo Tertio.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Stephanus Sennyei Epiſc. Jaurienſis m. p.
Laurentius Ferenczfy m. p.

Sed Comitia iſta in alium indeterminatum terminum dilata erant ſequenti Reſcripto ex Cod. MSS. Antonii Szirmay T. I. pag. 125. deſumto, in quo eidem præfigitur Rubrica: *ob deceſſum Wolſtein* (vel Wallenſtein) differuntur Comitia, Licet in Contextu nomen non exponatur.

„ Ferdinandus II. Dei gratia Electus Romanorum
„ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex.

„ Reverendiſſimis, Reverendis, Honorabilibus,
„ Spectabilibus, Magnificis, Egregiis, & Nobilibus,
„ Prudentibus item, & circumſpectis fidelibus nobis
„ dilectis. Singularis affectus, & paterna benevolentia
„ noſtra, qua Regnum Hungariæ complexi ſemper ſu-
„ mus, eo jam pridem voluntatem, ac intentionem
„ noſtram flexit, ut Cæſarea, Regiaque noſtra præſen-
„ tia, & Fideles noſtros Regnicolas ſublevaremus,
„ & difficultates (ſi quæ præter voluntatem noſtram
„ emerſerint) complanando contentos redderemus.
„ Verum quia Turcicorum motuum gliſcentia pericu-
„ la, & mutationum, ac tractationum Tranſylvanica-
„ rum incertitudo neceſſariam dilationem poſtulabant;
„ præter voluntatem noſtram factum eſt, ut Comitio-
„ rum tempus ultra metam a nobis præfixam extrahi
„ debuerit. Nunc vero cum & pace Tranſylvanica
„ per Dei benignitatem ſtabilita, & expedita legatione
„ Turcica, quies aliqua parte videbatur, nihil antiquius

„ ha-

„ habemus, quam ut Comitiorum tempus præfigeremus, „ nosque ipsi Deo propitio adessemus in persona, ac „ si quæ difficultatum gravamina medio tempore emersissent, Cæsarea, ac Regia nostra authoritate cum satisfactione fidelium nostrorum Regnicolarum complanaremus. Sed dum in procinctu sumus, ut ipsimet „ ad locum Comitiis destinatum proficisceremur, inopina omnino, & multis seculis inaudita pericula „ supervenere, & quidem ab eo, cui & exercitus nostros, & Regnorum defensionem commiseramus, „ cuique ob magnitudinem beneficiorum in illum collatorum fidere cumprimis debebamus. Detectis igitur „ Dei benignitate insidiis, ne ipso, quo Comitia celebrari debebunt tempore, ob gravissimas occupationes nostras, quibus mutato hoc rerum statu in „ ordinanda multarum magni momenti rerum dispositione, armorumque nostrorum directione distinemur, necessario in aliud tempus oportunum differre „ debuimus Regni nostri Hungariæ Comitia, prout ex „ fidelibus nostris Nobis sincere dilectis Illustri Leonhardo Helfrido Comite a Meggau, Libero Barone „ in Kreützen, Equite Aurei Velleris Camerario, & „ Aulæ nostræ supremo Præfecto, ac Spectabili, ac „ Magnifico Joanne Baptista Comite a Vierdenberg „ Libero Barone in Gravaneck, & Provinciæ Austriacæ „ Aulico nostro Cancellario, & Consiliariis, Commissariis nostris uberius intelligetis. Cæterum non solum „ gratia nostra Cæsarea, ac Regia benigne cognoscere „ parati sumus hanc fidelium Regnicolarum diligentiam, quod non parva frequentia ad diem destinatum convenerint, verum etiam facturi sumus, ut „ quamprimum, adeoque hoc ipso anno Comitia Regni in persona celebremus, atque in illis ita gravaminum, si quæ occurrerint complanationem faciemus, „ ut intelligant omnes quietem, & satisfactionem fidelium nostrorum maximopere nobis cordi esse. Hortamur vero omnes, & singulos, ut interim pacem,

„ &

„ & concordiam non inter se modo, sed & cum vi-
„ cinis, quibus cum pax intercessit, illibate custodiant.
„ Si quid autem pro Patriæ salute, & permansione
„ necessarium deinceps occurrerit, id paterno affectu
„ vobis significare non intermittemus. Quæ omnia,
„ ut principalibus suis Ablegati significent, eisque
„ gratiam nostram offerant, volumus. Gratia, & Be-
„ nevolentia nostra Cæsarea, ac Regia Vobis omnibus,
„ & singulis clementer propensi manemus. Datum
„ in Civitate nostra Viennensi Austriæ die 3. mensis
„ Martii Anno 1634.

Ferdinandus.

Stephanus Sennyei
Episc. Jaurinensis m. p.
Laurentius Ferenczfy.

Celebrata nihilominus hoc eodem anno Festo B. Andreæ Apostoli, & in sequentem annum protracta Comitia esse in Vestigiis p. 788. ostendi.

Anno 1635. mense Junio, & Anno 1636. mense Julio, Liberæ Regiæ Civitates Partium Regni superiorum Conventum Cassoviæ, & Eperiesini habebant, uti testantur quas in Archivis Civitatum Käsmarkiensis, & Bartphensis reperi:

„ Liberarum, ac Regiarum superioris Hun-
„ gariæ quinque Civitatum: Cassoviensis, Leutscho-
„ viensis, Bartphensis, Eperiessiensis, & Cibi-
„ niensis novellæ constitutiones Cassoviæ die 19.
„ Junii A. 1635. & Eperiessini die 6. Julii An-
„ no 1636. (Lingua Germanica) factæ, & in
„ Paribus sub Authentico extradatæ.

Hæc,

Hæc, & ſimilia, quæ extant Juris municipalis in Hungaria obtinentis monumenta in Hiſtoria Status noſtri peculiari attentione digna ſunt.

SUB FERDINANDO III.

Anno 1637. Comitia ad diem 21. Septembris indicta, uti in Veſtig. p. 791. productæ Regales docent, non eodem termino celebrata, ſed ad Feſtum B. Martini, ſive diem 11. Novembris ejusdem anni ſequentibus Regalibus Litteris ex MSS. Steph. Kaprinay Serie ſub L. B. Tomo XIX. N. 47. pag. 126. deſumtis prorogata, & tum re ipſa celebrata, atque ad diem fere 7. Aprilis Anni 1638. protracta ſunt.

„ Ferdinandus III. Dei gratia Electus Romanorum „ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c. Boni, Magnifici, Egregii, & Nobiles, Fideles nobis dilecti. Sublata e „ vivis Sua Cæſarea, & Regia Majeſtate Genitore „ noſtro deſideratiſſimo, paterno affectu, & ſollicitu- „ dine curavimus, ut primo quoque tempore pro con- „ ſolatione, & emolumento fidelium Regnicolarum „ noſtrorum Comitia indici, ac celebrari maturaremus: „ prout, & benignam hujusmodi voluntatem, ac diſ- „ poſitionem noſtram jam antea Fidelitatibus veſtris „ intimari, Statusque, & Ordines ad diem 21. ſequen- „ tis menſis ſeu Septembris ad generalem Regni Diæ- „ tam Poſonii celebrandam invitari, & convocari fe- „ cimus. Ad cujus quidem fructuoſam profectionem, „ cum neceſſaria diſponuntur, ac ordinantur, certio- „ ribus Nunciis, & conſtante relatione accepimus Tur- „ carum in Europa præparationes haberi, quorum in-

„ ten-

„ tentio ignota, vicinos Principes ad assecurandas Di-
„ tiones, ac fines proprios excitasset; foreque non
„ minus pro Regni istius nostri Hungariæ commodo,
„ tranquillitateque constituenda, si dilatis nonnihil
„ Comitiis in hoc quoque Regno nostro observandis
„ fraudulenti hostis conatibus vigili circumspectione
„ attenderetur. Cum vero potissimum in paterna cura,
„ & sollicitudine nostra, locus, quies, & tranquilla
„ permansio Patriæ obtineat, indici clementer judica-
„ vimus, ut Comitiorum quidem inchoatio ad Festum
„ S. Martini, diem videlicet undecimum proximum af-
„ futuri mensis Novembris prolongaretur, ac nihilo-
„ minus adveniente præfato termino, vigore ejusdem
„ intimatæ Vobis antea promulgationis Comitiorum ad
„ celebrandam Diætam Status, & Ordines convenirent.
„ Prout & Fidelitates vestras per præsentes benigne
„ requirendas, & monendas duximus, volentes, &
„ mandantes, ut quoad hæc omnia præfatæ clementi
„ dispositioni, ac voluntati nostræ vosmet accommo-
„ dare velitis, ac debeatis. Interim vero ita compa-
„ rati, ac dispositi eritis, ut forte conversis, & ap-
„ propinquantibus periculis ad benignissimam requisi-
„ tionem nostram ea, quæ publico bono, & præfa-
„ tæ defensioni expedientia videbuntur, facere, &
„ auxiliari possitis. Secus non facturi. Gratia, & be-
„ nignitate nostra vobis in reliquo propensi manentes.
„ Datum in Civitate nostra Vienna die ultima *mensis*
„ Augusti Anno Domini 1637.

Ferdinandus m.p. Laurentius Ferenczfy m.p.

Anno 1642. Comitia quidem ad Festum Ascensionis Domini, seu diem 29. Maii indicta fuisse in Vestigiis p. 793. docui; dilata illa quidem, & rursum ad diem 11. Novembris, seu Festum S. Martini indicta, & re ipsa celebrari cæpta,

sed

ſed non niſi uſque diem 3. Decembris continuata, & abrupta ſunt, prout l. c. innui, & ex actis, ac Diariis, quæ in mea collectione habeo, luculente patet.

Anno 1646. Comitia generalia Poſonium pro die 1. Maii ſequentibus Regalibus Litteris ex originali Archivi Civitatis Sopronienſis exemplari deſumtis indicta primum fuerunt.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Magiſtro Civium „ Judici, & cæteris Juratis Civibus Civitatis no„ ſtræ Sopronienſis, &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Ferdinandus Tertius Dei gratia Electus Romanorum „ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hun„ gariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti! „ Quam paterna cura, & ſollicitudine Inclyti Regni „ noſtri Hungariæ ſaluti, ac permanſioni inde ab initio „ felicis Inaugurationis noſtræ ſemper proſpicere, & „ conſulere intenderimus, non dubitamus fideles no„ ſtros Regnicolas æqua trutina apud ſeſe reputaturos, „ nos nihil eorum, quæ ad defenſionem, diligentem„ que conſervationem dicti Regni noſtri ſpectare vide„ bantur, in nobis deſiderari paſſos fuiſſe. Hinc eſt, „ quod optatam pacem, & publicam tranquillitatem „ rebus omnibus anteferentes, motus illos inteſtinos „ proximis temporibus in hoc Regno ſuſcitatos, qui„ bus Ditiones ejusdem perturbabantur, placidioribus „ potius Tranſactionis mediis ſopitos, & compoſitos „ eſſe voluerimus, pacemque, & communem quietem „ tandem ſtabilitam reddiderimus, nullis parcendo „ quavis tandem occaſione, quantumvis gravibus ſu„ ſceptis curis, & ſollicitudinibus. Illud poſt hæc „ omnia in bonum fidelium noſtrorum Regnicolarum

„ ſu-

„ supereſſe rati, ut pro confirmandis, & aſſecurandis
„ Rebus Regni in quietam conditionem Dei beneficio
„ revocatis, pertractandisque publicis, & communibus
„ negotiis, ut omnia eo commodius fiant, generalem
„ Regni Diætam indiceremus, quam quidem univerſis
„ Statibus, & Ordinibus ejusdem Regni noſtri Hungariæ, partiumque ei ſubjectarum, ad Feſtum Sanctorum Phillippi, & Jacobi Apoſtolorum, hoc eſt
„ primum diem menſis Maii anni præſentis ſexcenteſimi quadrageſimi ſexti ſupra Milleſimum in Civitatem noſtram Poſonienſem clementer indicendam, ac
„ promulgandam eſſe duximus, eique Deo propitio
„ in propria noſtra perſona præeſſe decrevimus. Quocirca Fidelitatem veſtram benigne hortamur, vobisque harum ſerie clementer, ac firmiter committimus, & mandamus, ut ad diem, & locum prædictum peculiares, & ſufficientes Nuncios veſtros e
„ medio veſtri expedire, & mittere debeatis, qui illic
„ una cum cæteris Statibus, & Ordinibus dicti Regni
„ noſtri Hungariæ, partiumque ei ſubjectarum de iis
„ omnibus, quæ ad publicam ejusdem Regni noſtri
„ pacem, quietem, & tranquillitatem, ejusdemque
„ defenſionem neceſſaria videbuntur, tractare, & in
„ medium conſulere debeant. Curandum autem vobis
„ erit, ut pro maturandis, & confeſtim inchoandis
„ Tractatibus prædicti veſtri Nuncii ad præfixum Terminum certo certius Poſonii compareant. *Secus*
„ itaque ſub pœna in generali Decreto expreſſa *non*
„ *facturi.* Gratia noſtra Cæſarea, & Regia vobis in
„ reliquo benigne propenſi manentes. Datum in Arce noſtra Lincenſi die ſexta menſis Martii Anno
„ Domini M. DCXXXXVI.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Georgius Szelepchény El. E. Weſprimien. m. p.
Georgius Oroſy m. p.

Sed

Sed deinde aliis Litteris, quas ex MSS. Steph. Kaprinay ſerie ſub Lit. A. Tom. XXVIII. pag. 251. deſumſi ad Feſtum S. Bartholomæi Apoſt. ſeu diem 24. Auguſti prorogata erant:

„ Ferdinandus Tertius, &c. Egregii, & Nobiles „ Fideles nobis dilecti.

„ Cum magno ſtudio, ſinceroque affectu deſide- „ raremus, fidelibus Statibus, & Ordinibus Regni „ hujus noſtri Hungariæ ad indicta Comitia generalia „ adeſſe, eaque celebrare, & quæ ex neceſſitate, ac „ commodis ejusdem Regni noſtri forent, coram de- „ liberare, ſtatuere, reque ipſa perficere, moleſtiſſi- „ mum ſane nobis accidit, quod cum jam in procin- „ ctu, ac tantum non ipſo ingrediendi itineris limine „ ſtaremus, ordinatione divina, Imperatricem Augu- „ ſtam Conſortem noſtram dilectiſſimam, funeſto, & „ inſperato caſu humanis excedere contigerit. Cujus „ luctuoſus obitus licet non omnino quidem ab ejus- „ modi propoſito curas noſtras averteret, ab ipſa tamen „ celebratione Comitiorum ad præſens impediret. „ Quando igitur ex hac tam gravi cauſa neceſſario „ nobis hoc conſilii capiendum, tempusque Comitio- „ rum ipſorum aliquantum, ad Feſtum videlicet usque „ S. Bartholomæi Apoſtoli, hoc eſt: diem vigeſimum „ quartum primitus affuturi menſis Auguſti, ſic tamen, „ ut ad eum terminum certo illa celebrentur, diffe- „ rendum fuit, intermittere noluimus, quin hac ipſa „ de re, atque hujus conſilii noſtri Decreto vobis ſi- „ gnificaremus. Quocirca Fidelitates veſtras benigne, „ ac paterne requirimus, quatenus pro ea, quam in „ conſtanti fide, & devotione erga nos, tum in pru- „ dentia quoque, & æquanimitate veſtra repoſitam „ habemus fiduciam, ad rationes hujus tam neceſſarii „ conſilii haud difficulter acquieſcere, hancque exi- „ gui temporis dilationem æquo animo ſuſcipere, &

„ tolerare velitis, securi interea nos nil eorum, quæ „ ad publicam quietem, & tranquillitatem dicti Regni „ nostri, ac omnium vestrum facere videbuntur, in„ termissuros, ac inprimis cogitationes, & curas no„ stras eo intenturos, ne qua nos (volente Deo) ulte„ rior mora teneat, quin ad prædictum terminum tam„ diu expectata Comitia, certum, & optatum suum „ successum habere possint, ac valeant. Gratia nostra „ Cæsarea, & Regia vobis in reliquo benigne propensi „ manentes. Datum in Arce nostra Lincensi die de„ cima nona mensis Maii Anno Domini M. DCXLVI.

Ferdinandus m. p. Georgius Orosy m. p.

In his Comitiis in Annum 1647. diu protractis tandem die 14. Junii Ferdinandus IV. in Regem Hungariæ coronatus est, edito prius eodem die sequenti Diplomate Inaugurali Assecuratorio.

„ Nos Ferdinandus IV. Dei gratia Rex Bo„ hemiæ, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, „ Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Comes Tyrolis, „ & Goritiæ, &c. agnoscimus, & memoriæ com„ mendamus tenore præsentium significantes, qui„ bus expedit universis; quod posteaquam *uni*„ versi Domini Prælati, Barones, Magnates, & „ Nobiles, cæterique Status, & Ordines Inclyti „ Regni Hungariæ, Partiumque eidem adnexarum „ pium, & plane paternum Sacratissimi Principis, „ ac Domini Domini Ferdinandi III. divina faven„ te Clementia Electi Romanorum Imperatoris „ semper Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, „ Bohemiæ, &c. Regis, Domini ipsorum clemen-

„ tissimi, Genitoris autem nostri indulgentissimi er-
„ ga ipsos affectum, ac propensionem ponderantes,
„ ac de nostra quoque Majestate haud absimilem
„ in expectationem assurgentes ex proprio sponta-
„ neoque ipsorum motu ardentius profecta sup-
„ plicatione a Sua Sacratissima Majestate obtinuis-
„ sent, ut nos in Regem, atque Dominum ipso-
„ rum juxta antiquam consuetudinem, & Liber-
„ tatem eorumdem semper observatam, paribus
„ votis, & unanimi consensu rite, & libere eli-
„ gerent, proclamarent, invocatoque demum
„ Numinis Divini auxilio, feliciter coronarent,
„ demisse rogaverunt, uti Nos Infrascriptos Arti-
„ culos, omniaque, & singula in eis contenta rata,
„ grata, & accepta habentes, nostrumque consen-
„ sum illis præbentes benigne acceptare, authorita-
„ te nostra approbare, & confirmare, atque tam
„ nos ipsi suo tempore benigne observare, quam
„ per alios, quorum interest, firmiter observari
„ facere dignaremur, quorum quidem Articulo-
„ rum tenor sequitur, & est talis:

„ *Prima Conditio.* Quod universas, & sin-
„ gulas Regni Libertates, Immunitates, Privilegia,
„ Statuta, Jura, & Consuetudines simul, & Con-
„ clusionem Tractatus Viennensis, omnesque Ar-
„ ticulos in eodem compræhensos, ita & reli-
„ quos ante, & post coronationem Mathiæ II.
„ felicis reminiscentiæ in Annis 1608. 1609.
„ Item prædefuncti beatissimæ recordationis Do-
„ mini Ferdinandi II. 1622. 1625. & aliis etiam

„ annis editos, nec non modernæ etiam Impera-
„ toriæ, Regiæque Majestatis conclusionem novis-
„ simi Tractatus, & Pacificationis Lincensis, omnes-
„ que Articulos ibidem specificatos simul, & Con-
„ stitutiones Regni Anni præsentis 1647. in omni-
„ bus suis Punctis, Clausulis, & Articulis Sua
„ Majestas firmiter, & sancte observabit, per
„ aliosque omnes inviolabiliter observari faciet.

„ *Secunda Conditio.* Quod gravamina, si-
„ quæ ad tempus suscipiendi Regiminis Majestatis
„ Suæ qualitercunque evenerint, ea statim in ini-
„ tio Regiminis Suæ Majestatis in Diæta primitus
„ intra spatium sex mensium publicanda penitus
„ tollet, gravamina autem universorum Statuum,
„ & Ordinum Regni, quæcunque successu tem-
„ poris sub Regimine Suæ Majestatis emerserint,
„ ea in singulis Diætis, quas Sua Majestas succes-
„ sivis temporibus pro commodo, & necessitate
„ Regni, quo sæpius fieri poterit, ita ut termi-
„ num Triennii non excedat, publicare, & cele-
„ brare dignabitur, sub eadem Diæta tollet, &
„ effectuabit.

„ *Tertia Conditio.* Quod, quando de rebus,
„ & negotiis Regni Hungariæ, aut partium ei
„ subjectarum agetur, ea per Hungaros tractare,
„ & consultare dignabitur juxta Articulos Anni
„ 1608. & 10. ante coronationem editos. Item
„ Anni 1559. Art. 8. neque etiam supplicantes
„ aut causantes Indigenas Regni intra ambitum
„ ejusdem occurrentes ad Regimen, & Jura ex-

„ ter-

„ terna rejicere, pertrahere, & ablegare patietur,
„ juxta extrema verba Articulorum 10. & 16.
„ ante coronationem, & Decreti Ferdinandi 1536.
„ Art. 44. editi.

„ *Quarta Conditio.* Confiniorum vero Præfecturas, Capitaneatus, & alia officia tam in hoc, quam aliis Regnis annexis Majestas Sua juxta Art. 11. ante coronationem Anno 1608. editum conferet.

„ *Quinta Conditio.* Quod pro Justitiæ administratione, sine qua Regna consistere non possunt, secundum laudabilem, & Deo gratam in celebrandis Judiciis antiquam Regni consuetudinem Judicia Octavalia pacis tempore tam in Superioribus, quam in Inferioribus Regni partibus juxta constitutionem Anni 1609. Art. 70. continuo celebrari faciet, & juxta eundem Articulum tam in Tabula Regia, quam Appellationibus sine discretione Religionis Judices fiant, neque Status, & Ordines Regni mandatis extra Terminos Judiciorum coram Judicibus Regni ordinariis vel deputatis Juri stare, & ad productionem Privilegiorum cogere, Executionesque legitimas neque per se impediet, nec per suos officiales impediri patietur, similiter etiam illegitima Judicia, & illegitimas Executiones fieri non admittet. *Allegantur. Primo.* Pro Judiciorum Octavalium celebratione Art. 70. Anni 1609. *Secundo.* Pro Juribus nobilitaris prærogativæ Tripar. part. I. Tit. 9. Item Art.

„ 11. Pacificationis Viennensis, *Tertio.* Ne man-
„ datis Regiis Juris processus turbetur Mathiæ I.
„ 1471. anni Art. 12. Maximiliani 1566. Art. 25.
„ Mathiæ II. 1613. Art. 34. *Quarto.* Ne expe-
„ diantur mandata illegitima, Ferdinandi Anni
„ 1563. Art. 80. Mathiæ II. 1608. Art. 6.

„ *Sexta Conditio.* Quod Religionis nego-
„ tium inter universos Status, & Ordines Regni
„ in suis, ac Fisci Bonis, item in confiniis quoque
„ Regni Hungariæ militibus Hungaris propter
„ Regni tranquilliorem permansionem juxta con-
„ stitutiones Viennenses, & Articulos ante coro-
„ nationem editos, maneat liberum, illæsum, &
„ illibatum ita videlicet, ut Religionis exercitium
„ tam Baronibus, Magnatibus, & Nobilibus, quam
„ Liberis etiam Civitatibus, universisque Statibus,
„ & Ordinibus Regni in suis, ac Fisci Bonis, item
„ in confiniis Regni Hungariæ, nec non Oppidis,
„ & Villis illud sponte, & libere acceptare vo-
„ lentibus, ubique liberum relinquatur, ne quis-
„ quam cujuscunque status, & conditionis exi-
„ stens in libero ejusdem usu, ac exercitio Re-
„ ligionis a Majestate Sua, & aliis quibusvis
„ Dominis Terrestribus quovis modo, aut quovis
„ sub prætextu turbetur, aut impediatur.

„ *Septima Conditio.* Quod in Palatini Ele-
„ ctione, ejusdemque authoritate, jurisdictione,
„ & officio juxta Articulum Viennensis pacifica-
„ tionis ad tertium, item ante coronationem edi-
„ to Anni 1608. Art. 11. & Anni 1613. Art.

„ 7.

„ 7. Ferdinandi Regis Anni 1555. Art. 1. circa „ finem, ac secundum formam Juramenti ejusdem „ Palatini præscriptum modum Majestas Sua ob- „ servatura est. De Banatu etiam, quæ in eodem „ Articulo 11. Anni 1608. continentur, similiter „ & de Valachis Annorum 1604. 14. Anni 1608. „ Art. 9. & Anni 1613. Art. 39. effectuabit.

„ *Octava Conditio.* Quando quidem salus, „ & permansio non modo afflictæ hujus Patriæ „ tanquam clypei, & antemuralis, sed aliorum „ quoque vicinorum Regnorum, & Provinciarum „ ex bona, & secura confiniorum provisione de- „ pendeat, Majestas Sua juxta Art. 21. Anni „ 1608. ante coronationem, & Art. 32. 1609. „ paterne confiniis providere dignabitur.

„ *Nona Conditio.* Quod Civitates Liberas, „ & Montanas in suis Juribus, Libertatibus, Pri- „ vilegiis, & Immunitatibus conservabit.

„ *Decima Conditio.* Quod Coronam Regni „ ex Regno Hungariæ nulla ex causa, vel quæsito „ colore nulla etiam industria, vel arte Majestas „ Sua aufferet, aut aufferri curabit, sed quod „ juxta veterem consuetudinem, ac libertatem „ ipsorum Regnicolarum per certas de eorum „ medio unanimiter ad hoc delectas, & deputatas „ Personas utriusque Religionis sæculares in Re- „ gno conservabit, juxta Articulum 4. ante coro- „ nationem, & 16. post coronationem Anni 1608. „ & Wladislai Regis Decreto, in conditionibus,

„ item ejusdem Wladislai Decretorum Anni 1492.
„ Art. 3.

„ *Undecima Conditio.* Quod metas Regni
„ Hungariæ, & partium ei subjectarum non aba-
„ lienabit, imo differentias ratione metarum cum
„ Polonis, Silesitis, Moravis, & Austriacis, nec
„ non Styriis, Carinthiis, Carniolis exortas, &
„ vigentes omni studio, ac ope Majestas Sua
„ componet, determinabit, ac recuperabit.

„ *Duodecima Conditio.* Quod confœdera-
„ tiones cum Regno Bohemiæ, & aliis vicinis
„ Provinciis, ac Transylvania juxta Art. pacifi-
„ cationis Viennensis, & constitutionum Anni
„ 1609. Art. 42. in suo vigore permaneant, Sua-
„ que Majestas eos observabit, & per suos ob-
„ servari faciet.

„ *Decima tertia Conditio.* Quæ de pace
„ Regni publica conservanda, & bello non mo-
„ vendo, extraneoque milite non inducendo Art.
„ 2. ante coronationem in Anno 1608. sancita
„ fuerunt, ea Sua Majestas inviolabiter observabit,
„ & per alios observari faciet.

„ *Decima quarta Conditio.* Ut intuitu sin-
„ ceri erga Domum Austriacam, Suamque Majesta-
„ tem amoris, & benevolentiæ Gentis Hungaricæ
„ hactenus luculenter satis declaratæ, ac in futu-
„ rum quoque declarandæ Arces Pernstein, Ko-
„ belsdorf, Ginsz, Forchtenstein, Aisenstadt, &
„ Hornstein cum suis pertinentiis jam tandem in-

„ ter-

„ terpositione, auxilio, & munificentia Suæ Majestatis ab Austriacis gratis eliberentur, & Regnicolis pro animi ipsorum gratitudine, qua Domum Austriacam, atque Majestatem quoque Suam prosequuntur, remittantur. Siquidem a tot retroactis temporibus amplas satis utilitates, & emolumenta exinde perceperint. Si autem dictæ Arces ab Austriacis gratis non remitterentur, extunc deposita Inscriptionis summa ab iisdem redimantur, & juxta Art. 7. Anni 1608. item Anni 1609. Art. 62. Jurisdictioni, Legibus, & oneribus Regni Hungariæ prædictarum Arcium pertinentiæ subjaceant.

„ *Decima quinta Conditio.* Quod Castrum Lublyo cum suis pertinentiis, & 13. Oppida Scepusiensia; siquidem magno cum damno, & incommodo Regni, & Regnicolarum a Polonis possidentur (Nam non solum aliquid in medium Regnicolarum contribuere nolunt, verum illatis Regnicolis diversis injuriis, ac violentiis in Regno Hungariæ juristare, & in Comitatibus comparere recusant, omnes suos conatus manu violenta impune exercendo, unde & authoritati Suæ Majestatis plurimum derogare videtur) Majestas Sua facta interpositione apud Sacratissimam Cæsaream Regiamque Majestatem Castrum illud cum pertinentiis, & prædictis oppidis eliberare, Regnoque applicare dignetur, cum non desint modi summam illam Inscriptionis per Regnicolas deponendi.

„ De-

„ *Decima sexta Conditio.* Quod milites „ Hajdones Privilegia a Sua Majestate Cæsarea, „ & Regia habentes, fruantur illis, & tempore „ Regiminis sui Majestas Sua confirmare digna- „ bitur.

„ *Decima septima Conditio.* Assecurabit „ quoque Majestas Sua, quod vivente Sacra Sua „ Cæsarea Regiaque Majestate Domino nostro cle- „ mentissimo in nullam administrationem Regni „ sese intromittet absque Suæ Cæsareæ Regiæ- „ que Majestatis expressa, & specifica benigna „ voluntate, Regnicolarumque assensu. Atque „ hæc sunt conditiones, quas Majestas Sua ante „ Electionem suam acceptare, sufficientibusque „ Litteris suis Assecuratoriis sub verbo suo confir- „ mare, post coronationem vero suam tempore „ suscipiendi Regiminis generalibus Articulis in- „ seri, & publicari facere dignabitur.

„ Nos itaque prædicta universorum Statuum, „ & Ordinum Inclyti Regni Hungariæ, & partium „ ei subjectarum instantia benigne admissa, pro „ benigna animi nostri propensione, ipsisque be- „ nigne gratificandi voluntate præinsertos Articu- „ los universos, ac omnia, & singula in eis con- „ tenta, rata, grata, & accepta habentes, eisdem „ nostrum consensum benevolum pariter, & „ assensum præbuimus, & illos, ac quævis in eis „ contenta acceptavimus, approbavimus, ratifica- „ vimus, & confirmavimus. Promittentes, & „ assecurantes Status, & Ordines in verbo nostro,

„ quod

„ quod præmiſſa omnia tam Nos ipſi Regiminis
„ noſtri tempore obſervabimus, quam per alios
„ Fideles ſubditos noſtros cujuscunque ſtatus, &
„ conditionis exiſtant, obſervari faciemus, uti
„ vigore hujus noſtri Diplomatis acceptamus,
„ approbamus, ratificamus, confirmamus, atque
„ promittimus. In cujus fidem, & teſtimonium
„ Litteras has manu propria ſubſcripſimus, &
„ Sigilli noſtri impreſſione muniri juſſimus. Da-
„ tum in Arce Regia Poſonienſi Die decima quar-
„ ta menſis Junii Anno Domini Milleſimo, Sex-
„ centeſimo, Quadrageſimo Septimo.

Ferdinandus mpp. (L.S.P.)

Hoc Diploma, cujus originale, ex quo ego illud deſumſi, in Archivo Regni aſſervatur, nec Articulis Diætalibus inſertum, neque hactenus, quod ſciam, editum eſt. Cauſam cur Articulis inſertum non fuerit, aliam non invenio, quam quod Patri præmortuus ad Regimen non pertigerit, adeoque eo regnante nulla Diæta celebrata ſit; obſervo autem a temporibus Mathiæ II. nullius Regis regnante Prædeceſſore coronati Diploma inaugurale Articulis inſertum eſſe, ſed poſt obitum ejus Decreto I. Comitiorum ſub propriis auſpiciis celebratorum, & ideo evenit, quod nec Ferdinandi IV. qui nec quidem ad actuale Regimen pertigit, iſtud, nec Joſephi I. qui quidem pluribus annis regnavit, ſed nullam Diætam termina-

minavit, adeoque nec Decretum edidit, inaugurale Diploma, quod itidem ad Annum 1687. primum producturus sum, uſpiam Articulis Diætalibus inſertum habetur, quod tamen minime obſtat, quo minus ea inter legitima reputentur.

Anno 1649. Comitia Poſonium pro Feſto Converſionis B. Pauli Apoſtoli ſequentibus Litteris Regalibus ex authentico exemplari Archivi Civitatis Sopronienſis deſumtis indicta fuerunt.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Magiſtro Civium Ju-
„ dici, & cæteris Juratis Civibus Civitatis noſtræ
„ Sopronienſis, & Fidelibus nobis dilectis.

„ Ferdinandus Tertius Dei gratia Electus Romano-
„ rum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti Fideles nobis dilecti!
„ Decedente ex hac vita Spectabili, & Magnifico
„ Comite Joanne Draskovith de Trakoſtyan alias Re-
„ gni iſtius noſtri Hungariæ Palatino, & ſecuta inter-
„ ea Dei Beneficio in Sacro Romano Imperio pace
„ pro paterni, & perpetui affectus noſtri propenſione,
„ qua erga dictum Regnum noſtrum Hungariæ nobis
„ cumprimis charum ducimur, præcipua cura nobis
„ fuit, ut tam de electione novi Palatini tempeſtive
„ cogitaremus, quam etiam ea, quæ peramplius ad
„ bonum, & ſalutarem ejusdem Regni noſtri ſtatum,
„ ac permanſionem ſpectant, publicaque, & commu-
„ nia negotia concernunt, cum fidelibus noſtris Re-
„ gnicolis coram tractanda, & curanda ſuſciperemus.
„ Hac itaque de cauſa univerſis Statibus, & Ordini-
„ bus ejusdem Regni noſtri Hungariæ, partiumque ei
„ ſubjectarum Conventum ſive Diætam ad Feſtum
„ Converſionis Sancti Pauli Apoſtoli, hoc eſt: diem vi-

„ geſi-

„ gesimum quintum paulo post sequentis mensis Januarii anni imminentis Sexcentesimi, Quadragesimi Noni supra Millesimum in Civitatem nostram Posoniensem indicendum, & promulgandum duximus, eidemque Deo dante in propria persona nostra præesse decrevimus. Quocirca Fidelitatem vestram benigne hortamur, vobisque harum serie firmiter committimus, & mandamus, ut ad præfatum diem, & locum peculiares, & sufficientes Nuncios vestros e medio vestri expedire, & mittere debeatis, qui illic una cum cæteris Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri Hungariæ, partiumque ei subjectarum de iis omnibus, quæ ad publicam tranquillitatem, communemque quietem necessaria videbuntur, tractare, & in medium consulere possint. Curandum autem vobis diligenter erit, ut pro maturandis, & confestim inchoandis Tractatibus prædicti Nuncii vestri quibusvis postpositis dilationibus ad præfixum terminum certo, & infallibiliter Posonii compareant. Secus sub pœna in generali Decreto expressa non facturi. Gratia nostra Cæsarea, & Regia vobis in reliquo clementer propensi manentes. Datum in Civitate nostra Vienna die vigesima septima mensis Novembris Anno Domini M. DCXXXXVIII.

Ferdinandus m.p. (L.S.) Georgius Szelepsény E. Episc. Nitriensis m. p.
Georgius Orosy m. p.

Hunc tamen terminum protractum fuisse, patet ex pluribus actis, & Diariis, Propositiones Regias nonnisi die 13. Martii Statibus, & OO. exhibitas fuisse, patet ex earumdem dato.

Anno 1655. post generalia Comitia Congregationem generalem Comitatuum Cis-Danubiano-

rum

rum celebrandam Ferdinandus Rex sequentibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Soproniensis exemplari desumtis demandaverat.

„ Prudentibus, ac Circumspectis N. N. Magistro „ Civium Judici, & cæteris Juratis Civibus Civi- „ tatis nostræ Sopronienſis, &c. Fidelibus nobis „ dilectis.

„ Ferdinandus Tertius Dei gratia Electus Romano- „ rum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Non ambigimus Fidelitates vestras probe meminisse, „ qualiter sub proxime præterita generali Regni nostri „ Diæta, fideles nostri Status, & Ordines propriæ sa- „ lutis, & defensionis ergo, loco & vice Contribu- „ tionum dicalium, particulariumque Expeditionum „ ad tempus biennii certum numerum militum Eque- „ stris, & Pedestris Ordinis intertenendum, & exol- „ vendum communibus decreverint suffragiis. Quæ „ quidem militia, cum in publica Comitatuum Con- „ gregatione, ac præsentia eorundem incolis imponi, „ & limitari, atque juxta præscriptum Articuli, dispo- „ sitionesque in eo factas, pro locorum necessitate „ distribui, & collocari debeat, & soleat termino „ etiam ad id peragendum præ foribus existente be- „ nigne nobis visum est, ut cum pleraque hinc inde „ loca contagiosa lue infecta reddita sint, pro effe- „ ctuatione contentorum annotati Articuli diætalis fide- „ lis noster nobis dilectus Spectabilis, ac Magnificus „ Comes Franciscus Nádasdy perpetuus Terræ Fo- „ garas, Sacri Romani Imperii Eques, Comitatus „ Castriferrei Supremus Comes, Judex Curiæ nostræ „ Regiæ, Camerarius, & Consiliarius noster de loco, „ & termino generalis Comitatuum Cis-Danubianorum

„ Con-

„ Congregationis diſponat, & ordinet. Quapropter „ Fidelitates veſtras benigne, & paterne commonendas eſſe duximus, quatenus dum, & quando præfatus Comes Judex Curiæ noſtræ Regiæ de celebranda „ hujusmodi Comitatuum Cis-Danubianorum Congregatione, ſeu Conventu debitas fecerit intimationes, „ in præfixo, & denominato per eum ad id loco, & „ termino citra ullam difficultatem, & renitentiam „ comparere, benigneque huic ordinationi noſtræ vosmet præmiſſos ob reſpectus obſequenter accommodare „ velitis, ac debeatis, clementem, & benegratam „ executuri voluntatem noſtram. Quibus in reliquo „ Gratia, & Clementia noſtra benigne propenſi manemus. Datum in caſtro noſtro Ebersdorf die decima „ ſexta menſis Septembris, Anno Domini Milleſimo „ Sexcenteſimo Quinquageſimo Quinto.

Ferdinandus m. p. (L. S.) Georgius Szelepcsény Epiſc. Nitrienſis m. p.
Andreas Ruthkay m. p.

SUB LEOPOLDO I.

Anno 1659. Leopoldus I. Imperator, & Rex Comitia generalia Poſonium ad diem 21. Julii ſequentibus Litteris Regalibus ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis exemplari deſumtis indixit.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis Magiſtro Civium „ Judici, ac cæteris Juratis Civibus Civitatis noſtræ Sopronienſis, &c. Fidelibus nobis dilectis.

„ Leopoldus Dei gratia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex &c.

„ Pru-

„ Prudentes, ac Circumſpecti Fideles nobis dilecti! „ Poſteaquam Deo Optimo Maximo ſic diſponente „ Suam Cæſaream, & Regiam Majeſtatem, glorioſæ „ reminiſcentiæ Dominum Genitorem noſtrum deſide- „ ratiſſimum ex hac vita decedere contigiſſet, id vel „ inprimis nobis Regni iſtius noſtri Hungariæ guber- „ nacula adeuntibus cordi fuit, ut peractis feliciter in „ Regno noſtro Bohemiæ, ac poſtea in partibus Sacri „ Romani Imperii, aliisque Provinciis, & Ditionibus „ noſtris arduis, & publicis commune Chriſtianitatis „ bonum concernentibus negotiis, quam primum ea, „ quæ ad conſervationem, & ſalutarem Regni hujus „ noſtri Hungariæ ſtatum pertinent, publicaque fide- „ lium Regnicolarum noſtrorum negotia concernunt, „ curanda, & tractanda aggrederemur. Cum itaque „ jam Deo auxiliante reduces, voti compotes facti „ ſimus, intentum noſtrum ulterius differre nequaquam „ volentes, generalem univerſis Statibus, & Ordinibus „ dicti Regni noſtri Hungariæ Conventum ad diem vi- „ geſimum primum proxime affuturi menſis Julii anni „ labentis Sexcenteſimi Quinquageſimi Noni ſupra Mil- „ leſimum in Civitatem noſtram Poſonienſem clemen- „ ter indicendum, & promulgandum decrevimus, cui „ Nos ipſi, nequid ea quoque in parte deſit, perſo- „ naliter Deo dante intereſſe ſtatuimus. Quapropter „ Fidelitatibus veſtris harum ſerie clementer, & fir- „ miter committimus, & mandamus, ut ad præfatum „ diem, & locum peculiares, & ſufficientes Nuncios „ e medio veſtri mittere, & expedire debeatis, qui „ ſint viri prudentes, tranquillitatisque, & publici „ boni ſtudioſi, quive illic cum reliquis Dominis „ Prælatis, Baronibus, & Nobilibus, cæterisque Stati- „ bus, & Ordinibus dicti Regni noſtri Hungariæ de „ iis, quæ ad publicam attacti Regni noſtri utilitatem, „ tranquillitatem, florentemque ejusdem conſtitutionem „ accommodatiſſima videbuntur, tractare, & in me- „ dium conſulere debeant. Curandum autem vobis

„ erit,

„ erit, ut prædicti Nuncii vestri ad præfinitum ter„ minum ibidem omnino compareant. Secus sub pœ„ na in generali Decreto expressa non facturi. Datum „ in Castro nostro Laxemburgh die septima Mensis „ Junii, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quin„ quagesimo Nono.

Leopoldus m.p. (L. S.) Georgius Szelepcsény A.Ep. Colocensis m.p. Andreas Rutkay m.p.

Anno 1662. Comitia generalia Posonium ad diem 1. Maii sequentibus Regalibus Litteris indicta fuerunt.

„ Spectabili, ac Magnifico Comiti Francisco Vesse„ lèny de Hadad, Perpetuo in Murány, Regni „ nostri Hungariæ Palatino, Judici Cumanorum, „ Aurei Velleris Equiti, Comitatuum Gömöriensis, „ ac Pest, Pilis, & Solt Supremo Comiti, Locum„ tenenti Camerario, & Consiliario nostro intimo, „ & Fideli nobis sincere dilecto.

„ Leopoldus Dei gratia Romanorum Imperator sem„ per Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohe„ miæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque, &c. „ Rex &c.

„ Spectabilis, & Magnifice, Fidelis nobis sincere „ dilecte! Quantum intersit universæ Reipublicæ „ Christianæ Diætam S. R. Imperio ad diem octavum „ affuturi mensis Junii anni modo currentis Ratisbo„ nam indictam, & promulgatam præsentia nostra pro„ moveri, & gravissimam, si unquam obversantium „ difficultatum molem sublevari, & superari satis com„ pertum esse fidelibus nostris Regnicolis minime du„ bitamus. Priusquam tamen propositum iter hoc „ Deo dante suscipiamus, visum est Nobis generalem

„ fidelibus nostris universis Statibus, & Ordinibus „ Regni nostri Hungariæ Conventum ad diem primum „ venturi mensis Maii in Civitatem nostram Liberam, „ ac Regiam Posoniensem clementer indicere, & publi- „ care, eidemque personaliter interesse, quatenus con- „ servationi, & securitati prædicti Regni hujus nostri „ Hungariæ nobis cumprimis chari, veluti propugna- „ culi totius Christianitatis sufficienter prospectum esse „ queat, ac Regnicolæ ipsi præsertim in hujusmodi „ absentia nostra secure degere, optataque tranquillita- „ te perfrui possint. Cum vero præspecificatus termi- „ nus præfatæ Imperiali Diætæ ex unanimi Serenissimo- „ rum quoque dicti S. R. I. Principum, ac Electorum „ consensu indictus, brevis sit, nec moram longiorem „ patiatur, præmemoratos universos Status, & Ordi- „ nes benigne requirendos existimavimus, ac omnino „ decrevimus, ut sepositis, & in aliud oportunius tem- „ pus dilatis quibusvis odiosis, & privatis quæstioni- „ bus non nisi ea, quæ bonum publicum concernunt, „ atque adeo pro salute, & conservatione præfati Re- „ gni nostri necessaria sunt, agitentur. Quapropter „ Fidelitatem vestram harum serie clementer hortamur, „ quatenus ad præfatum diem, & locum sine ulla „ excusatione, & mora venire, atque isthic una cum „ reliquis Dominis Prælatis, Baronibus, Nobilibus, „ cæterisque Statibus, & Ordinibus dicti Regni nostri „ Hungariæ de iis, quæ ad publicam ejusdem Regni „ nostri utilitatem, tranquillitatem, florentemque con- „ stitutionem accommodatissima videbuntur, tractare, „ & in medium consulere, ac quantum vobis Patriæ „ vestræ amor cordi est, postpositis quibusvis privatis „ negotiis omnino hisce Comitiis interesse velitis. Gra- „ tia, & Clementia nostra Cæsarea, & Regia Fidelitati „ vestræ de reliquo benigne propensi manentes. Da- „ tum in Civitate nostra Vienna ipsa die Dominica „ Reminiscere. Anno Domini M. DCLXII.

Leopoldus m. p. Georgius Szelepcsény
Archi-Episc. Colocensis m.p.

Anno 1687. Josephus I. ante sui in Regem Hungariæ coronationem Posonii die 8. Decembris sequens edidit Diploma Inaugurale Assecuratorium, Articulis Diætalibus non insertum, neque hactenus, quod sciam, productum, quod ex MSS. Bibliothecæ Eminent. Card. Principis Josephi a Bathyán Mæcenatis mei, ex ipso Transumto, quod ibi habetur, authentico desumsi.

„ Nos Paulus Dei gratia Sacri Romani Imperii Princeps Estoras de Galantha, Perpetuus
„ Comes in Frakno, Regni Hungariæ Palatinus,
„ Judex Cumanorum, Aurei Velleris Eques, Co-
„ mitatuum Sopronienfis, Mosonienfis, Pest, Pi-
„ lis, & Sold Supremus Comes, nec non Sacra-
„ tissimi Principis, ac Domini Domini Josephi
„ Dei gratia Electi Romanorum Imperatoris sem-
„ per Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohe-
„ miæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque, &c.
„ Regis, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ,
„ &c. Intimus Consiliarius, Camerarius, Partium
„ Regni Hungariæ Trans-Danubianarum, Confi-
„ niorumque Antemontanorum supremus Gene-
„ ralis, & per dictum Regnum Hungariæ Locum-
„ tenens. Notum facimus, quibus expedit uni-
„ versis. Posteaquam Eminentissimus, ac Sere-
„ nissimus Princeps Dominus Christianus Augu-
„ stus Sacræ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardi-
„ nalis, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, & Montium etiam
„ Angariæ, ac Vestpaliæ Dux, Ecclesiæ Metropo-
„ litanæ Strigoniensis Archiepiscopus, Primas

„ Hungariæ Legatus natus fummus, & Secreta-
„ rius Cancellarius, Epifcopatus Jaurienfis Admi-
„ niftrator, nec non Metropolitanæ, & Electoralis
„ Ecclefiæ Colocenfis Præpofitus, & Thefaurarius,
„ prælibatæ Sacræ Cæfareæ Regiæque Majeftatis
„ Actualis Intimus Confiliarius requifiviffet Nos,
„ quatenus Diploma modernæ regnantis Auguftiffi-
„ mæ Cæfareæ Regiæque Majeftatis Jofephi Primi
„ Domini Domini Clementiffimi præterita in Re-
„ gni Diæta Anno Millefimo Sexcentefimo Octua-
„ gefimo Septimo Pofonii celebrata, tempore vi-
„ delicet felicis fuæ coronationis univerfis Stati-
„ bus, & Ordinibus Hungariæ datum, Nobisque
„ velut Regni Palatini manibus affignatum præ-
„ titulato Domino Principi Cardinali, & Archi-
„ Epifcopo Strigonienfi in vero Tranfumto authen-
„ tico extradari faceremus. Cum itaque jufta
„ petenti non fit denegandus affenfus, & alias
„ etiam Acta publica, Bullæ, Regumque Diploma-
„ ta ea de caufa emanari confueverint, ut illa
„ in publicum, ac omnium notitiam perveniant.
„ Unde Regna, & Provinciæ talibus fulta Privi-
„ legiis fefe quoque dirigere valeant. Ideoque
„ utile, ac omnino neceffarium effe judicavimus,
„ ut idem Diploma Regium in authentico Tran-
„ fumto extradetur, cujus quidem tenor talis eft.

„ Nos Jofephus Dei gratia Archidux Auftriæ,
„ Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ,
„ Comes Tyrolis, & Goritiæ, &c. Agnofcimus,
„ & memoriæ commendamus tenore præfentium,

„ qui-

„ quibus expedit universis. Quod posteaquam
„ universi Domini Prælati, Barones, Magnates,
„ & Nobiles, cæterique Status, & Ordines In-
„ clyti Regni Hungariæ, Partiumque eidem an-
„ nexarum immensa illa, tantaque, & plusquam
„ paterna pietatis, & propensionis, benignarum-
„ que curarum, & protectionis benemerita Sa-
„ cratissimi Principis, ac Domini Domini Leo-
„ poldi divina favente clementia Electi Romano-
„ rum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ Regis Domini ipsorum
„ Clementissimi, Genitoris autem nostri colen-
„ dissimi, inde ab initio feliciter suscepti Regimi-
„ nis sui in eosdem clementer contestata, quæ
„ nimirum inter cætera novissimis his sub tempo-
„ ribus victricibus, & gloriosis armis suis imma-
„ nem Christiani nominis hostem Turcam, crebris,
„ cruentis generalibus conflictibus fusum, & pro-
„ fligatum cælesti præauxiliante ope ab illorum
„ quotidie capitaliter infestatis cervicibus propul-
„ sando, deque ipsius manibus, in quibus hacte-
„ nus a tanto tempore non absque summa totius
„ Nationis pernicie gemebant, nominatissima istius
„ Regni Fortalitia, interque eadem florentissimam
„ olim Sedem Regiam Budam, & Antemurale to-
„ ties fati Regni Hungariæ cum potiore ejusdem
„ parte eripiendo, ac in elibertationem istius dul-
„ cissimæ Patriæ hæc, & alia gratiarum genera
„ in actis præsentis generalis Diætæ fusius enume-
„ rata declarare, & impendere dignata est, hu-

„ millima gratorum ſuorum animorum mente per-
„ pendentes, ac de noſtra quoque Serenitate in
„ haud abſimilem expectationem aſſurgentes a
„ Sua Sacratiſſima Cæſarea Regiaque Majeſtate
„ Domino, & Genitore noſtro colendiſſimo, &
„ ex proprio ipſorum motu ardentius profecta
„ ſupplicatione obtinuiſſent, ut adhuc in vita
„ Majeſtatis Suæ Nos in hæreditarium Regem,
„ atque Dominum ipſorum clementiſſimum una-
„ nimiter, & fauſtis acclamationibus, invocato-
„ que Numinis divini auxilio rite coronarent, ac
„ in perpetuum recolendam tantorum beneficio-
„ rum memoriam (Jure ſucceſſionis hæreditariæ,
„ & primogeníturæ, quod Auguſtæ Domui no-
„ ſtræ jam olim quæſitum, per injuriam autem
„ temporum nonnihil obſcuratum fuerat, *priſtino*
„ vigori, & luci poſtliminio reſtituto) decerne-
„ rent, quod a modo impoſterum neminem alium,
„ quam prætitulatæ Suæ Cæſareæ, Regiæque Ma-
„ jeſtatis propriis ex Lumbis deſcendentium Maſcu-
„ lorum Hæredum primogenitum in omne tempus
„ id ipſum Articulo etiam quinto anni milleſimi
„ quingenteſimi quadrageſimi ſeptimi, aliisque
„ ſtatuentibus pro legitimo, & hæreditario ſuo
„ Rege, ac Domino Domino ſint habituri, &
„ erga ſemper totiesque, quoties ejusmodi Inau-
„ guratio inſtauranda erit, præmittendam regiam
„ aſſecurationem, juramentumque ſuperinde juxta
„ formulam a Majoribus ſuis præſtitum, deponen-
„ dum Diætaliter intra hoc Regnum Hungariæ rite
„ coro-

„ coronaturi. In eo casu (quem Divina bonitas „ in omnia sæcula clementer avertere dignetur) „ quo altememoratæ Suæ Majestatis Sacratissimæ „ semen masculinum deficere contingeret, istius „ modi adipiscendi prænotati Regni Hungariæ, „ & Partium eidem annexarum, eorumdemque „ Sacræ Coronæ, atque suscipiendi Regiminis „ successionem erga præviam, prædeclaratoque „ modo præmittendam Regiam affidationem, & „ juramentum desuper prædicto modo præstandum „ in Serenissimum quoque modernum Hispania- „ rum Regem Dominum Carolum Secundum, ejus- „ que pariformiter masculinum semen redundatu- „ ram, & transituram pariter acceptantes demisse „ rogaverunt, ut Nos infrascriptos Articulos, „ omniaque, & singula in eis contenta rata, „ grata, & accepta habentes, nostrumque Con- „ sensum illis præbentes benigne acceptare, au- „ thoritate nostra approbare, & confirmare, tam- „ que nos ipsi suo tempore benigne observare, „ quam per alios, quorum interest, firmiter ob- „ servari facere dignaremur. Quorum quidem „ Articulorum Tenor sequitur, & est talis:

„ *Primo.* Quod præter præinsinuatam ab an- „ tiquo deductam hæreditariam Regni successionem, „ coronationemque, in reliquo universas, & sin- „ gulas communes istius Regni Hungariæ, Par- „ tiumque eidem annexarum Libertates, Immuni- „ tates, Privilegia, Statuta, communiaque Jura, „ Leges, & Consuetudines a divis quondam

„ Hungariæ Regibus, ac moderna etiam prælibata Sua Cæsarea, & Regia Majestate eatenus concessas, & confirmatas, in futurumque concedendas, & confirmandas, ad quas, & quæ dicti Status, & Ordines formulam quoque Juramenti ad initium Decretorum Serenissimi olim Principis Domini Ferdinandi primi memoratæ videlicet modernæ Suæ Majestatis Sacratissimæ gloriosæ reminiscentiæ Antecessoris positam, extensam, & reductam habent, (exclusa tamen, & semota Articuli trigesimi primi Decreti Divi Andreæ Regis Secundi de anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo clausula incipiente. *Quod si vero Nos*: usque ad verba *in perpetuum facultatem*) in omnibus suis Punctis, Clausulis, & Articulis prouti super eorum usu, & intellectu Regio, & communi Statuum consensu Diætaliter conventum fuerit, Sua Serenitas firmiter, & sancte observabit, per aliosque omnes, & singulos inviolabiliter observari faciet.

„ *Secundo*. Quod præspecificati Serenissimi Hispaniarum moderni Regis masculi Hæredes futuri nempe Reges Hungariæ, Partiumque prædictarum in hoc Regno Hungariæ, aut vicinioribus eidem Provinciis personaliter residebunt.

„ *Tertio*. Sacram Regni Coronam juxta veterem consuetudinem ipsorum Regnicolarum, Legesque patrias per certas de eorumdem me-

„ dio

„ dio unanimiter ad hoc delectas, & deputatas „ Personas Sæculares in hoc Regno conservabit.

„ *Quarto.* Hactenus prædeclarato modo re- „ cuperata, & ex post Deo fortunante, & adju- „ vante recuperanda, quævis hujus Regni, Par- „ tiumque eidem annexarum tenuta, & partes „ ad mentem etiam prærepetitæ juramentalis for- „ mulæ prænotato Regno, & eidem annexis Par- „ tibus sub modalitate superadditæ interprætatio- „ nis de usu, & intellectu Legum, & Privile- „ giorum de toto reincorporabit.

„ *Quinto.* Quod in casu (quem Deus pro- „ cul amovere velit) defectus primum, Suæ Cæ- „ sareæ, & Regiæ modernæ Majestatis, deinde „ antelati Serenissimi Hispaniarum Regis masculi- „ ni seminis, Prærogativa Regiæ electionis, co- „ ronationisque antefatorum Statuum, & Ordinum „ in pristinum vigorem, statumque redibit, & „ penes hoc Regnum Hungariæ, & prædictas „ Partes, ejusdemque antiquam consuetudinem il- „ libate remanebit.

„ *Sexto.* Uti præmissum est, toties quoties „ ejusmodi inauguratio Regia intra ambitum sæ- „ pefati Regni Hungariæ successivis temporibus „ Diætaliter instauranda erit, toties prænarrati fu- „ turi neo coronandi hæreditarii Reges præmitten- „ dam habebunt præsentis assecurationis accepta- „ tionem.

„ *Septimo.* Assecurabit quoque Sua Serenitas, „ quod vivente Sacra Cæsarea Regiaque Majestate

„ Do-

„ Domino Domino nostro clementissimo in nullam
„ administrationem Regni sese intromittet absque
„ Suæ Cæsareæ Regiæque Majestatis expressa, &
„ specifica benigna voluntate, & assensu Statibus,
„ & Ordinibus Regni declarando.

„ Atque hæc sunt, quæ Serenitas Sua ante
„ coronationem suam acceptare, sufficientibusque
„ Litteris suis Assecuratoriis sub verbo suo confir-
„ mare tempore suscipiendi Regiminis generalibus
„ ejusdem Regni Articulis inseri, & publicari fa-
„ cere dignabitur.

„ Nos itaque prædicta universorum Statuum,
„ & Ordinum Regni Hungariæ, & Partium eidem
„ annexarum instantia benigne admissa pro benigna
„ animi nostri propensione, ipsisque benigne gra-
„ tificandi voluntate præinsertos universos Articu-
„ los, ac omnia, & singula in iisdem contenta
„ rata, grata, & accepta habentes, eisdem nostrum
„ consensum benevolum pariter, & assensum præ-
„ buimus, & illos ac quævis in eis contenta
„ clementer acceptavimus, approbavimus, ratifi-
„ cavimus, & confirmavimus promittentes, &
„ assecurantes Status, & Ordines in verbo nostro
„ Regio, quod præmissa omnia tam Nos ipsi
„ Regiminis nostri tempore observabimus, quam
„ per alios fideles subditos nostros, cujuscunque
„ status, & conditionis existant, observari facie-
„ mus, uti vigore hujus nostri Diplomatis ac-
„ ceptamus, approbamus, ratificamus, confirma-
„ mus, atque promittimus.

„ In

„ In cujus fidem, & testimonium Litteras „ has manu propria subscripsimus, & Sigilli nostri „ Archiducalis appensione muniri fecimus.

„ Datum in Arce Regia Posoniensi die octa- „ va Decembris. Anno Millesimo Sexcentesimo „ Octuagesimo Septimo. Josephus m. p. (L. S.) „ Ad mandatum Serenissimi Domini Archiducis „ proprium.

„ Unde nos præsentes Litteras nostras super „ præmissis testimoniales, & transumtionales præ- „ memorato Domino Principi Cardinali, & Ar- „ chiepiscopo Strigoniensi sub Sigillo nostro se- „ creto authentico extradandas duximus, & con- „ cedendas.

„ Datum in Archiducali Civitate Vienna Au- „ striæ die decima sexta Mensis Januarii Anno „ Domini Millesimo Septingentesimo Octavo.

Paulus Esztoráz m. p. (L. S.)

SUB CAROLO VI.

Anno 1722. generalia Comitia Posonium pro die 20. Junii sequentibus Regalibus Litteris ex authentico Archivi Civitatis Sopronienſis exemplari „ desumtis indicta erant.

„ Prudentibus, ac Circumspectis NN. Magistro Ci- „ vium Judici, cæterisque Juratis Civibus, & „ Senatoribus, ac toti Communitati Liberæ, ac „ Regiæ Civitatis nostræ Soproniensis &c. Fideli- „ bus nobis dilectis.

„ Caro-

„ Carolus VI. Dei gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæque &c. Rex &c.

„ Prudentes, ac Circumspecti Fideles nobis dilecti! „ Posteaquam tenore etiam Articuli 14. novissimæ „ Diætæ in Anno 1715. terminatæ sancitum haberetur, „ ut generalis Regni Diæta quovis triennio celebretur; „ cupivissemus equidem istiusmodi Articulari constitu- „ tioni hactenus etiam satisfieri, Commissionesque oc- „ casione præallegatæ Diætæ resolutas, & ex benigna „ ordinatione nostra ad præsens assumtas, in eadem „ Diæta reportari facere; nisi ab insperato interventa, „ & tum ab Oriente, tum etiam ab Occidente causa- „ ta bella obicem eatenus posuissent; Jam vero paca- „ tiore, adeoque commodiore tempore affulgente pro „ paterna nostra in istud hæreditarium Regnum nostrum „ Hungariæ Nobis cumprimis charum, inque rempubli- „ cam cura, & sollicitudine, ne videlicet Deo propi- „ tio, & gloriosa nostra, ac pientissimæ memoriæ Præ- „ decessorum nostrorum arma secundante a jugo Tur- „ cico, quo diutissime premebatur, feliciter vindica- „ tum, imo ultra limites suos extensum, futuris, & „ successivis quibusvis temporibus, in quaspiam con- „ fusiones, & pericula per amplius deveniat, verum „ ipsorummet etiam fidelium Statuum, & Ordinum „ in clementissimam intentionem nostram consensione, „ & adminiculo adversus omnem externam vim, & „ quosvis etiam motus internos salutare inveniatur, „ statuaturque remedium, eæque necessariæ Diætaliter „ fiant dispositiones, ut per vicinam, & amicam cum „ reliquis Regnis, & Provinciis nostris hæreditariis di- „ vinitus Nobis, & Augustæ Domui nostræ subjectis „ cointelligentiam, & unionem publica quies, pax „ constans, & inperturbata, ac in quemvis casum „ optata Regno tranquillitas in ævum perduratura sta- „ biliatur, taliterque permansioni, & conservationi

„ Regni-

„ Regnicolarum, & protectioni, ac defensioni omni „ meliori modo provideatur, generalem universis, & „ singulis dicti Regni nostri Hungariæ, & Partium „ eidem annexarum Statibus, & Ordinibus Conventum „ seu Diætam ad diem vigesimum affuturi mensis Ju- „ nii anni modo currentis infrascripti in Liberam Re- „ giamque Civitatem nostram Posoniensem clementer „ indicendam, & promulgandam, eidemque Deo pro- „ pitio personaliter etiam præesse decrevimus.

„ Quo circa Vobis harum serie committimus, & „ mandamus, quatenus ad præspecificatum diem, & „ locum certos duos uti moris est, e medio vestri „ delectos, & deputatos Nuncios, viros quippe ido- „ neos, ac pacem, & publicum bonum zelantes cum „ pleno mandato mittere, ac expedire non intermitta- „ tis, qui prædictæ generali Diætæ in prænotatum finem „ interesse, ac ibidem una cum reliquis fidelibus no- „ stris Statibus, & Ordinibus benignas intentiones no- „ stras Regias ad salutem, conservationem, tutamen, „ & securitatem ipsius Regni directas uberius intelli- „ gere, deque iis in medium consulere, ac denique „ ea singula facilitare, & admaturare noverint. Cu- „ randum autem vobis erit diligenter, ut prærepetiti „ Nuncii vestri modo prævio instructi ad præscriptum, „ Terminum ibidem certo, ac infallibiliter compareant „ neque ulterius sese absentent, aut ultra diem præfi- „ xum emaneant. Secus sub pœna in generali Regni „ Decreto superinde expressa non facturi. Gratia in „ reliquo nostra Cæsareo Regia vobis benigne propen- „ si manentes. Datum in Castro nostro Laxemburgh „ die prima mensis Maii, Anno Domini Millesimo „ Septingentesimo Vigesimo Secundo.

Carolus m. p. (L. S.) Comes Nicolaus Illés- házy m. p.
Ladislaus Hunyady m. p.

„ Præ-

„ Præſentes benignæ Suæ Majeſtatis Sacra-
„ tiſſimæ Domini Domini noſtri Clementiſſimi
„ Regales ſeu Invitatoriæ Litteræ introſcripto In-
„ clyto Senatui exhibitæ ſunt, & præſentatæ, per
„ eundemque demiſſo homagialis devotionis, &
„ reverentiæ cultu humillime acceptatæ, quarum
„ continentiis idem etiam Senatus per omnia hu-
„ millime ſemet accommodaturus eſt. Actum So-
„ pronii in Senatu congregata etiam Communitate
„ exiſtente die 18. menſis Maii, Anno Domini
„ 1722.

In Fidem ſubſcripſit

Mathias Leopoldus Dobner prænotatæ
Civitatis Sopronienſis Jur. Notarius.

SUB MARIA II. THERESIA.

Anno 1741. Regales, quibus Comes Joſephus Eſzterházy Regnorum Croatiæ, Dalmatiæ, & Sclavoniæ Banus ad Comitia Poſonium in diem Dominicam Exaudi ſive 14. Menſis Maii evocatur, ex Gabrielis Kolinovics nova Hungariæ Periodo cum actis Cod. MSS. Bibliothecæ C. Joan. Petri Szapary p. 30. deſumtæ ſequentes ſunt.

„ Maria Thereſia Dei Gratia Regina Hungariæ, Bo-
„ hemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, ac Sclavoniæ, Ar-
„ chidux Auſtriæ, nupta Dux Lotharingiæ, ac
„ Barri, Magna Dux Hetruriæ &c.

„ Spectabilis, ac Magnifice Comes, Fidelis nobis
„ ſincere dilecte! Poſteaquam ex inſcrutabili divini Nu-
„ minis judicio Sacram olim Romanorum Imperatoriam,

„ ac

„ ac Germaniæ, Hispaniarum, Ungariæ, ac Bohemiæ
„ Regiam Majestatem D. Carolum VI. Genitorem no-
„ strum desideratissimum mense octobri anni proxime
„ præteriti de hac mortali vita, temporaneoque Regi-
„ mine ad æternæ gloriæ coronam evocari, & trans-
„ ferri contigisset, ac ex eo, quod nullam prolem
„ masculam post se superstitem reliquerit, Nos qua
„ primo genita ejusdem filia, adeoque immediata Hæres,
„ & Successor dictamine Articulorum 1. & 2. generalis
„ Regni Hungariæ Diætæ in Anno 1723. conclusæ al-
„ tefato pientissimæ memoriæ Genitori nostro in isto
„ Regno Hungariæ, ac Partibus eidem annexis legitime
„ successissemus, clementer quidem cupivissemus etiam
„ hoc hiemali tempore pro felici Inauguratione nostra
„ generalem Conventum fidelium Statuum, & OO.
„ nobis eumprimis chari Regni nostri Ungariæ, ac
„ Partium ei annexarum celebrare, taliterque modo
„ fatos Status, & OO. præsentia nostra etiam citius
„ consolari. Quia tamen vestræ quoque Fidelitati con-
„ stet brumale tempus quam varias habeat incommodi-
„ tates, cumque tempus etiam puerperii nostri non
„ longe distet; hinc pro regia coronatione nostra juxta
„ exigentiam publicarum dicti hæreditarii nostri Hun-
„ gariæ Regni constitutionum solenni ritu Deo ter
„ optimo maximo auxiliante peragenda; electione item
„ Palatini, ex post vero ceteris etiam, quæ in bonum,
„ & incrementum prælibati Regni nostri præteriti
„ quoque belli, & contagiosæ luis calamitatibus mul-
„ tipliciter afflicti, prout & ejusdem stabilem conser-
„ vationem necessaria, & proficua fore videbuntur,
„ curandis, & tractandis universis Statibus, & Ordini-
„ bus suprafati Regni nostri Ungariæ, & Partium ei
„ annexarum generalem Conventum seu Diætam ad
„ Dominicam Exaudi seu diem 14. affuturi mensis Maii
„ anni præsentis in Liberam, ac Regiam Civitatem no-
„ stram Posoniensem indicendam, & promulgandam,
„ eidemque faventibus Superis personaliter præesse sta-

„ tui-

„ tuimus. Quocirca Fidelitati vestræ harum serie be„ nigne injungimus, quatenus ad præspecificatum „ diem, & locum personaliter comparere, ac ibidem „ una cum reliquis fidelibus nostris Statibus, & Ordi„ nibus benignas Propositiones nostras Regias ad pro„ motionem boni publici, ulterioremque conservatio„ nem ipsius Regni directas uberius intelligere, de „ iisque in medium consulere velit, nec intermittat „ eadem Fidelitas vestra, secus sub pœna in generali „ Regni Decreto superinde expressa non factura. Cui „ in reliquo Gratia nostra Regia benigne jugiterque „ propensæ manemus. Datum in Civitate nostra Vien„ na Austriæ die 21. Mensis Januarii A. D. 1741.

Maria Theresia m. p.

Comes Ludovicus de Batthyán m. p.
Josephus Koller m. p.

Anno 1751. Diæta Posonium pro die 18. Aprilis sequentibus Litteris Regalibus ex actis Diætalibus Cod. MSS. Szapariano desumtis indicta erat.

„ Spectabili, ac Magnifico Comiti Paulo Ballassa „ de Ballassa Gyarmath, nostro Camerario Actuali „ Intimo, & Consilii Regii Locumtenentialis Hun„ garici Consiliario, Comitatus Gömöriensis Supre„ mo Comiti, & Provincialis Commissariatus per „ Hungariam Directori, Fideli nobis sincere di„ lecto.

„ Maria Theresia Dei gratia Romanorum Imperatrix, „ ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, „ & Sclavoniæ Regina, Archidux Austriæ &c.

„ Spectabilis, ac Magnifice Comes nobis sincere „ dilecte. Materna cura, & sollicitudo nostra unice „ eo directa est, ut hæreditariis Regnis, & Provinciis

„ nostris

„ noſtris a Deo nobis concreditis de ſtabili pace, „ publica tranquillitate, ac exactiore juſtitiæ adminiſtra- „ tione omni ex parte proſpiciamus, ut omnia opportu- „ na media, quæ ad conſequendum horum effectum „ deſerviunt, adhibeamus, & cum percharum noſtrum „ Hungariæ Regnum a graviſſimis illis calamitatibus, „ quibus aliæ hereditariæ noſtræ Provinciæ involutæ „ fuerant, per zeloſam adeo, & generoſam, ac affe- „ ctu ipſo conteſtatam ſui determinationem non modo „ ſemet conſervarit, verum etiam afflictis bello aliis „ hæreditariis noſtris Provinciis, ut eædem a numero- „ ſiſſimis, & undiquaque prope invadentibus hoſtibus „ liberari potuerint promto, & efficaci auxilio fuerit, „ ac per id tum de nobis cumprimis noſtrisque ſuc- „ ceſſoribus ſemet inſigniter meritum reddiderit, cum „ vero apud omnem ſecuturam Poſteritatem magnum „ ſibi nomen, & perennem gloriam comparaverit, „ Nos quoque pro maternæ noſtræ ſollicitudinis tene- „ ritudine, quam uberrimis, & luculentiſſimis docu- „ mentis, ex quo tempore Regni habenas ſuſcepimus, „ toties jam comprobavimus, & nunquam non com- „ probabimus, ut primum Deo auſpice alma pax, & „ tranquillitas reducta eſt, ac per alia gravia noſtra „ negotia licuit, illico benigne decrevimus in percha- „ rum noſtrum hæreditarium Hungariæ Regnum pro- „ pria in Perſona noſtra venire, & ibidem cum fide- „ libus Regni ejusdem noſtri Statibus, & Ordinibus „ uberius deliberare, ac proſpicere, qualiter grande „ illud ſtabiliter conſervandæ pacis negotium confici, „ & quies, ac tranquillitas publica pro bono, & in- „ cremento hæreditarii hujus Regni noſtri ſecurior „ reddi poſſit. In quem finem generalem univerſis, „ & ſingulis dicti Regni noſtri Hungariæ, & Provin- „ ciarum adnexarum Statibus, & Ordinibus Diætam „ pro Dominica in Albis in diem 18. menſis Aprilis „ anni ſequentis 1751. incidente in liberam, & re- „ giam Civitatem noſtram Poſonienſem clementer in-

„ dicimus, & promulgamus, eidemque Deo propitio „ in perſona noſtra benigne præeſſe volumus. Idcirco „ Fidelitati veſtræ harum ſerie committimus, & man- „ damus, quatenus ad præſpecificatum diem, & locum „ perſonaliter comparere, & ibidem una cum reliquis „ fidelibus noſtris Statibus, & Ordinibus Regni „ benignas propoſitiones noſtras regias ad promotio- „ nem boni publici, & utiliorem Regni conſervatio- „ nem tendentes uberius intelligere, ſuper iis in me- „ dium conſulere, ac benignas intentiones noſtras re- „ gias unice in publicum bonum directas pro homa- „ giali devotione ſua ſecundare noverit eadem Fidelitas „ veſtra; nec ſecus ſub pœna in generali Decreto „ Regni ſuperinde expreſſa factura. In reliquo gratia, „ & Clementia noſtra Cæſareo-Regia benigne, jugiter- „ que Fidelitati Veſtræ propenſæ manemus. Datum in „ Archiducali Civitate noſtra Vienna Auſtriæ die 27. „ menſis Novembris A. D. 1750.

Maria Thereſia m. p. C. Leopoldus de Nádasd m. p.
Carolus Nedeczky de Ead m. p.

Anno 1764. Comitia Poſonium pro die 17. Junii ſequentibus Regalibus Litteris ex MSS. Szaparianis deſumtis indicta erant.

„ Spectabili, ac Magnifico Comiti Paulo Ballaſſa „ de Gyarmath Camerario, noſtroque actuali *inti-* „ *mo*, & Conſilii noſtri Regii Locumtenentialis „ Hungarici Conſiliario, Pincernarum noſtrorum „ Regalium per Hungariam Magiſtro, & Comi- „ tatus Gömörienſis Supremo Comiti, Fideli nobis „ ſincere dilecto.

„ Maria Thereſia Dei gratia Romanorum Imperatrix, „ Hungariæ, Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, „ Croatiæ, & Sclavoniæ Regina Apoſtolica, „ Archidux Auſtriæ &c.

„ Spe-

„ Spectabilis, ac Magnifice Comes fidelis nobis
„ sincere dilecte! Sedato superum favore ultra sexennium innumeris ditionum nostrarum calamitatibus ingenti hominum strage protracto atrocissimi, ac sumtuosissimi belli furore, atque serenissima almæ pacis tranquillitate postliminio reduce, quemadmodum a primis Regiminis nostri auspiciis summa curarum sollicitudinumque nostrarum felicitatem omni, quæ humanitus impendi potest industria vigilaremus, iisdemque nec sumtibus, nec laboribus parcendo adversus quosvis hostiles impetus, & molitiones securum præstaremus tutamen, ita refulgente jam, ut præmissum est, amœna pace suprema Regalis muneris nostri ratio eflagitat nunc de iis, quæ in omni eventu succedere possunt, agere, ordinare a consequenti de cunctis, quæ ad præfixum scopum illam communis utpote boni promotionem ulteriorem tranquillitatem, securam conservationem, commodum denique, & emolumentum eorundem Regnorum, & Provinciarum nostrarum hæreditariarum quoquomodo conducere possunt, salubriter providere.

„ Quo in passu cum percharum nostrum Hungariæ Regnum cum partibus sibi adnexis præcipuum apud nos locum obtineat, pro materna sollicitudinis nostræ teneritudine, qua in idem percharum nostrum Hungariæ Regnum ferimur, quamve hucadusque etiam toti Orbi palam manifestavimus, ejusdem incremento, saluti, tranquillæ permansioni, constanti securitati, & acuratæ justitiæ administrationi omnimode prospicere, atque adeo cum Regni fidelibus nostris Statibus, & Ordinibus tractare, & deliberare constituimus.

„ Finem igitur in hunc generalem iisdem universis, & singulis dicti Regni nostri Hungariæ, & partium eidem adnexarum fidelibus Statibus, & Ordinibus Diætam pro Dominica Sanctissimæ Trinitatis

„ in diem 17. mensis Junii anni nunc decurrentis inci-
„ dente in liberam regiamque Civitatem nostram Po-
„ soniensem clementer indicimus, & promulgamus,
„ cui etiam Deo clementer propitio in propria per-
„ sona nostra præesse decrevimus.

„ Quocirca Fidelitati Vestræ harum serie benigne
„ committimus, & mandamus, quatenus ad præfixum
„ diem, & locum in persona pro more recepto com-
„ parere, ac una cum reliquis fidelibus Statibus, &
„ Ordinibus Regni benignis Propositionibus nostris
„ Regiis in commune totius Regni, & eidem adnexa-
„ rum Provinciarum Bonum directis, intellectis, desu-
„ per in medium omni meliori modo consulere, &
„ benignas intentiones nostras ad præfatum boni publi-
„ ci, communis salutis, & felicitatis scopum tendentes
„ promovere, & secundare noverit. Curandum autem
„ Fidelitati Vestræ erit diligenter, ut ad prædeclaratum
„ locum, & terminum certo compareat, & nullatenus
„ ultra præfixum diem emaneat, nec secus sub pœna in
„ generali Decreto statuta factura est Fidelitas Vestra,
„ Cui in reliquo Gratia, & Clementia nostra Cæsareo-
„ Regia benigne, jugiterque propensæ manemus. Da-
„ tum in Archiducali Civitate nostra Vienna Austriæ
„ die 2. mensis Martii A. D. 1764.

Maria Theresia m.p. C. Franc. Eszterházy m.p.
Jacobus Szvetics m.p.

SUB FRANCISCO II. IMP. & REGE.

Anno 1792. Comitia generalia, & Inaugu-
ralia pro die 20. Maii Budam sequentibus Regali-
bus Litteris ex originali desumtis indicta erant.

„ Serenissimo Hungariæ, & Bohemiæ Regio Hære-
„ ditario Principi, & Archiduci Austriæ Domino
„ Alexandro Leopoldo, Aurei Velleris, ac una

„ in-

„ insignis Ordinis Sancti Stephani Regis Aposto-
„ lici Magnæ Crucis Equiti, Regni nostri Hun-
„ gariæ Palatino, & Locumtenenti nostro Regio,
„ uti & Generali ejusdem Regni Capitaneo, Co-
„ miti, & Judici Jazygum, ac Cumanorum, unius
„ Legionis Ordinis Equestris Militiæ Hungaricæ
„ Colonello, Comitatuum Pest, Pilis, & Solth ar-
„ ticulariter unitorum Supremo, ac Perpetuo Co-
„ miti, Consilii nostri Regii Locumtenentialis
„ Hungarici, nec non Tabulæ Septem-Viralis Præ-
„ sidi, Fratri nobis charissimo.

Ex Officio.

„ Franciscus Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dal-
„ matiæ Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex Apostolicus,
„ Archidux Austriæ &c. &c.

„ Serenissime Archidux, Frater nobis charissime!
„ Posteaquam divino Numini visum fuisset, Sacram
„ olim Suam Majestatem Romanorum Imperatorem,
„ ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,
„ Croatiæ, & Sclavoniæ, Galiciæ item, & Lodomeriæ
„ Regem Apostolicum Dominum Leopoldum Secun-
„ dum Genitorem nostrum desideratissimum die prima
„ currentis mensis Martii de mortali hac vita evocare,
„ ac ex eo Nos juxta successionis Ordinem libero
„ Principis, & Statuum arbitrio in Articulis primo,
„ & secundo generalis Regni Hungariæ Diætæ in An-
„ no 1723. conclusæ stabilitum, Altefato pientissimæ
„ memoriæ Genitori nostro in isto Hungariæ Regno,
„ ac Partibus eidem adnexis legitime successissemus;
„ hinc volentes Regimen nostrum a fideli Legum de
„ regia successione sancitarum observamine auspicari
„ pro inauguralis Diplomatis elargitione, dicendo
„ item Genti Hungaræ Sacramento, ac una Regia
„ nostra Coronatione, ex post vero cæteris etiam, quæ
„ in utilitatem, & incrementum prælibati nostri Hun-

„ gariæ Regni, adſtringendamque nobis perpetuo amo-
„ ris, ac fiduciæ vinculo gentem Hungaram accommo-
„ data,& proficua fore videbuntur, curandis, & tractandis
„ univerſis Statibus ſuprafati Regni noſtri Hungariæ,
„ & Partium eidem adnexarum generalem Conventum,
„ ſeu Diætam ad Dominicam Exaudi ſeu diem vigeſi-
„ mam affuturi menſis Maii anni præſentis in liberam,
„ ac regiam Civitatem noſtram Budenſem indicendum,
„ & promulgandum, eidemque faventibus ſuperis per-
„ ſonaliter præeſſe ſtatuimus. Idcirco Dilectioni Veſtræ
„ harum ſerie benigne committimus, & mandamus:
„ quatenus ad præſpecificatum diem, & locum perſo-
„ naliter comparere, ac ibidem una cum reliquis fi-
„ delibus noſtris Statibus, & Ordinibus Regni Par-
„ tiumque ei annexarum benignas propoſitiones noſtras
„ Regias ad promotionem Boni publici, & ulteriorem
„ Regni conſervationem tendentes uberius intelligere,
„ ſuperque iis in medium conſulere, ac benignas
„ Intentiones noſtras Regias unice in publicum Bonum
„ directas, pro homagiali devotione ſua ſecundare
„ noverit Eadem dilectio Veſtra nec ſecus factura. In
„ reliquo Dilectioni Veſtræ tenerrimo fraterni amoris
„ affectu confirmato Benevolentia noſtra regia ultro
„ quoque benigne jugiterque propenſi manemus. Da-
„ tum in Archiducali Civitate noſtra Vienna Auſtriæ
„ die decima quinta Menſis Martii, Anno Domini Mil-
„ leſimo Septingenteſimo Nonageſimo Secundo.

Franciſcus m. p. (L. S.) Comes Carolus Pálfy m. p.
Joſephus Nagy m. p.

Vix unquam pacatiora, & cum paucioribus contradictionibus conjuncta Comitia celebrata ſunt. Divina Providentia Votis noſtris annuat, ut Patria Lege, & Fide pacifice floreat.

